Google

Digitized by Google

VLRICI MARBACHII D. F.

INTROITVS AD IVRISPRVDENTIAM APERTVS

SIVE

DE GENVINIS IVRIVM FONTIBVS DISCENDIQVE ORDINE

SVCCINCTA COMMENTATIO ACADEMICIS PRÆLECTIONIBVS ACCOMMODATA

IENÆ

APVD IO. FELICEM BIELCKIVM

MDCCXVII.

REGIS CHRISTIANISSIMI

LVDOVICI XV

CONSILIARIO MERITISSIMO

PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO

DOMINO

DOMINO

IO. BAPTISTÆ
DE KLINGLIN

REGIO PRÆTORI

REGIÆ

ARGENTORATENSIVM

LIBERÆ CIVITATIS

IVDICIORVM ATQVE IVSTITIÆ
PRÆSIDI SVPREMO
PATRONO ACADEMIÆ
CONSERVATORI
PVBLICÆ FELICITATIS

VT

DEVOTISSIMVM CVLTVM TESTER

D. D. D.

PERILLVSTRIS ATQVE GENEROSISSIME DOMINE

NOmina Potentiorum atque titulos priuatis affigere prædiis, vel, citra Regiæ Maieſtatis con-

ceſſionem, vela Regia ibi-
dem ſuſpendere, olim gra-
vioribus pœnis inter-
dictum erat, hodie ve-
ro nullibi fas fuerit: ambi-
tioſum quippe hoc factum
eſt, & in ipſos rerum ſum-
mos Moderatores plane in-
iurium. Idem vulgo iudi-
cium, nec iniquum, de illis
ferri ſolet, qui cupidine in-
clareſcendi nimia ducti,
illuſtria Virorum, multis in
Rempublicam ciuilem at-
que litterariam meritis cla-
riſſimorum, nomina, multi-
plici adulationum nube ſti-
pata, ſubinde viliſſimis ſuis
tabulis inſcribunt, eo potiſ-
ſimum fine vt, quamuis tale
quid

quid nec meruerint vnquam nec obtinuerint, gratioſi videantur atque digni quibus Tanta huius orbis Numina faueant. Dum vero PERILLVSTRIS ET GENEROSISSIMÆ EXCELLENTIÆ VESTRÆ Nomen, iam dudum immortalibus encomiis Orbi cognitum, tenui huic chartæ inſcribo, adeoque humi vel, quod alias contemtui eſſe videbatur, in ſilice inſculpo, vereor, ne in eundem plane cenſum mea hæc referatur audacia. Enim vero quemadmodum Auguſtiſſimi Principes optimique Patriæ Patres non

grauantur, vbi nulla doli mali ſuſpicio adeſt, ad humillimas ſubditorum preces, hanc illis poteſtatem facere, vt in competentis ſaluæguardiæ obtentæ indicium, inſignia Regia aliosque titulos prædiis, villis, imo ædibus atque tuguriolis etiam priuatis affigant, quo res ſuas ſub hoc quaſi vmbone ab incurſionibus militaribus ſaluas ſartasque conſeruare poſſint; ſimiliter & ego in præſentia confido, fore vt PERILLVSTRIS ATQVE GENEROSISSIMA EXCELLENTIA VESTRA, quod quidem ſupplice genu contendo,

idem

idem iuris mihi indultum permittat, meumque hunc conatum benigne interpretari dignetur. Non vanam heic me intendere oſtentationem, DEO & conſcientia ſuffragantibus publice teſtor. Equidem, quemadmodum nulla ſtatua, niſi quæ alicuius DEI tutelæ dicaretur, olim ſatis grata videbatur, ita quoque ingenioli mei hoc qualecunque monumentum, niſi PERILLVSTRIS ATQVE GENEROSISSIMÆ EXCELLENTIÆ VESTRÆ luci conſecratum, parum lucis haberet; Verum vt deuotioni meæ Tan-

tum Nomen prætexerem, & ſacro hoc ingenii velut homagio TE PERILLVSTRIS ATQVE GENEROSISSIME DOMINE, nuncuparem, plures aliæ eædemque prægnantes omnino cauſſæ effecerunt. Taceo commune vinculum, quo vna cum vniuerſa patria, cui chariſſimo titulo omnis fortunæ meæ ortum debeo; TANTVM SOSPITATOREM ſuſpicere venerabundus teneor, taceo alia. Illud vero tacito continere ſinu religio fuerit, quod cum diriſſimæ flammæ parentibus meis res prope omnes auferrent,

EIVS.

EIVSDEM benigniſſimo Numine ita hi fuerint beati, & in hunc vsque diem foveantur, vt certe poſt DEVM, cui plus debeant, agnoſcant neminem. Ideoque, vt orbis ſciat, cum iſtis me quoque Mæcenatem HuncMaximum gratiſſimo pectore, demiſſiſſimaque ratione colere, idem occaſione hac eloqui, meum officium fuit. Pro tali, ſi, quod iam egi, vbique habeatur, ſcopum attigero. Poſt humillimam totius familiæ Marbachianæ, mei meorumque ſtudiorum commendationem, nihil magis in votis & quotidianis ſuſpiriis habeo,

quam

quam vt PERILLVSTRIS ATQVE GENEROSISSIMA EXCELLENTIA VESTRA ſub DEI immortalis dextra quam diutiſſime valeat, floreat, aureumque vitæ filium ad grandæuam canitiem ducat.

PERILLVSTRIS ATQVE GENEROSISSIMÆ EXCELLENTIÆ VESTRÆ

Scr. Ienæ d. XVI. Iulii MDCCXVI.

Humillimus atque Deuotiſſimus Cliens

VLRICVS MARBACHIVS D.

B. L. S.

Poſtquam noſtro æuo mos inualuerit, vt, qui Mæcenatum gratia auxiliante, ſua promoueri ſtudia exoptant, quaſi ex neceſſitatis cuiusdam lege teneantur, editis in publicum ſcriptis ſuorum profectuum rationem reddere; nihil quippe frequentius, quam vt Magnatum patrocinia ambientes primo ſtatim intuitu hanc quæſtionem audiant: Hat der Herr auch ſchon etwas geſchrieben? Item: Ich wolte den Herrn hertzlich gern hier oder darzu recommandiren, wann Er ſich nur in dieſer oder iener diſciplin durch ein wohl elaborirtes ſpecimen hätte hervorgethan. Adeoque loco priſci illius: loquere vt te videam. hodie ſit: Scribe vt te videam. hinc officium, quod quilibet ſibi ipſi ex præſcripto diuino præſtare tenetur, iubet, vt hoc fortunæ, quemadmodum loquuntur; conſtituendæ medio poſt Diuini auxilii implorationem legitima ratione vtamur. Illum vero vel omnes ſani ſuo merito exſibilant, qui propterea, quod vel tanta iam

iam habeatur librorum multitudo, vt erudito orbi plane oneri exiſtant, vel, quod humana ſcientia omnes & ſingula ad res diuinas relata ſeſe habeant vt tenebræ ad ſolem, totum illud ſcribendi inſtitutum ſuperuacaneum & vanum omnino pronunciare præſumit. De qua re Virorum celeberrimorum monita paſſim leguntur. Ego vero, Beneuole Lector, quod Tibi offero leuidenſe ſcriptum, poſt ſincerum affectum, quo iis, qui hactenus ſtudia ſua mecum communicarunt, me totum deuoui, non alia de cauſſa exaraui, quam vt receptæ iſti conſuetudini, proinde bene ordinatæ charitatis legi obſequerer. Ratio, cur hoc inprimis argumentum tractarem, præter ſtudioſæ iuuentutis commoda, potiſſimum hæc extitit, quod plures qui in hunc vsque diem de ratione ſtudii Iuridici egerunt, quorum opera me quoque fuiſſe adiutum, ipſa opuſculi inſpectio docebit; partim ad ſtatum hodiernum parum ſint accommodati, vel peculiares ſolum Iurisprudentiæ partes tractent, aut ſaltem difficillimum ſit eorum copiam nanciſci. Modus agendi talis fuit, vt poſt diligentem ſcriptorum ad rem meam facientium lectionem, meas meditationes breuiſſimis theſibus includerem, earundem vero fundamenta adiectis adnotationibus vlterius explicarem, vt Clariſſimorum vero Virorum conſenſum & auctoritatem demonſtrarem, extantiora eorundem dicta paſſim adſcripſi. Quod ipſum non vereor, ne a cordatioribus

ribus mihi vitio vertatur, quippe qui iam dudum agnouerunt, veritatem alienis etiam eruditorum virorum verbis non minus quam propriis poſſe defendi. Hoc vero cuiuis quam perſuaſiſſimum cupio, nil quicquam vanæ oſtentationi hic datum, ſed eorum potius rationem habitam fuiſſe, qui, vt quæ recta ſunt amplectantur, facilius magnorum virorum dictis, quam nudis rationibus ſe induci patiuntur. Quemadmodum autem Eliogabalus Imperator conuiuiis ſuis mantilia dediſſe fertur his eduliis depicta quæ deinceps apponerentur, vt cognoſcere facilius poſſent, quot miſſus eſſent habituri, ſic iam mihi optimum factu viſum, ſi in hoc ad Iurisprudentiam introitu, eorum, qui poſt hac proponentur, fontium atque doctrinarum aliquale Schema oculis tyronum ſubiicerem; iisdemque ſub initium ſtudii depictis ſolidioris eruditionis ferculis ſalinam quaſi mouerem. Tota tractatio, vt rubrum habet, Academicis prælectionibus accommodata eſt, vbi pluſcula, quæ hinc inde inſeri potuiſſent, viua vox adiiciet. Plenam iuris hiſtoriam ſcribere non fuit animus. In hac componenda iam deſudat Affinis meus plus quam filiali cultu venerandus illuſtris BVRCARDVS GOTTHELFFIVS STRVVIVS, *Qui ex inſtructiſſimo ſuo penu litterario, quod ex deuotæ gratitudinis lege publice fatendum eſt, optima operi huic meo perficiendo inſtrumenta beniuole mihi communi-*

municauit. Tandem, quod olim pius ille Carpentoracti Epiſcopus IACOBVS SADOLETVS *dum commentarium ſuum in Pſalmum XC. ederet a* PINO *Riuenſi Epiſcopo* epiſtol. Lib. IV. p. m. 176. *expetiit, & ego a Tua, mi Lector, beneuolentia ſtipulor. Cum hæc noſtra leges, reperiesque aliquid, quod Tibi non ſatis probetur, ſenſumque acris iudicii Tui aliqua in re offendat, ne parcas monere, & reprehendere me, vt ex his, in quibus iure nunc reprehendar, in aliis poſthac cautior & ſapientior fiam. Vitia vero typographica propter temporis anguſtiam Tuæ diligentiæ relinquere cogor.*

Vale.

I. N. J.

CAPUT PROOEMIALE
DE

METHODO IN GENERE

ET

JURISPRUDENTIAE
PRAECOGNITIS.

I.

AD exquiſitam ſcientiarum doctrinam hoc vnum maxime requiri, vt recta adhibeatur methodus, apud omnes in confeſſo eſt. * Per vocem methodi autem nihil aliud indigitamus, quam rationem ** qua ad propoſitum finem, per media legitima, ordine commodo *** ducimur.

* *Proceder methodiquement*, ait *Monſ. de* CROVSAZ *dans ſon Eſſai de Logique P. IV. C. I. §. 2. ſignifie, ſuiuant la force de ce terme, marcher dans le chemin & s'auancer en ſuiuant la route qu'il faut. Si nous laiſſons flotter nos penſées au hazard & ſi ſans regle & ſans ordre,*

A *nous*

nous paſſons d'un ſuiet à un autre & nous nous écartons d' une premiere reflexion dans une ſeconde, il eſt bien éuident que nous ne ferons aucun progrés & que nos études n'aboutiront qu' à des entaſſemens confus. Il y a donc des routes qu' il faut ſuivre, & pour parler ſans metaphore, ou du moins pour m' exprimer plus ſimplement, il faut obſerver une certaine ſuite & un certain ordre dans nos recherches & dans nos conclſions, il faut conduire notre attention & nos penſées d' une certaine maniere afin que notre Eſprit, quoique très borné, vienne néanmoins à bout de découvrir des cauſes cachées, de diſſiper l' obſcurité qui lui couvre les obiets & de comprendre ſans embarras les liaiſons & les rapports d' un tres grand nombre de parties.

Et § *3. On conçoit aiſément que ſi l'on étudie ſans ordre, on n' ira pas loin, on fera ſouuent de faux pas & enfin l'on perdra bien du temps La Methode eſt établie pour préuenir ces trois inconueniens.* Hinc VERVLAMIVS *de Augm. ſcient. L. VI. c. 2. Methodus*, inquit: *veluti ſcientiarum architectura eſt.* Eandem vt diuinum inuentum prædicat PLATO *in Phædro:* cum ſit intellectui tam theorico quam practico inſtrumentum paratiſſimum, vt & acute intelligamus & recte agamus. vid. MORHOFI *Polyhiſt. Tom. I. L. II. c VII. n. 7.* IACOBVS ACONTIVS *Tridentinus de Methodo, ſiue recta inueſtigandarum tradendarumque artium ac ſcientiarum ratione. apud* VOSSIVM *de Stud. rat. p. 329.*

Equi-

Equidem, inquit: *ſi filius mihi eſſet aut adoleſcens quiſpiam alius æque carus, qui ſperaret, habiturum ſe triginta annorum otium, quod in literarum ſtudiis ſumeret, hortarer illum, vt potius integros viginti in aſſequendo vero methodi vſu inſumeret, quam vt eo contempto, reliquis ſtudiis totos illos triginta annos daret, minimeque dubitarem, optime illi conſultum fore: pro certo enim haberem, reliquorum decem annorum labore ad maiorem eum ſolidioremque eruditionem peruenturum, quam ſi ea re deſtitutus aliis tantum in ſtudiis ætatem omnem contereret.* Add. DN. GERHARDVS *Delin. philoſ. rat. L. I. c. III. §. 22. ſqq.*

** Quam & cum B. DN. IOH. WEISSENBORN in *Nucleo artis logicæ c. XI. p. 409.* aptam rerum & partium in diſciplinis tractandarum diſpoſitionem vocare poſſes.

*** Εὐταξίαν appellat VOSSIVS *de philologia c. II.* §. *14.* qua diſciplinæ ſingulæ & ſingularum partes ſuo & loco & tempore diſcuntur. Et Illuſtr. THOMASIVS *Introd. ad philoſophiam aul. c. X.* hoc ſenſu, Methodum & ordinem ſynonymice accipit, ibidemque §. 6. & ſequentibus regulas bonæ methodi ac varias eius ſpecies recenſet. De quibus & videri poteſt WEISSENBORN *l. c.* add. DN. de CROVSAZ *l. c. c. IV.*

II.

Bona methodus enim ad hæc tria potiſſimum refertur: finem, media atq; ordinem circa iſtius electionem, horum applicationem

ſeruandum. * Finis debet eſſe legitimus, felicitatem promouere aptus. ** Alias differentia ponitur inter finem certum & incertum, *** finem per ſe talem & finem per accidens. **** Ille rurſus vel proximus eſt, vel remotus. ***** Qua occaſione ſaltem hoc notamus: vitandum eſſe ſtudioſo ſapientiæ, ne pro vero bono falſum apprehendat, aut ſpurium pro genuino fine ſibi proponat.

* Vnde, quænam methodi ſit eſſentia facile liquere poteſt. παντὸς γὰρ τοῦ πρός τι ἡ οὐσία, πρὸς ἕτερον. Ἐπειδὴ ταὐτὸν ἦν ἑκάστῳ τῶν πρός τι τὸ εἶναι, ὅπερ τὸ πρός τί πως ἔχειν. *Omnis enim rei quæ ad aliquid refertur, eſſentia conſiſtit in relatione ad alterum: quandoquidem unicuique eorum quæ ad aliquid referuntur, idem eſt eſſentia & ad aliquid quodammodo affectum eſſe.* ſecundum tradita ARISTOTELIS *Topic. Lib. VI. C. VIII.*

** In hunc cenſum ergo non venire poſſunt, artes vanæ, inutiles, ſtultæ, ad vitia hominum, ſuperſtitionem, ambitionem, voluptatem alendam fouendamq; comparata. vid. DN. BUDDEUS *Inſt. Theol. Mor. P. II. cap. III. ſect. III. §. VII.* &quos ibidem allegat. Idem iudicium eſto de inani eruditione, Scholaſticorum nugis, & id genus aliis ineptiis, de quibus PETRUS BESSÆUS *Galliarum Regiâ ſacris monitionibus, in mediationibus euangelicis* quibus iactatorem Phariſæum Domin. XII. Trinit. reprehendit. *Eſt tamen,* inquit: *aliquid*

aliquid in phariſæo laudandum, inprimis quod non proponat quæſtiones q 'aſdam friuolas & inanes, ſed ad beatitudinem, bona opera & ſalutem ſpe-ctantes. Paucos hodie inuenire eſt, huiuſmodi qui quæſtiones proponant, aliud ſiquidem ſcholæ hodie non crepant, quam curioſitates vanas & inutiles. In Academiis aliud non auditur, quam nugæ & ineptiæ; num ſcilicet Deus ſit in locis imaginariis? An in vacuo detur motus? num ſerpens ante Adami peccatum pedibus conſtiterit? aliaque ſimilia de quibus dici ex pſalmo 118. queat. Narrauerunt mihi iniqui, ſed non vt lex tua Domine. Vid. & IOH. GEORGII DORSCHEI *Parallela Monaſtica & Academica Diſſert. II. de Monaſteriorum & Academiarum in decrementis & corruptelis parallelifmo.* D. RECHENBERG *de ſtudiis academ. Sect. I. C. I. §. 7. p. m. 4.* Apprime huc facit *Traité du choix & de la methode des études par* Mr. CLAVDE FLEVRY *c. XIV. p. 83.* ubi excuſſis, quæ legitimo ſtudiorum fini repugnant, *p. 86.* de vero fine ita ratiocinatur: *On ne doit donc nommer étude, que l'application aux connoiſſances qui ſont vtiles dans la vie.*

*** De hac differentia conferatur ALEXANDRI FICHETI *Arcana Studiorum omnium methodus c. II.* nos finem incertum pro nullo habemus, ſaltim non differre eundem a fine remoto ſtatuimus. Qui eruditionis veræ particeps fieri peroptat; neceſſum habet vt in certas diſciplinas vtiles & neceſſarias oculos mentis con-

uertat. Qua vero ratione cognitionem rite comparatam impendere debeat, diuina prouidentia ſuo tempore monſtrabit. Egregie huc facit monitum SCHVRNERI *de multitudine librorum C. III. p. 32.* vbi, poſtquam de eligendo certo ſtudio locutus fuit, addit: *Heic ſemper requiritur, vt futurum præ oculis habeamus ſcopum, ad eumque omnes noſtras cogitationes dirigamus. Nemo enim deſperare debet de occaſione Deo in hoc mundo inſeruiendi ſi modo Dei quærat honorem & gloriam, quamuis ad vnam ſolum rem ſe maxime præparauerit.*

**** Hæc diſtinctio vtique videtur eſſe maximi momenti. Per ſe finis dicitur ad quem actus diſcendi eſſentialiter refertur, e. g. entium cognitio &c. Finis per accidens actum aliquando comitatur, non tamen primario reſpiciendus e. g. honor, gloria, opes, amici, authoritas, eruditos expectant aliquando, nonnunquam vero excellentiſſimi viri his donis deſtituuntur. Veluti exempla petere licet ex IOH. BVRCHARDI MENKENII *Analectis de calamitate literatorum Lipſ. 1707. 12. c. 5.* Eleganter VINCENTIVS TVRTVRETVS *in parallelis ethicis & iuridicis* hac de re pronuntiat *Diſſert. VIII. Honores ac dignitates aſſequi non adeo pulchrum, perinde ac eadem promereri omnium conſenſu ob vitæ prudentiam & integritatem. Quod ſi forte inuidia fortunæ prohibuerit, quo minus iis homo potiatur, ementitum parui pendat, vero gaudeat honore. Is eſt qui tanquam fructus*

ma-

maximus a virtute proficiſcitur, quam in homine recta hominum iudicia agnoſcunt. Qui aliter virtutem amplexantur, a recta ſemita aberrant: virtus enim propter ſeipſam totis vlnis eſt amplectenda non ob honores aſſequendos excolenda: honores ipſi virtutem ſequi debent. Imo qui fines iſtos accidentales primarios efficiunt, ſeu vt principales ſpectant, non tam viri docti quam ſophiſtæ euadunt. Nam vt monuit ARISTOTELES *Cap. I. Elench. ſophiſta tantum vult videri doctus lucri aut ambitionis gratia: ſed veræ eruditionis ſectator cupit reuera ſapiens eſſe.* Illa vero externa ſi accedunt, non ſpernit, Secundum doctrinam FRANCISCI BONNÆI *tract. de Ratione diſcendi. C. I. §. 12. p. 17.* Adde ibidem laudatum IO. FRANCISCVM PICVM COMITEM MIRANDVLÆ *L. 1. de ſtudio diuinæ, & humanæ philoſophiæ*, vbi docetur in quantum liceat μάϑησιν ad iſtos fines accidentales referre. Nec tamen prætermittendum hic prudens monitum, laudati TVRTVRETI *l. c.* *Non tamen omnino eſt fama negligenda & tantum conſcientiæ acquieſcendum, vt nonnulli obtendunt, interdum vitæ nimium ſupinæ: hac ratione negligentiæ viuendi ſolet via patefieri. Neque enim ſolum nobis, ſed etiam aliis vita noſtra ac fama ſolet eſſe neceſſaria.* Vnde quoque GERMANVS PHILOPARCHYS *in dem Klugen Beamten Parte I. Tit. I. §. 7. p. 6.* infit: *Vnd weil auch iſt gedacht worden von denen, ſo die Ehre fliehen, ſo iſt zu wiſſen, daß gleichwie derjenige wieder GOtt und die*

Verbindung, womit er ſeinem Vatterland afficirt iſt. handelt, der, wann er demſelben zu dienen geſchickt iſt, ſich nicht will gebrauchen laſſen, alſo die Obrigkeit eines Staats, dergleichen zart geſinnten Bürger zu Ubernehmung eines Ammts zwingen kan, Mev. ad Ius lub. Lib. I. Tit. I. act. 6. n. 3 Cothmann *4 n. 4. 224. Welches auch denen Römiſchen Geſetzen gemäß. L. 2. §. 1. L. 8. pr. ff. de Vac. mun. L. 18. §. 24. de muner. L. 4 § 10. de re milit.*

***** Proximus finis dicitur, quem primo in diſcendo aſſequimur, ſeu aſſequi volumus: remotus eſt, ad quem proximus refertur, e. g. cognitio ſcientiarum eſt finis ſtudiorum proximus; gloria DEI, ſalus proximi, noſtra felicitas, quatenus eruditio iisdem impenditur, ſunt fines remoti. Bonnævs *c. l.* §. *3. pag. 7. ſqq.* Prior ille finis reſpectu poſterioris rationem medii habet. Ita de Crovsaz *L. c. S. II. Cap. VI. p 271. Quelquefois les moiens s'attirent quelques degrez de deſir, & alors comme on les recherche & qu' on veut les poſſeder, leur idée peut auſſi paſſer pour vn cauſe finale & on les appelle des fins ſubalternes, parceque l' on ne s'y arrête pas, mais qu' en même tems qu' on veut les poſſeder, on veut auſſi s' enſeruir pour aller plus loin.* Sic ſtudiis operam nauamus, vt fiamus eruditi, eruditionem vero adquiſitam in diuini nominis honorem impendimus. Et hunc finem quilibet ſibi tanquam vltimum proponere tenetur ex obligatione generali, qua homo omnes ſuas actio-

actiones, cogitata, dicta, facta ad gloriam DEI dirigere debet. Vid. DN. BVDDEI *Theolog. Moral p. II. C. I. §. XXX.*

III.

Media requiruntur licita, * ad obtinendum finem probe accommodata. Hæc vel remota ſunt vel proxima. ** Illa ſi extra agentem ſunt, externa, ſi vero in ipſo diſcente inhærent, interna vocantur. Ad priora refertur Numinis diuini auxilium, doctor fidelis viua voce docens, *** libri, † quibus, ceu accidentia adiiciuntur, ſumtus, locus †† & tempus. †††

* Et quidem ordinaria, adeoque merito reiiciuntur immediatæ reuelationes, de quibus nulla hodie adeſt promiſſio diuina; & omnino improbandi qui talia ignauiæ prætexere humanasque ſcientias ceu vanas atque noxias condemnare conantur. De quibus vid. D. BVDDEVS *l. c. p. 663. ſq.* Lepide ſolidisque rationibus id genus homines confutauit PETRVS MOSELLANVS *in oratione de variarum linguarum cognitione paranda* (quam Anno 1634. recudi curauit PHILIPPVS HORST celeberrimus huius academiæ profeſſor) *ibi p. 42. ſqq.* hæc leguntur: *At dices, vt eſt tegendis vitiis ſuis ingenioſa mortalitas, equidem linguas intelligere rem fateor muneris plane diuini, nec nego ſpiritus ſancti beneficio piis olim datam, concedo & ab Apoſtolo laudari, ſed cum a ſacro ſpiritu infunditur, non cum humano labore ac induſtria paratur. Quorſum au-*

tem attinet, hac ex parte, tanto ſudore tantoque temporis iactura, perſequi, quod totum verus ille δωτὴρ ῥάων ſpiritus citra laborem, ſi quibus velit, poſſit vnico temporis momento longe magnificentius velut impluere. Quin delicate tu quisquis es, qui ſic obſtrepis, & plus quam Epicure, eadem hac ratione agricolis perſuades, vt tot culturæ labores poſthabeant, non arent, non ſerant, non lolium euellant, non fodiant, non plantent, non propagent, non arborum ſurculos truncis inſerant, ſed Homericam illam ſoli fertilitatem à DEO expectent, videlicet vt citra ſudorem imo dormentibus ἀνήροτα καὶ ἄσπαρτα proueniant omnia? Quanquam autem obiectio hæc eiuſmodi eſt, vt riſu magis quam argumentis ſit excipienda, tamen quia huc velut ad ſacram anchoram pleroſque confugere videmus, age & hunc ſcrupulum ex hominum animis eximamus, idque, ſi forte noſtra parum habent auctoritatis, ex Diui Auguſtini ſententia; Nam is libro de doctrina Chriſtiana primo, idem fere de ſacrarum literarum intelligentia obiicientibus ita reſpondet, vt ſi cui ea ſcripturæ intelligentia, citra hominis operam contigerit, ei vero de tanto DEI munere gratulandum optimo iure putet, verum neminem hinc deſidiæ ſuæ patrocinium quærere debere, cum & Paulum mirabili illa viſione proſtratum, & iam diuino conuerſum colloquio, DEVS ipſe omnis ſapientiæ fons plenius erudiendum ad Ananiam miſerit, & Moſes tametſi in monte cum DEO de facie ad faciem confabulabatur,

batur, tamen ad tantam populi turbam gubernandam a ſocero Iethro, homine videlicet alienigena rationem adminiſtrationis petere non dubitarit, niſi enim, inquit, & de humano templo reſponſa redderet DEVS, ſed omnia per angelos e cœlo perſonaret, non eſſet cur templum DEI pectus humanum diceretur tum & hominum dignitati detraheretur, vt quos duceret indignos, per quos ſpiritus ſui gratia illa larga in alias deinceps menteis velut per canales deriuaretur. Ad hunc fere modum Auguſtinus & grauiter quidem. Quid enim aut ſtultius, quam quod homines ab hominibus quatenus nobis ſatis eſt, diſcere poſſumus, à maiore numine exſpectare? Aut magis impium, quam ignauiæ noſtræ ſic DEUM patronum facere, vt quemadmodum apud Poetas Danaæ puellæ in ſinum imbrem aureum pluit Iupiter, ita, DEVS ſecuris nobis, & in vtramque, quod aiunt, aurem dormientibus, immo nihil tale expectantibus, tantarum rerum theſaurum è cœlo ſit demiſſurus? præſertim cum ipſe, quo nemo magis impiger, nemo infeſtior otio, nos manuum noſtrarum labores manducare iuſſerit, & totam hanc vitam noſtram nihil aliud eſſe voluerit, quam perpetuam quandam militiam. Recte nimirum circumfertur illud apud Græcos tot ſeculis celebratum prouerbium, quo monemur, Numinis opem fruſtra implorari niſi quis ipſe manus operi admoueat. Procul etiam faceſſere iubentur artes magicæ varii generis, de quibus vid. Bonnævs *d. l. c. II. p. m. 22.*

** Remota dicuntur, inter quæ & cognitionem alia interiiciuntur. Vt præceptor eſt principium cognoſcendi, ſed remotum ; nam vt diſcens percipiat, quæ traduntur; attenta auditio interueniat, neceſſe eſt. BONNÆVS *l. c. pag. 23.* Proxima, quæ immediate cognitionem ipſam attingunt. *idem c. V. §. 1. p. m. 71.*

*** Quales doctores ſint quærendi, quomodo debeant eſſe conſtituti, quorum informationi nos ſtudia noſtra cum fructu committere poſſimus, in genere docet SCHVFNER *de Mult. libr. C. III.* de vitiis atque virtutibus docentium agit D. BVDDEVS *Elem. phil. Inſtrum. parte III. c. II. & III.* In ſpecie vero cautelas circa doctrinam de officio Doctoris Iurisprudentiæ habes apud Illuſtrem THOMASIVM *Cautel. circa præcogn. Iurisprudent. C. IV. p. m. 48.*

Sunt etiam qui ſine præceptoris auxilio, ſoli ſibi magnam eruditionem comparauerunt, quos *αὐτοδιδάκτους* vocant, quales legendos exhibet *ſelecta Bibliotheca αὐτοδιδάκτων ſiue recenſus virorum eruditionem aliquam ſine viua Doctoris voce, propria induſtria conſecutorum* M. GEORG. LVDOVICI GOLDNERI, *Illuſtris Ruthenei Rectoris* Geræ 1713. 4. quo etiam ſpectat MORHOFI *polyhiſt. C. I.* Sed quemadmodum iſti rariores, atque ſine dubio vlterius progreſſi fuiſſent, ſi vivam Doctoris vocem percepiſſent; ita hodienum rebus ſuis optime conſulunt, qui à Doctorum ore pendent, quod poſt alios euincit SCHVFNER *d. l.* FICHET. *C. l. cap. X.* Vbi commo-

moda doctrinæ,quæ viua voce proponitur, hæc adlegat: *vno enim momento temporis effundunt*, quos audimus, *in ſinum noſtrum quod longiſſimo plurimorum annorum labore coaceruarunt, atque hoc nullo noſtro labore, magnaque cum animi noſtri voluptate contingit. Velint, nolint, cum videri docti appetant ſua prodant arcana omnia neceſſum eſt.* Et mox: *Eſt & aliud commodum in lucro reponendum maximo, quod ex hominum eruditæ lectionis ore audiuntur authorum citationes ignotorum & diſcuntur pretioſa reconditarum rerum nomina.* Paucis interiectis: *Idem iudicium de conſuetudine & conuerſatione doctiſſimorum eſto &c.* Quantum Doctores bonarum artium totam rempublicam iuuent, & quam neceſſarii ſint, expoſuit SENECA *de tranquillitate animi c. II. Nec enim ſolus Reipublicæ prodeſt, qui candidatos extrahit & tuetur reos & de pace belloque cenſet: Sed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, virtute inſtruit animos, qui ad pecuniam luxuriamque curſu ruentes penſat ac retrahit, & ſi nihil aliud, certe moratur, in priuato publicum negotium agit. An ille plus præſtat, qui inter peregrinos & ciues, aut vrbanus Prætor præeuntibus aſſeſſoribus tria verba pronunciat, quam qui docet quid ſit iuſtitia, quid pietas, quid ſapientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid Deorum intellectus, quantum bonum ſit bona conſcientia? Ergo ſi tempus in ſtudia conferas; quod ſubduxeris officiis*

non

non deſerueris nec munus detrectaueris. Neque enim ille ſolus militat, qui in acie ſtat, & cornu dextrum laeuumque defendit: ſed & qui portas tuetur, & ſtatione minus periculoſa, non otioſa tamen, fungitur, vigiliasque ſeruat, & armentario praeeſt. Quae miniſteria quamuis incruenda ſint, in numerum ſtipendiorum veniunt.

† Quantum præſtet libros noſſe, qualis notitia librorum ad veram eruditionem requiratur, quinam veteres atque recentiores præceptis, de lectione vtiliter inſtituenda, inclaruerint, docet Illuſtris DN. BVRCHARDI GOTTHELFF STRVVII Affinis præceptoris atque Patroni mei filiali cultu ſuſcipiendi præfatio erudita *de formandorum ſtudiorum ſcriptoribus*, BAPTISTÆ GVARINI *libello de ordine docendi & ſtudendi* præmiſſa. De neceſſitate lectionis eiusdemque vtilitate, librorum autoribus, lingua, verſionibus materia cui vett. inſcribere ſolebant, interna ſtructura, modo legendi, & iudicia de ſcriptoribus ferendi *Diſſertationibus VII. de libris legendis:* egit THOMAS BARTHOLINVS. Cui addi poterit FRANCISCI SACCHINI *è Soc. Ieſu de Ratione libros cum profectu legendi libellus.* Eiusdemque, *de vitanda moribus noxia lectione, oratio. Lipſiæ 1711-8.* De *libris obſcœnis* habemus DN. RECHENBERGII *Diſſertationem Lipſiæ 1688. 4.* De ſcriptis ethnicorum an & quatenus in ſcholis Chriſtianorum ſint proponenda & toleranda? erudite agit *Diſſertatio philoſophico Theologica*

gica M. SIGISMVNDI EVENI *Halæ 1613 4.* add. CALOVIVS *aureæ pædiæ ſect. II. ſpeciali art. I. C. I. can. II.* ubi loco auctorum quorundam ethnicorum, pueris ac iuuentuti chriſtianos ſcriptores proponere iubet, vt una cum lingua, veræ pietatis rudimenda, & quæ per totam vitam uſui futura ſunt, imbibant. Huc etiam reſpicit HENRICVS ERNSTIVS *Introductione ad veram vitam C. XVI. §. 15. Obſcœnitates*, inquiens: *& nugas Plauti, Terentii, Petronii, aliorumque non paucorum adoleſcentes noſtri ne tangant, immo ne aſpiciant, ſedulo cavere omnes Ieſu Chriſti diſcipuli debemus. Vt enim piis & bonis viris bilem & ſtomachum illorum vaniloquentia mouet, ita incautorum adoleſcentum oculos, linquam & animum facile contaminant. Hæc & eiusmodi nullius profecto ingenio ac palato ſapere poſſunt, niſi is ſit homo iners obſcœnitatis & petulantiæ amans. Prudentiores nobis hac in parte ſunt pontificii, qui eius generis Scriptores ab omni turpitudine expurgatos ſuis auditoribus demum prælegunt, ne, vt Clemens ait, inuſitatæ auditiones, ἀκούσματα ἀήθη, & in decora ſpectacula, dum in eis adhuc fides fluctuat, mentem eorum euentilent; ſiue potius inflamment, cum ætatis inſtabilitas eos adiuuet vt ad cupiditates ferantur præcipites.*

†† Publicus vel priuatus, ad illum ſpectant ſcholæ. Quales autem eligendæ ſint, tradit QVINTILIANVS *Inſtit. orat. L. I. c. II.* Rationes, cur publicæ ſcholæ ſi modo recte ſe habeant,

priua-

priuatæ inſtitutioni præferendæ, ex eodem loco hic adſcribere placet. *Ante omnia futurus orator* (inprimis etiam cauſarum Patronus) *aſſueſcat iam à tenero, non reformidare homines, neque ſolidaria & velut vmbratili vita palleſcere. Excitanda mens, & attollenda ſemper eſt, quæ in huiuſmodi ſecretis aut langueſcit & quendam velut in opaco ſitum ducit, aut contrà tumeſcit inani perſuaſione. Neceſſe enim eſt nimium tribuat ſibi, qui ſe nemini comparat. Deinde cum proferenda ſunt ſtudia, caligat in ſole, & omnia noua offendit, vt qui ſolus didicerit, quod inter multos faciendum eſt. Mitto amicitias, quæ ad ſenectutem vsque firmiſſime durant, religioſa quedam neceſſitudine imbutæ. Neque enim eſt ſanctius ſacris iisdem quam ſtudiis intiari. Senſum ipſum, qui communis dicitur, vbi diſcet, cum ſe à congreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed mutis quoque animalibus naturalis eſt, ſegregarit? At domi ea ſola diſcere poteſt, quæ ipſi præcipientur: in ſchola etiam quæ aliis. Audiet multa quotidiè probari, multa corrigi, proderit alicuius obiurgata deſidia, proderit laudata induſtria, excitabitur laude æmulatio, turpe ducet cedere pari, pulchrum ſuperaſſe maiores, accendunt omnia hæc animos, & licet ipſa vitium ſit ambitio, frequenter tamen cauſa virtutum eſt.* Quas tamen, qui modo Chriſtianus eſt, pro talibus nunquam agnoſcet. Huc etiam ſpectant Academiæ quarum tam incommoda, quam laudes hic adſcriptis, rem vero

optime

optime explicantibus verbis adnotauit IOH. SCHEFFERVS *de Generoſi nobilisque informatione literaria §. xxx. In Academia confluxus eſt ingeniorum variorum, etiam diuerſiſſimorum; reperiuntur ibi homines praui etiam ac flagitioſi, per quos animi ſimpliciores facile corrumpuntur. Eſt ibi maior aliquanto viuendi libertas quam in præſentia ſub oculis parentum. Dantur occaſiones diſcurrendi, potandi, ludendi alea & teſſeris. Ipſa Venus ſubinde etiam negotioſa eſt. Adde quod reperiantur qui his modis quæſtum faciant, ſtultaque iuuentutis promptitudinem facilitatemque habeant vectigalem. An ergo meos filios tot periculis vltro exponam? Scilicet vbique caſte, moderate, ſobrie, honeſte, viuitur, Academia ſola excepta. Vel ſi hoc male fingitur, quid non & alibi proſpicimus ſecuritati noſtrorum; Aut ſi poſſumus alibi, cur licebit minus in Academia? Sunt profecto, ibi quoque leges, ſunt Magiſtratus, ſunt viri honeſtatis virtutisque amantes, & interdum plus, quam nonnulli volunt, rigidi ac ſeueri. Non igitur Academia in cauſa, ſi qui in ea male viuunt, non ordo Profeſſorius, non cetera, a Regibus optime conſtituta & quanta poſſunt, obſeruari ſolita diligentia. Quid ergo? Dicam non meis, ſed Quintiliani verbis, quæ huc quadrant optime. Sic autem habent L. I.* Inſtit. Orat. Cap. II. Vtinam liberorum mores non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim deliciis ſoluimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos

omnes & mentis & corporis frangit. Quid non adultus concupiſcet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, & iam coquum intelligit, iam conchylium poſcit. Ante palatum eorum quam os inſtituimus. In lecticis creſcunt: ſi terram attigerint, è manibus utrinque ſuſtinentium pendent. Gaudemus, ſi quid licentius dixerint. Verba, ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis, riſu & oſculo excipimus. Nec mirum: nos docuimus, ex nobis audierunt; noſtras amicas, noſtros concubinos vident. Omne conuiuium obſcenis canticis ſtrepit: pudenda dictu ſpectantur. Fit ex his conſuetudo, deinde natura. Diſcunt hæc miſeri antequam ſciant vitia eſſe. Inde ſoluti ac fluentes, Non accipiunt e ſcholis mala illa, ſed in ſcholas afferunt. *Hæc veriſſime Quintilianus, nec negabunt noſtris conuenire non paucis, niſi qui ſeculi vitiis ipſi delectantur. Quare manet verum, quod innuebam ſuperius, educationis locum maxime idoneum Academiam eſſe. Sit modo diſcipuli ingenium quale poſtulauimus, ſit præceptor eis præditus moribus, quibus diximus, nil contra corrumpere quærentium inſidiæ valebunt. Præſertim ſi parentes ipſi amantes erunt diſciplinæ, ſi querelis filiorum contra præceptorem non citam facilemque nimis adhibebunt fidem, ſi debitas iuſtasque caſtigationes eius ſuo probabunt ſuffragio, nec ſubmiſſione oculta nummorum & occaſionem vitiis & materiam ſubmini-*

miniſtrabunt. Scio fore qui me ſtudio partium abreptum iſta dicent prodere. Sed hos velim cogitare, quantum ſit in ipſa voluntate regia rationis & auctoritatis pro hac parte. Certe ſi is eſſet habitus Academiæ, qualem aliqui concipiunt animo, & aliis cupiunt perſuaſum, non tanta fundaſſent cura, tanto ſuſtentaſſent ſumptu, non tot beneficiis iuuentutem omnem ad eam euocaſſent, non tot adhortationibus inuitaſſent maximæ iuxta atque minimæ fortunæ ingenia, non denique ipſi quidam ſuo ad hæc præiuiſſent omnibus exemplo. Manet ergo ſalua ſua Academiæ auctoritas, nec innocentiam eius male animatorum aſpera iudicia labefactant. Nam quod oſtentantur, qui & extra Academiam domi priuatimque bene educati, hoc ſententiæ noſtræ nihil derogat. Factus aliquis eſt ſanus ſine medicamentis, nec ideo Medicum medicinamve contemnimus. Factus aliquis eſt prudens ſine litteris, nec ideo litteras omnes mittimus in exilium. Et quam multi, qui domi detenti, & in ſecreto educati, euaſere praui? Vt, ſi hoc argumento liceret pugnare, facile ſuperiores poſſemus euadere. Nuſquam ergo rectius inſtitutio ſuſcipietur, quam in Academia, vbi ſi literis recte incubuerint adoleſcentes, ſi eruditionis melioris poſuerint fundamenta, ſi ſe, ſi ſua commoda, ſi vitæ humanæ rationes, ſi patriæ ingenium, ſi conditionem Reipublicæ quadamtenus didicerint, tum fas conſultumque erit, Academiæ valedicere.

††† Singulos ætatum gradus ſtudiis tractandis aptos indicat FLEVRY *du choix & de la methode des études c. XVI. p. 160. ſqq.* add. FICHET *d. l. c. 6.*

IV.

Media interna, quæ naturalem potiſſimum diſcentis aptitudinem reſpiciunt, vel animi ſunt vel corporis. In animo requiritur, expulſa affectuum perturbatione,* atque præiudiciis eiectis,** propenſio *** ad diſcendum atque ſtudiorum amor. **** Hinc ingenio, † iudicio atque memoria,†† polleat doctrinarum ſtudioſus. In corpore ſit firma valetudo,††† membra ſingula ad officium præſtandum idonea.

* In litteris profecturo, ordiendum eſt ab emendatione voluntatis BVDDEVS *de cultura ingenii c. III. §. XI. p. 434.* FLEVRY *du choix & de la methode des études c. XVII. p. 109. il importe plus*, ait: *de bien conduire la volonté que d'etendre les connoiſſances.* add. BONNÆVS *de Rat. diſcendi c. IV. §. 6.* Sed intemperantia, tanquam prauorum affectuum fons, fugienda.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis, hebetat caligine ſenſus,
Membraque Cyrcæis effœminat acrius herbis.

CLAVDIAN. *L. II. de laudibus ſtiliconis. Nihil tam mortiferum ingeniis quam luxuria*, SENECA *Controv. I. præfat.* Sed & illud hic monendum diſcentis animum intempeſtiua ſolicitudine rerum ad ſtudia non ſpectantium debere eſſe vacuum.

cuum. Huc illud HORATII *de Arte Poët.*

- - - - At hæc animos ærugo & cura peculi
Cum ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi,
Poſſe, linenda cedro, & leui ſeruanda cupreſſo?

Pluribus enim intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. BONNÆVS *d.l.§.7.p.67.* Tandem etiam abſit propriæ præſtantiæ opinio; de qua confer. LA PLACETTE *Traitè de l' orgueil C. I.* Ne putatiua ſapientia veræ eruditionis impedimentum exiſtat. Iſtam haud raro incogitata parentum, amicorum, aliorumque de plebe hominum laudatio generat; vnde SENECA *Epiſt. L. I. Ep. C. II. laudationem artes corrumpere*, dixit, rationem adiiciens: *Nihil enim æque & eloquentiam & omne ſtudium auribus deditum vitiauit, quam popularis aſſenſio.* Singula hæc ſummatim indicat illuſtris THOMASIVS *in dem Bericht von einem zweyjæhrigen ſtudio iuris p. 8. Es iſt aber hiernechſt nicht gnug, daß man keine Stunde verſaume, ſondern man muß auch ein ruhiges Gemüth mit in das Collegium bringen, wenn man aufmerckſam ſeyn will; und iſt hierzu nict zulænglich, daß man ſich allein für Wein Bier und Tobacks-Debauchen hüte; ſondern es iſt auch nöthig daß der Leib nicht kurz vorher mit gewaltſamen Leibs-Exercitiis; als Fechten, Reuten, Ballenſpielen abgemattet, vielweniger daß das Gemüth mit thörichter Liebe, phantaſtiſcher Hochachtung ſein ſelbſt, und ſeines guten ingenii u.ſ. w. eingenommen ſey. Denn das erſte wird ſchlæfferig machen, das andere aber wird die Gedan-*

cken verleiten, daß ſie nicht bey dem Profeſſor, ſondern bey der Klunte, oder mit allerhand andern Grillen eingenommen ſeyn. Des Menſchen Seele iſt bey iederman ſo geartet, daß man nicht an zwey Ding zugleich mit Aufmerckſamkeit gedencken kœnne.

** Confer. Illuſtr. THOMASII *introd. ad philoſ. aul. C. VI.* vbi docet; præiudicia eſſe erroneas opiniones, quæ homines a veritatis conſecutione maxime abducunt, iſtorumque ſpecies diſtinctim exponit. Add. Celeberrimi J. P. *de* CROVSAZ *ſyſteme de Reflexions qui peuvent contribuer à la Netteté & l'Etendue de nos connoiſſances: Ou nouvel Eſſai de Logique, parte II. C. IV.* *inprimis huc ſpectant viri ſumme reuerendi* IOH. HENRICI BARTHII *diſſertationes de præiudiciis, qua ſunt veritatis impedimenta.* vbi *diſſ. I.* §. *2.* plures, qui rem hanc illuſtrarunt, autores adlegantur.

*** ὁρμὴ ſeu vis quædam interna ad agendum impellens, quæ facit vt in ſtudiis laborum conſtantiam præſtemus, ſine qua nihil aſſequimur, ſecundum Horatiarum illud

Qui cupit optatam ſtudiis contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, ſudauit & alſit.

Nam aliud eſt ſcientias deſiderare & amare, laborem vero quo ſcientiæ percipiuntur refugere; aliud eſt propenſionem naturalem atque ὁρμὴν ad diſcendas diſciplinas habere. BONNÆVS *de Rat. Diſc. p. 34. ſeq. & 62. ſeq.* Hæc vero ipſa pro

pro diuerſitate ingeniorum eſt diuerſa. vid. HVARTI *ſcrutin. ingen. C. III. ſqq.* DN. TREVNER *Diſſ. eiusd. moment.* BVDDEVS *de cult. ingen. C. II. §. I.* GERHARD *de præcipuis ſapientiæ impedimentis. §. XI.*

**** De Athenienſibus laudabili opere ingenia ciuium indagantibus, GREGORIVS NAZIANZENVS *Epiſtola 63. ad Eudoxium Rhetorem pag. edit. pariſ. 819.* hæc notat. Νόμος ἦν Ἀθήνησι παλαιὸς, ὡς δ' ἐγὼ φημὶ, καὶ κάλλιστα ἔχων· ἐπειδὰν φθάσωσιν εἰς ἥβην οἱ νέοι, πρὸς τέχνας ἄγεσθαι δὲ τὸν τρόπον τοῦτον, προτίθεσθαι δημοσίᾳ ἑκάστης τέχνης ὄργανα, καὶ προσάγεσθαι τούτοις τοὺς νέους. Ὅτῳ δὲ τύχῃ χαίρων ἕκαστος, καὶ προστρέχων, τούτου καὶ τὴν τέχνην διδάσκεσθαι· ὡς τοῦ μὲν κατὰ φύσιν ὑπολυγχάνοντος, ὡς τὰ πολλὰ τοῦ δὲ παρὰ φύσιν διαμαρτάνοντος. *Athenis vetus lex erat, eaque meo quidem iudicio præclariſſime conſtituta, vt adoleſcentes cum pubertatis annos attigiſſent, ad artes deducerentur, ducerentur autem ad hunc modum. Cuiuslibet artis inſtrumenta publice proponebantur atque adoleſcentes ad ea adducebantur. Quocunque autem delectari quemquam contigiſſet, ad idque accurreret; huius quoque artem edocebatur. Quod videlicet ea vt plurimum recte ſuccedant, quæ natura Duce aggredimur: ac contra ea, quæ inuita natura ſuſcipiuntur, ſpem fruſtrare ſoleant.* Si quis diſciplinam aliquam auerſetur eius accuratam cognitionem aſſequetur nunquam. BONNÆVS *d. l. p. 62.* FICHET. *arcan. ſtud.*

ſtud. method. c. I. Sed maturo conſilio, Numinis diuini imploratione, ex ſapientiorum præſcripto, animus figendus eſt.

† Quid ſit & quotuplex tradit DN. BVDDEVS *de cultura ingenii c. I.* § *8.* HVARTVS *in ſcrut. ingen. C. I.* D. GERHARD *Delin. phil. inſtrum. C. IV.* §. *48. ſeq.*

†† Has tres facultates ſub naturæ appellatione eruditis venire, docet VOSSIVS *de philolog. C. 2.* §. *6.* optimum eſſe ſi æqualia præſtent officia, recte monet GERHARD *c. l.* §. *56.* Quomodo ſingulæ excolantur, & a morbis quibus ſubinde premuntur, liberari queant; egregie docet ſæpe laudatus Celeberrimus D. De CROVSAZ in aureo plane opere logico ſiue *Nouuel Eſſai de Logique, parte I.* de Memoria vid. FICHET. *l. c. Cap. XIII.* vbi varia eius adminicula inuenies. Polymnemones ſiue Memoriæ diuinioris exempla ex varia hiſtoria præſertim eruditorum deprompta, exhibet MICHAEL RICHEY Stadenſis Gymnaſii Rector. in programmatibus ad orationes ſolennes inuitatoriis.

††† Confer. DN. GERHARD *d. l. L. II. C. I.* §. *4.* PLINIVS *Epiſtol. L. I. E. XI.* inquit: *corpori vaco cuius fulturis animus ſuſtinetur.* Arctiſſimum enim vinculum, quo anima noſtra cum corpore coniuncta eſt, efficit, vt niſi hoc bene ſe habeat, & illa munia ſua minus recte præſtet. Vnde QVINTILIANVS *Inſtit. orat. L. X. Cap. III.* rectiſſime inculcat: ***Sed cum in omni Studiorum genere, tum in hoc*** (ſcribendi ſtudio) *præ-*

præcipue bona valetudo, quæque eam maxime præſtat, frugalitas, neceſſaria eſt: cum tempora ab ipſa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimum laborem conuertimus. Cui tamen non plus arrogandum eſt, quam quod ſomno ſupererit, haud deerit. Obſtat enim diligentiæ ſcribendi etiam fatigatio: & abunde, ſi vacet, lucis ſpatia ſufficiunt: occupatos in noctem neceſſitas agit. Eſt tamen lucubratio, quoties ad eam integri ac refecti venimus, optimum ſecreti genus. Sed, quod mireris, inueniuntur in eruditorum Choro, qui in eum usque ſtultitiæ gradum prolapſi ſunt, vt non ſolum corpus parum curent, modo animo bene ſit, id eſt: modo ſpeculationibus ſuis, ſæpius nec neceſſariis nec vtilibus, ſed faſtus atque ambitionis ſolum alimentis pro ſua exitiali pertinacia indulgere queant: verum etiam valetudinem firmam ingenio nocumentum eſſe, & nimiam corporis proſperitatem veluti vitem palmite luxuriantem amputandam ſtatuant. Confer. FRANCISCVS BONNÆVS *da ratione diſcendi: cap. III. §. 20.* Proinde non pauci ſibi ipſis hac ratione mortem accelerant, qua vero conſcientia, viderint ipſi. Prodiit M. DCCIV. Lipſiæ erudita diſſertatio IOHANNIS CHRISTOPHORI TSCHANTERI præſide M. GOTTFRIDO BOETTNERO de *eruditis ſtudiorum intemperie mortem ſibi accelerantibus.* In cuius *præparatione §. III.* poſtquam probaſſet, in ſudore vultus laborandum eſſe, ſubiicit: *Licet autem, rebus ſic ſe habentibus, ſatis nobis*

ſit undique laborum, dummodo diuinæ conſtitutioni ſatisfacere velimus; attamen, quæ miſerorum eſt ſtoliditas, homines hinc inde prodire videas, qui neglecta decente corporis cura nullum ſibi concedunt otium, ſed præter intentionem ſummi Numinis labores neceſſarios intempeſtiuis laboribus cumulant. Quæ nimia operarum ſiue difficultas ſiue continuatio quid quæſo aliter efficere poteſt, quam vt ſanitatem ſenſim ſenſimque labefactatam mors præmatura ſequatur. Legi de eadem re meretur, celeberrimus IOH. BARBEYRACIVS *Dans ſon Traité du jeu L. I. C. I. §. III.* De ingluuie, ebrietate, immodica Venere & ſimilibus quibus vires corporis affliguntur, vide L. B. SAMVEL de PVFFENDORF. *de officio hominis & ciuis L. I. C. V. §. 8.*

V.

Media reſtant, quæ cognitionem ſeu finem proxime attingunt. Talia ſunt auditio * beneuola, ** attenta, *** conſtans, **** ſed cum iudicio coniuncta, † Lectio, †† cui accenſemus αὐτοψίαν, ††† Meditatio, †††† acris atque indefeſſa. Quibus accedunt repetitio & ſcriptio ††††† ad cuſtodiendum, quod ſemel apprehendimus, inſeruientes.

* *Ab auditione ordiendum eſſe in diſcendo, conſtans eſt doctorum atque etiam vulgi ſententia. Homo enim cum naſcatur omnium rerum imperitus, ſibi ipſi non ſufficit, vt ſe erigat, & diſciplinis inſtruat.* Scribit laudatus ſæpe BONNÆVS

NÆVS *citato libro p.m. 73.* Et SENECA *in epiſtolis* inquit: *Imbecillioribus ingeniis neceſſe eſt aliquem praeire, qui dicat: hoc vitabis, hoc facies. Nam ſi expectet tempus quo per ſe ſciat, quod optimum factu ſit, interim errabit, & errando impedietur, quo minus ad illud perueniat, quo poſſit ipſe eſſe contentus* add. D. BVDDEVS *c. l. c. III. §. IV.*

** CHRYSOSTOMVS *Homil. VI. in II. ad Timoth. IV. oportet eum qui vtile quid addiſcere vult, ante omnia bene velle praeceptori. Niſi hoc praeſtetur nihil commode nihil vtiliter fieri poterit.* BONNÆVS *d. l. c. V. §. XI.* THOMASIVS *de ſtud iur. bienn. p. 8. ſeq.*

*** Rectiſſime IO. LVD. VIVES *in introd. ad ſapientiam* monet: *ſiue legis ipſe quid, ſiue audis, attentus id fac: nec vagetur mens tua; ſed coge illam eſſe, & agere quod adeſt, non alia. Si incipit digredi, paruo murmure eam reuoca, cogitationes omnes ab ſtudiis alienas, in aliud tempus differ, ſcito te operam & tempus perdere ſi, quae legis vel audis, non attendas.* Aſt quanta impedimenta procreent prauae a teneris contractae conſuetudines: ſiniſtra de felicitate opinio & laborum fuga, oſtendit Mr. de CROVSAZ *l. c. Parte I. C. XI.* ibidemque modum demonſtrat quo iſtis felici cum ſucceſſu mederi queamus. *p. 137.* ſic philoſophatur: *Nous auons deja demontré l'erreur de ces deux preiugez: nous auons établi que le trauail eſt le chemin de la felicité, que noſtre bonheur depend de l'attention, auſſi bien que noſtre ſcien-*

ce &

ce & notre vertu, que ſauoir ſe rendre attendiffs, c'eſt ſauoirr ſe rendre heureux. Mais afin que ces veritez ſoient efficaces il faut les reiterer, il en faut repaſſer les preuves, il faut ſe les rendre ſouvrainement familieres &c.

**** Inprimis vbi ſyſtema diſciplinæ nondum cognitæ traditur. Nam ad diſciplinæ notitiam comparandam oportet methodum docentis & ordinem diſciplinæ diligenter ſpectare: qui vero per interuallum lectiones audiunt, hoc animaduertere non poſſunt, hinc ne minimam quidem cognitionem ſibi comparant.

† Tam doctrinæ in ſyſtemate comprehenſæ explicationem antecedente quam ipſius doctoris tradita ſequente. Stupidi hominis eſt, quauis oratione percelli, ſed ſecundum Plutarchum, veritatis auditor eorum, quæ dicta ſunt, accuratus & acris iudex eſſe debet: ne falſa dogmata beneuolentia erga docentes inductus amplectatur. Hoc facto, quæ præclare dicta ſunt ſeligantur atque ad locos communes referantur, eorumque occaſione noua inueniantur, colligantur atque eliciantur quæ non dediceramus. vid. Bonæus p. 77. ſqq. Unde optime LACTANTIUS *Inſtit. diuin. L. II. Cap. VIII. Dedit omnibus Deus pro virili portione ſapientiam vt & inaudita inueſtigare poſſint, & audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus anteceſſerunt, ſapientia quoque anteceſſerunt, quæ ſi omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non poteſt.* Plura hanc ſententiam ſtabilientia haben-

bentur, in erudito celeberrimi IOHANNIS HENRICI MEVBOMII Commentario MAGNI AVRELII CASSIODORI V. C. *formulæ Comitis Archiatrorum* adſcripto, p. m. 48. ſqq.

†† BVDDEVS *d. l.* §. *5*. Lectio ſit vtilium, certa & ordinata non deſultoria, ſed attenta, ſi dubium accurat repetita: Autores boni in ſolidum legendi ſit tamen lectio moderata. Eamque ſequatur diiudicatio lectorum.

††† BONNÆVS *p. 98*.

†††† Sine hac vana & inutilis omnis lectio. D. BVDDEVS *l. c.* §. *X*. THOMASIVS *Introd. ad phil. aul. C. XI. de prudentia meditandi p. 185. La lecture, dit Monſ.* de la CHETARDIE, *dans ſes inſtructions pour un ieune ſeigneur. part. II. p. 30. ſq. eſt un des meilleurs remedes qu' on puiſſe oppoſer à l' ignorance; mais il faut qu' elle ſe conuertiſſe en ſubſtance par les reflexions qu' on fait ſur les bonnes choſes qu' on a lues. C' eſt par cette raiſon qu' il faut s' attacher à lire de bons libres; car puisque la lecture eſt la nourriture de l' eſprit on à grand intérêt de ne donner au ſien que des choſes ſolides. Ce qu' on doit encore obſeruer ſur la lecture, c' eſt qu' il faut qu' elle occupe plus l' entendement que la memoire. Les eſprit de ce caractére laiſſent languir le feu de leur imagination, & ne produiſent rien d' eux même. Ce ſont des eſprits faits de pieces rapportées qui quoique bonnes, n' ont pourtant aucun agrément dans la bouche de ceux qui les citent, parce qu' elles ne ſont point animées d' un* cer-

certain feu, qui compagne d'ordinaire les penſées que nous tirons de nôtre propre fond. C'eſt ainſi que les meilleurs choſes deuiennent inutiles par le mauuais vſage qu'on en fait; & que la lecture, toute excellente qu'elle eſt, ne produit pas de fort bons effets, quand on ne s'en ſert pas comme on le deuroit faire.

††††† Scripta litera manet, maximumque ſtudiis commodum adfert, quæ ab aliis feſtiue, eleganter aut prudenter dicta ſunt, adnotaſſe, eademque quum uſus poſcat parata haberet, veluti LVCRETIVS cecinit:

Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimus aurea dicta.
Aurea perpetua ſemper digniſſima vita.

Cauendus tamen & hoc loco eſt abuſus; de quo pro more ſuo egregie tractat illuſtris THOMASIVS *in der Vorrede der Einleitung zu der Vernunfft-Lehre. §. 3.* Hic poſtquam adnotaſſet, mentem humanam ita eſſe comparatam vt æquali induſtria circa duo obiecta externa eodem tempore verſari haud poſſit; ſubiicit: *Einer ſo nachſchreibt muß nicht allein auf das, was geſagt wird acht haben, ſondern auch auf das, was er ſchreibet, weil es doch in wæhrendem nachſchreiben unmœglich iſt, in dem Augenblick da etwas geredet wird, ſolches auf das Papier zu ſezen; Und alſo iſt es gar leicht geſchehen, daß er ein Wort für das andere hœret oder ſchreibet. Es iſt mir unzehlich mahl mit meinen Autoribus ſo ergangen, daß, wann ich etliche unter ihnen ange-*

Digitized by Google

angemercket, die für andern fleiſſig nachgeſchrieben, und ich mir von ihnen ihre Arbeit zeigen laſſen, daß ich in dieſer ihrer Nachſchrifft Dinge gefunden, die mir die Zeit meines Lebens nicht in Sinn gekommen zu lehren. Hinc, quantum & doctori, cui peruerſæ opiniones affinguntur, & ipſi auditori, qui falſa pro veris accipit, hæc noceant; demonſtrat. ſequuntur iam alii abuſus æque communes. *Geſezt aber, daß alles recht nachgeſchrieben und durch Conferirung ihrer etlicher der Diſcurs eines Lehrers vollkommen excipiret würde; ſo will ich jezo davon nicht erwehnen, daß derjenige ſo nachſchreibet ſich doppelte Müh machet, und bey nahe des Nuzens den viua vox in der information hat, ſich beraubet. Man frage jemand, der ein Judicium hat, und welcher z. E. einer Predigt attent zugehœret hat, den Innhalt derſelben, ob er ihn nicht beſſer wird her zu erzehlen wiſſen, als der, der dieſelbe von Wort zu Wort nachzuſchreiben ſich angelegen ſeyn laſſen, wenn er nicht zuvor ſein nachgeſchriebenes wieder überlieſet. Denn jener gibt bey ſeiner auffmerckſamen Zuhœrung auf die Sach ſelbſt Achtung, dieſer aber hat in wæhrenden nachſchreiben mit denen Worten gnug zu thun. So wird man auch hiernæchſt dieſen Misbrauch bey vielen Studirenden antreffen, daß man alle ohnnœhtige Wort, und unſtreitige Dinge, die weder zu Erforſchung einer verborgenen Warheit, oder zu Erweiſung und Herleitung derſelben dienen, (derer ſich aber ein*

Leh-

Lehrender nicht allerdings entbrechen kan) mit nieder ſchreibet , oder diejenigen die ſchon bey dem Autore, der erklæret wird, gedruckt und für der Naſen liegen; da man doch nur das Vornehmſte auffzeichnen ſollen, das Gedæchtnis zu ſubleuiren, und was uns vor dieſem zweifelhafft geſchienen, oder uns unbekandt geweſen, damit wir demſelbigen hernach deſto beſſer nachzudencken Anleitung überkamen. Z. E. wie viel mahl findet man in einem Collegio MS. folgende Formulas: Hæſterna lectione diſſeruimus de &c. nunc vero pergendum ad &c. Autoris præſens caput habet ſex paragraphos in quorum primo proponit definitionem, quæ ita ſonat &c. Hæc de definitione ſufficiant, pergimus ad diuiſionem &c. Craſtina die ob hoc vel illud impedimentum non potero pergere *u. ſ. w. Aber dieſes mæchte noch endlich hingehen, wenn nur nicht bey dergleichen nachgeſchriebenen collegiis ein noch viel græſſerer Misbrauch pflegte gemein zu werden, man ſezt gemeiniglich zu einem ſandigten Grunde, daß, wann man das verſtehe, was der Lehrer bey Erklærung dieſer oder jener Diſciplin vorgeſagt, man auch gelehrt gnug ſeyn, und ſich um nichts mehr werde bekümmern dürffen. Und wann man dannenhero einmahl den Diſcurs nachgeſchrieben, und, wann es hoch kæmmt, einmahl wieder überleſen, ſo meynt man, man dærffe der Sache nun weiter nicht nachdencken, ſondern habe allbereit einen vortrefflichen Schatz durch ſein Collegium MS. er-*

er-

halten, den man ſo dann gemeiniglich biß auff bedürffenden Fall hinleget, und nicht wieder anſihet. Andere aber, die nicht ſelbſt nachſchreiben, ſondern entweder andern die Abſchrifft des Diſcurſes bezahlen, oder von denen, die fleiſſig heiſſen denſelben ſelbſt abcopiren, nehmen dadurch zum œfftern Gelegenheit, auch wohl wann die nœthigſten doctrinen fürkommen, das Collegium aus Faulheit, oder allzugroſſer Geſelligkeit zu verſæumen, in dem ſie ſich bereden es werde ihnen die Verſaumnis wenig ſchaden, weil ſie doch den Diſcurs von andern erhalten kænten. Und gedencken alſo nicht, daß ſie nicht nur ſich den græſten Schaden hiedurch erweiſen, ſondern auch wider ihrer Eltern gutmeynende Intention græblich ſündigen, die, wenn es damit gnug wære, daß man Collegia MSS. in der Lade hætte, oder dieſelbige, durch Leſen ſich in den Kopff zu bringen trachtete, nicht ſo groſſe Sorge und Koſten uber ſich nehmen würden, ſondern würden vielmehr die Collegia MSS. mit geringem Geld an ſich handlen, und ihren Kindern zur Meſſe oder heiligen Chriſt verehren.

VI.

Ordo * quem bonæ methodi leges exigunt, in eo conſiſtit, vt primo certum vitæ ſcopum quem naturalis aptitudo atque indoles iuxta cum aliis circumſtantiis ** ſuadent, adhibito tamen prudentiorum conſilio, *** eligamus. Huic ſi nos ſemel deſponderimus de diuortio aut miſſione ſine

C præ-

prægnante, cauſa ne cogitemus, **** ſed enitamur vt in eodem vitæ genere excellamus. Hinc media ad ſcopum ducentia quæramus; inuentis ordinate vtamur, a notioribus ad minus nota ***** progredientes, vtiliora præ minus vtilibus reſpicientes. † Sedulo tamen cauendum, ne de ordine plus quam de rebus ipſis ſimus ſolliciti, †† aut nimia breuitate, feſtinatione atque duin obſcuris curioſisque inhæremus, perſpicua, quotidiana quamuis vtiliora negligentes, minutiis immorantes, ††† nobis ponamus proficiendi impedimenta.

* Ordinem non inepte ſtoici definiunt, compoſitionem rerum aptis & accommodatis locis. Locum autem actionis opportunitatem temporis eſſe dicunt. Tempus autem actionis opportunum Græce ἐυκαιρία, latine appellatur occaſio. CICERO *de off. L. I.* Tempeſtiua vero rerum omnium ad ſtudia pertinentium tractatione iuuantur non tantum memoria & recordatio, ſed etiam cæteræ animi facultates. *Vnde*, loquor cum FR. BONNÆO *de ratione diſc.* p. 157. *qui ordinem in ſtudiis adhibuerunt ſimul cum diligentia, nunquam ſtudiorum fine fruſtratos legimus; at ex illis qui perturbatam illam ſtudiorum rationem ſequuti ſunt, pauciſſimos ad ſolidam eruditionem perueniſſe videmus. Nam ſuperficiarii tantum eſſe deprehenduntur: multas propoſitiones de cordice fortaſſe norunt, at earum vim, fundamenta, vſum non ſatis intelligunt;*

ligunt; multas ſcientias attingunt, ſed omnes leuiter & ſuperficietenus, quia vt de myſteriis diſciplinarum penitus meditentur impedit illa ſtudiorum ἀταξία. Teſtis allegatur FRANCISCVS IVNIVS qui hac ferme de cauſa ſola librum ſe conſcripſiſſe, qui Academia inſcribitur, affirmat, in eiusdem libri præfatione, vbi ait: *Noui de illo ipſo ſummorum doctiſſimorumque hominum quos colo, numero, qui non raro apud me & alios conqueſti ſunt, & cum animis ſuis ſæpe multumque dolent, quod iuſto illo ſtudiorum ordine, quaſi per gradus ad altiora non fuerunt ducti, ſed confuſe perturbateque, inſtituti olim: poſtea incredibili labore ſuo tandem eo peruenerunt, quo ludibundi ferme perueniſſent, ſi tantum bonum illis contigiſſet &c.*

** Hi enim ſoli indolem iuuentutis explorare norunt, BVDDEVS *de cult. ingenii C. II. §. 13 p. m. 379.* Bene tamen aduertendum, ne pravis quid detur affectibus. *Id. ibid. c. III. §. I ſq.* add. BVDÆVS *de ſtudio inſtituendo. § 3.* Autor *des Unterrichts von Studiren wie es insgemein nicht recht angefangē werde, und wie es recht anzufangen und fort zu führen ſey. p. 28.* de hac ipſa re ita conqueritur: *Daher kommt es dann, daß die meiſten von den Iuriſten und auch Medicis, Medicinam und Iura ſtudiren, nur daß ſie nicht dürfſen Geiſtliche, das iſt, Chriſten und Tempel des Heil. Geiſtes werden, ſondern Gelegenheit haben mögen, dem Fleiſche Raum zu geben durch die Freyheit des Fleiſches, durch allerhand vergängliche*

liche Luſt in der Welt, und durch die zeitliche Ergetzung der Sünden (die doch Moſes um Chriſti willen verlaugnete Hebr. II. 24. 25. 26.) als nehmlichen: Nach der Welt Manier tantzen, hüpffen, ſpringen, die Zeit, da ihnen von denen Geſchäfften Ruh gelaſſen wird, nicht mit GOTT, ſondern mit ſchmauſſen, courtiſiren, complimentiren, Narren-Poſſen, unnützen und faulen Geſchwatzen, Pracht und Uppigkeit hinbringen, ſich der Welt in allem recht gleich ſtellen, damit man nicht verachtet, kein Sonderling oder Zerſtœrer der Welt Luſt und Freude ſeyn, ſondern in allen auf gut Heydniſch dahin leben, dem Fleiſch und Blut keine Freude wehren, und alſo ein Knecht der Sünden werden, CHriſtum zum Sünden-Diener machen, und ſeine Gnad auff Muthwillen ziehen mœge. Denn dahin gehet eben ihr Art zu Studiren, wenn ſie auf den Fecht- und Tantz-Boden gehen, und nachdem ſie ſich wohl geübt miteinander, zuſammen lauffen, freſſen, ſauffen und Courtiſiren. Dann alſo erreichen ſie ihren Zweck, wann ſie ſagen, ich kan nicht ſo geiſtlich leben, ich kan kein Geiſtl. werden ich habe kein geiſtlich Fleiſch, derohalben will ich immer in meinem natürlichen Zuſtande bleiben, es mit der Welt halten, und ein guter Unchriſt und wenn es hoch kœmmt, ein erbar Heyde werden.

*** Equidem nulli mortalium, licet pauperrimus vel infimæ etiam ſortis homo ſit; via ad ſapientiam & ſtudia tractanda debet eſſe præclu-

cluſa. Interim deplorari ſatis non poteſt, quod noſtro potiſſimum æuo ſæpisſime ad iſtascircumſtantias parum reſpiciatur: Sed ex ſolo parentum inordinato affectu, ſi animum ſpectes, ineptisſimi quique, ſubinde & neceſſariis ſubſidiis plane deſtituti, infauſto cum ſucceſſu cogantur litteris incumbere. Hi vero, poſtquam cognouerunt ſe inuita, quod aiunt, Minerua, fruſtraneo conatu, operam ſuam impendere; tandem de rebus omnibus deſperantes nequisſimi euadunt, in Muſarum caſtris turbas infinitas litesque mouent, inutilia terræ pondera exiſtunt, & nil niſi fruges conſumere, alios vero corrumpere diſcunt. Cauſam omnem mali huius vanisſimis poſtea parentum conſiliis ipſi adſcribunt, quippe qui effecerunt, ne honeſto opificio vel alii vitæ generi, ad quod nati eſſent, pro ſuo inſtinctu ſemet addicerent. Audiamus illuſtrem V. L. de SECKENDORFF qui corruptisſimi iſtius moris rationes ex primis ſuis principiis elegantisſime ita deducit *in Chriſten-Staat L. II. Cap. III §. 5. p. m. 229. Aus dem Bürger- und Bauer-Stande werden zwar mehr gelehrte, auch fromme Leute gezogen, aber es iſt auch die Menge ſolches Stands græſſer, und ſtehet dahin, ob der Zehende der in die Schul gehet Chriſtlich und wohl gerathe, gleichwohl findet man insgemein dabey dieſe Mangel, daß ſie entweder die Kinder aus unzeitigen Ehrgeitz oder Verzartelung auff ihr eigen Gutdüncken zu hœheren Stande ziehen wollen, als ſie ſelbſt ſind, oder im Gegentheil brauchen ſie*

derſelben bloſſer Dinge zum Haushalt, und wäre dieſes letztere insgemein noch das Beſte, wo nur die Aufferziehung in der Gottesfurcht dabey wäre, denn die Menge der Gelehrten und der Schreiber nutzet wenig, ſondern hindert vielmehr die gemeine Wohlfahrt und Nahrung. Aber des gemeinen arbeitſamen Volcks kan man nicht zu viel haben, &c.

**** BVDDEVS *c. l. c. III. §. XIV.* Confer. *Exercitatio practica conſcientiæ moderatrix in quæſtione: vtrum ſtudioſus Theologiæ ſtudium deſerere, & Iurisprudentiæ aut Medicinæ ſe conſecrare poſſit? oder, ob ein Studioſus Theologiæ mit gutem Gewiſſen ſein Studium verlaſſen und ein anders ergreiffen kœnne? quam præſide* IOH. FRID. MAYERO *Th. D. propoſuit* BENIAMIN BOTZERNE.

***** Vid. THOMASII *Introd. ad philoſ. aul. c. X. p. 168.* vbi de Methodo analytica & ſynthetica pluribus agitur. De aliis methodi diuiſionibus adi BVDDEVM *in Elementis phil. Inſtrum. P. III. c. I. §. 4. ſqq.* SCHILTERVM *praxi art. anal. in iure p. II. §. 2. p. 129. & 139. 150.* GERHARD *Delin. philoſ. rationalis c. III. inde a §. 43. ſqq.*

† Huc referenda ſunt dicta Cl. FLEVRY *du choix & de la methode des études C. XVI. p. 107. ſq. Quant aux connoiſſances il faut bien diſtinguer celles qui ſont vtiles de celles qui ne donnent que du plaiſir; & diuiſer encore les premières ſuiuant les trois ſortes de biens, aux quelles elles peu-*

peuuent ſeruir; les biens de l'ame, comme l'eſprit & la vertu; ceux du corps, comme la ſanté & la force, & ceux que l'on appelle biens de fortune & qui ſont la matiere des affaires. Entre les connoiſſances vtiles on peut diſtinguer celles qui le ſont le plus, & conter pour neceſſaires celles dont perſonne ne peut être priué ſans être fort miſerable. Ces diſtinctions ſuppoſées, il ſera facile de regler le choix (des études) dont il s'agit: car il eſt euident, pour peu que l'on veuille ſuiure la raiſon, qu'il faut préferer ce qui nous ſert immediatement pour nous même, en tant que nous ſommes compoſés de corps & d'ame à tout ce qui eſt hors de nous; & qu'entre les choſes exterieures, celles qui ſeruent à la ſubſiſtance, ſont préferables à toutes celles qui ne donnent que du plaiſir. Il eſt bien clair auſſi, que les perſonnes qui ont moins de loiſir ou de capacité pour l'étude, comme les pauvres, les artiſans, les gens de guerre & toutes les femmes doiuent être reduites aux connoiſſances les plus generalement vtiles: Car il n'eſt pas iuſte, que tant de perſonnes qui ont de la raiſon comme les autres demeurent ſans inſtructions.

††. Iuſtiſſima querela eſt SCHILTERI *pr. art. anal. P. I. C. I. §. 26. p. m. 21. ſed quod deplorandum eſt, & textus & omnis praxis fere negligitur hodie, & ſolis tabellis, compendiisque contenti, circa apices de natura artis aliisque tricis ſcholaſticis velitationes inſtituentes, nunc ſibi placent, nihil ad rem publicam cæterarum diſciplinarum*

conferentes. add. *Traité du point d'honneur, auertiſſement. p. 7. une partition trop affectée confond les choſes au lieu de les eclaircir: car l'eſprit trauaillant à ſuiure l'auteur dans ces diuiſions ſcrupuleuſes, perd les traces de la matiere même & demeure à la fin du liure plein de methode & vuide de ce qu'il a lu, ou même ſans idée de l'un ny de l'autre.* Huc ſpectat & illud VERVLAMII *Traditio methodica ſæpe ſpecimen artis oſtendit, ſed ſi ſoluantur, ſegregentur & denudentur pleraque ad nihilum recident.* vid. MORHOF. *polyhiſt. L. II. c. 7. n. 16.*

††† *Et de ordine facile eſt, atque animi tantum decreto opus: Cura plus habet operæ, & in ea omnis eſt legentium fructus. Duo in hac ſpecto ſiue exigo: Attentionem & electionem. Cum legis, non ſuſpenſum aut attonitum te habeat tantum nouitas aut magnitudo euentuum: inſiſte, inquire, cui rei hac facere poſſit, & ecquem vſum ſui præbere. Mora hic aliqua inter legendum & tarditas fateor: ſed nimirum dicto veteri; Nulla res poteſt eſſe eadem, feſtinata ſimul & examinata: nec eſſe quidquam omnium, quod habeat laudem diligentiæ & gratiam celeritatis.* Sic præcipit IVSTVS LIPSIVS *in epiſtola* ad NICOLAVM HACQVEVILLIVM *de Hiſtoria, Hiſtoricos legendi ordine, Fructusque ex iis excerpendi modo. Neque enim currendo & libando; ſed lente feſtinando ſuisque momentis dicta, ſcriptaque ponderando, & ſæpe regustando mentem animumque virorum eruditorum hau-*

haurimus, quæ præcepta ſalis mica adhibita vſu tenenda ſunt. Quod vult FICHET *l. c. Cap. III. p. m. 10.* add. D. BVDDEVS *de cult. ingen. §. fin. n. III.*

VII.

Ipſæ vero diſciplinæ, quarum cognitionem nobis parare nitimur; in duplici differentia eſſe deprehenduntur. Aliæ namque præparatoriæ ſeu organicæ & directrices ſunt, quæ ad reliquas viam muniunt, & mentem præparant, ad cæteras accuratius & facilius intelligendas: * aliæ vero principales exiſtunt; ad quas, ceu fines proximos, rationes noſtras referimus. Talis vt alias nunc taceamus, eſt Iurisprudentia, cuius perdiſcendæ media & ordinem ad hodiernum ſtatum accommodatum quanta licet breuitate ac perſpicuitate, in gratiam cupidæ legum iuuentutis, præſenti opuſculo, indicare conſtituimus. Sed priusquam ad ipſam accedamus, de ſcientiis præparatoriis, quas ſub præcognitorum notione vulgo complectuntur, agendum. Harum vero, quia ex communi conſenſu quædam faciliores ** ſunt, ab his tanquam infimis gradibus incipiemus, *** quas aliæ difficiliores recta ſerie ſequentur. Equidem ſunt inter vtrasque quædam diſciplinæ, quæ ad ſcopum propoſitum ſubinde non neceſſariæ videntur, illas tamen ſapientiæ

ſtudioſus non contemnit, multo minus, quia easdem ignorat, odio habet. ****

* Vid. BONNÆVS *de Rat. diſc. c. VII. §. 6. p. 154. ſqq.* THOMASIVS *Cautel. circa praecogn. Iurispr. C. III. §. 9. & §. 25. ſqq.*

** De hac differentia vid. FLEVRY *du choix & de la methode des études.* inde *a c. XVI. p. 106. ſqq.*

*** De celeberrimo quondam Heidelbergenſis Academiæ Rectore ZACHARIA VRSINO refert IVNGNITIVS in præfatione quam præfixit Commentariis Vrſini in Organum, *Vrſinum dicere ſolitum, eruditorum penuriam inde hodie exiſtere, quod ſtudiorum gradus arroganter & ſuperbe deſpiciantur, quod adoleſcentuli ſtatim vt in publicam ſcholam venerunt, in ſacra, ſicut in iura & Medicinam prohibente nemine, illotis manibus ac pedibus, & tanquam ſues in Roſetum irruant, nullam prorſus ſcientiam & vſum aliarum litterarum habentes.* BONNÆVS *l. c.* Et ad præcauenda, quæ ſenectutem vt plurimum comitari ſolent, vitia, tarditatem, rerum confuſionem, & pertinaciam, nihil efficacius eſſe recto hoc diſcendi ordine, euincit DE CROVSAZ *L. c. parte I. c. V. §. XIII. p. 47. A la verité, les defauts de cet age, la lenteur, la confuſion, l'opiniâtreté, ſont difficiles à corriger, & même ne ſe corrigent point, dès qu'ils ſont une fois affermis. Mais pour les preuenir il faut de bonne heure s'accoutumer conſtamment, à ne rien mettre dans ſa memoire que l'on*

n'ait

n'ait tres-exactement connu; à étudier par ordre en paſſant par degrez des choſes les plus ſimples aux plus compoſez, & en ne s'appliquant pas à differentes choſes à la fois, à conſulter les autres & n'acquieſcer à ſes idées qu'apres les auoir comparées auec celles d'autrui &c.

**** VOSSIVS *de philologia C. II. §. 13. in notis.* add DN. BIERLING *Diſſertatio de eruditione politica, oder wie man cavallierement ſtudiren ſoll? §. II.* MORHOF *polyhiſt. Liter. L. I. C. I. §. 17.*

Non ſine ratione hoc loco obiicere nobis quis poſſet; ignoratæ rei, quod vulgo, ſed vere dicitur, nulla cupido; neque, ſi modo ſympathiam & antipathiam, de quibus tamen hic non agitur, excipias: odium exiſtere poſſe vllum. Namque ad motum auerſationis in voluntate producendum, obiecti mali ad nos relati cognitio & viua repræſentatio requiritur. Conferantur *Les Charactères des paſſions de Monſ.* DE LA CHAMBRE *volume III. part. II. p. 21. ſqq.* Sine hac quicquid extra nos eſt, parum curamus, ſecundum illud noſtrorum dicterium *was man nicht weiß, macht einem nicht heiß.* Sed quæ ita allegantur, tantum vera ſunt, de ignorantia, veluti in ſcholis loqui amant, puræ negationis, quæ nullum intellectus iudicium coniunctum habet, & eſt eorum, quæ homo vel abſolute vel poſitis certis circumſtantiis ſcire non poteſt, dicitur etiam neſcientia: fallunt autem ſi ad ignorantiam prauæ diſpoſitionis, quæ in erroneo & man-

& manco rei conceptu & peruerſo de eadem iudicio conſiſtit ; extendantur. Quid enim, quæſo, frequentius, quam vt miſeri mortales malum ſub ſpecie boni amplectantur, ament & exoptent: verum autem bonum quia cum illorum faſtu, voluptatibus & habendi cupidine, conſiſtere nequit, tanquam malum exitiali odio perſequantur, auerſentur & metuant. Teſtatur id ipſum quotidiana experientia ſtipatus Mr. DE LA CHAMBRE *L. c. part. I. p. 6. Encore ſi elle* (la Haine) *n'attaquoit que les Meſchants & ceux qui lui font iniure, on la pourroit peut-être excuſer en quelque ſorte ; mais elle s'eſt toujours acharnée contre les plus gens de bien & les plus grands perſonnes & ne pouuant ſupporter l'eclat de leur vertu, elle les a tantoſt bannis par des loix iniuſtes, tantoſt elle les a opprimez par la calomnie & ſouuent elle leur a fait perdre la vie. Mais ce n'eſt pas ſeulement ſon deſſein de deſtruire les hommes, elle voudroit encore ſi elle en avoit la puiſſance, deſtruire la Religion & la diuinité même. Apres auoir rompu ces chaiſnes ſacrées, dont la charité nous lie les vns auec les autres & nous vnit auec Dieu, elle ſe le propoſe pour l'obiet de ſon auerſion, & par vne impieté qui n'eſt preſque pas conceuable, elle voudroit qu'il fuſt impuiſſant, ou qu'il ne fuſt point du tout.* Propius ad rem noſtram accedit ce que dit Mr. de CROVSAZ *dans ſa Logique part. I. Chap. IX. §. I. p. 92. Il faut ſe ſouuenir que l'Eſprit humain très borné & qui dans l'émotion ou*

ou en ſortant de l'émotion, va ordinairement trop vite, n'apperçoit pas ſi tôt tout ce dont vne choſe eſt capable, & tous les vſages que l'on en peut tirer, & par conſéquent il faut ſe donner du ſoin & prendre du temps pour examiner au lieu de ſe préuenir en rejettant auec impatience & auec mépris ce que l'on ne connoit pas aſſez. C'eſt ainſi que la pareſſe fait rejetter bien des choſes excellentes & dont on tireroit du fruit ſi l'on s'y appliquoit. Il coute de les apprendre & comme auant que de les auoir appriſes on en ignore & la valeur & les vſages on compte pour rien ce que l'on ne connoit pas encore, on ne les ſoupçonne d'aucune vtilité, parce qu'on n'eſt pas aſſez habile pour s'enſeruir, ce ſoupçon flatte trop agréablement la pareſſe & la vanité pour le rejetter, on l'adopte comme vne verité certaine. Chacun presque eſt content de ſoi-même & pour peu qu'on ſe trouve applaudi, pour petit que ſoit le cercle dans le quel on ſe voit eſtimé, on ſe perſuade ſans aucun doute, que l'on a raiſon d'être content de ſoi; & dans cette aueugle préuention on traite de ſuperfluité tout ce que les autres cherchent & ont acquis, ſi l'on ne le poſſede pas. Vn profeſſeur a fait ſon cours, legerement ſouvent, comme il arriue quand on compoſe à la hâte vn premier ouvrage. N'importe, il eſt fait, il eſt donc complet, les Ecoliers l'admirent, les Collegues l'appprouvent, ils paſſent la ſaignée afin qu'on leur paſſe l'émetique. Mais on pouſſe chaque jour

les

les ſciences , & chaque jour on les enrichit de nouvelles découvertes. On va trop loin, dit on, on ſe guinde dans les nues & l'on s'y perd. Au lieu donc de les ſuivre, on ſe livre à ce qu'on appelle le ſolide, & ce ſolide c'eſt de ſe donner du bon temps, ou d'amaſſer du bien: on ſe travaille pour ſe mettre en état d'obtenir un nouvel emploi plus honorable pour le rang, & plus lucratif pour la penſion. Hinc fieri ſolet, vt per nimiam ſtudiorum præcipitantiam, ſæpiſſime ſcientiæ, quæ aliquando magno uſui, imo promotionis inſtrumenta eſſe potuiſſent, e. g. ſcientiæ Mathematicæ, Hiſtoria, linguæ exoticæ, philoſophia, quia ad praxin parum conferre dicuntur; omnino negligantur. Sed pone caſum, duo candidati idem munus ambiunt, vnum variæ iſtæ ſcientiæ exornant & præ altero, iſtis deſtituto, commendant. Hic ſane, per turpiſſimam fallaciam non cauſæ vt cauſæ, quod ſuæ negligentiæ deberet imputare, ſcientiis iſtis, quas ex ſua hypotheſi pro phaleris ineptiſſimis hactenus habebat, tanquam fortunæ ſuæ impedimentis adſcribit, easdem propterea contemnit quantum poteſt & odio vatiniano non ſolum ipſas ſed earundem quoque poſſeſſores, dum viuit, perſequitur, ſimulque ſtultitiæ ſuæ ſpecimina egregia Mæcenatibus exhibet, & a nemine prudentiori non omni vituperio dignus iudicatur.

VIII.

Facile pariter proficuum atque neceſſa-

ceſſarium eſſe cuiuis homini * præcipue autem iuris ſtudioſo , hiſtoriæ ſtudium, cordatiores ſcientiarum doctores dudum demonſtrarunt.** Primam vero eiusdem hic facimus mentionem, quia prima ſtatim iuuentute eiusdem tractatio commode inſtituitur. ***

* Etenim ſi vtiles rerum publicarum gubernatores, in quibus totius ciuitatis ſalus poſita eſt: ſi commodi Theologi, quibus verbi diuini cura commiſſa eſt: ſi frugiferi legum interpretes, quibus iuſtitiæ laus curæ & cordi eſt, de hiſtoriis an vtiles ſint, non eſt, quod quæramus, ſed omnino ſtatuamus, reliquorum ſtudiorum cognitionem & honorificam & vtilem, huius vero etiam plane neceſſariam eſſe. Quam minime autem hiſtoriis carere poſſint, qui ad rerum ſedent gubernacula, indicat Liuius, illud præcipue ſalubre ac frugiferum eſſe dicens, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita intueri, vt inde tibi tuæque Reipublicæ quod imiteris capias: inde fœdum inceptu, inde fœdum exitu quod vites. Atque inde eſt, cur hiſtoricorum non ſolum ingenio de rebus grauiſſimis, ſed etiam opera & conſortio ad res fortiter & feliciter gerendas vtamur. Sic Imperator Alexander in togæ & militiæ conſiliis literatos, & maxime eos, qui (Lampridio teſte) hiſtoriam norant adhibere conſueuit. Prudentiam enim quæ eiusmodi viros maxime decet, ex hiſtoriis hauriri poſſe præter Cornelium Agrippam, Dionyſius Ha-

Halicarnaſſeus amorauit, hiſtoriam prudentiæ ſapientiæque initium aſſeuerans. Plurimum etiam Theologum ex diligenti hiſtoriarum etiam politicarum lectione & meditatione emolumenti haurire, facile eſt docere. Quis quæſo vaticinium illud Danielis de quatuor Monarchiis, de bellis inter ſucceſſores Alexandri gerendis, rectius aut intelliget aut melius aliis explicabit, quam qui ipſas hiſtorias, quæ omnia à propheta prædicta euenisſe teſtantur, plane deguſtauerit? Quis præcipuos Noui Teſtamenti locos accuratius explicabit, quam qui regiones, tempora, perſonas & alia ex hiſtoriis cognita habuerit? Quis melius Synodos illas diuerſis & locis & temporibus celebratas, quis ſectas & hæreſes in iiſdem diiudicatas, & damnatas acutius intelligere poterit, quam qui omnes earundem circumſtantias ex hiſtoriarum relatione diligenter cognouerit? Nonne multos ex earum ignorantia ſæpiſſime hæſitare, atque hominum locorumque ignaros errare videmus? Et quid multis opus? Hiſtoria Theologiæ nihil aliud eſt, quam lumen totam ſcripturam ſacram illuſtrans, ſine quo nihil recte intelligi, nihil ordine tractari, nihilque perfecte probari poteſt. Adde, quod ad erudiendum vix quicquam efficacius eſt, quam alienorum exemplorum, qualia hiſtoria ſuppeditat, inſpectio. Quippe ex quibusde præſentibus & de futuris iudicium facere poſſumus, adeo vt Theologo inſignem vim populum erudiendi afferant. Iuriſperitis ad quæuis etiam viliſſima iuris argumenta expli-

explicanda non minorem vtilitatem afferunt hiſtoriæ. Etenim unde totius iurisprudentiæ fons eliciendus eſt, niſi artificis, quod aiunt, ſtatera maiorum noſtrorum admodum antiquorum documenta examinaueris? quæ tibi legum, ſenatus conſultorum, & principalium conſtitutionum incunabula, correctiones & abrogationes ſuppeditant, & tandem verum germanumque latini ſermonis vſum (qui ſi vlli, tum ciuilis prudentiæ ſtudioſo inprimis eſt neceſſarius) quaſi digito demonſtrant. Si nullus eſſet alius hiſtoriarum fructus, quam quod latini ſermonis puritatem adiuuent, & circumſtantias loci & temporum, quibus leges ſint vel datæ vel abrogatæ, confirmatæ vel immutatæ ſubminiſtrent, vel hoc ſaltem nomine omnibus maximi faciendæ eſſent. Certe Cuiacius eximius ille Iureconſultus omnem ſuam in iure prudentiam antiquitati romanæ aſſcribit. Non minora commoda Medico præbet hiſtoria morborum, animalium, plantarum & quæ veterum circa ſingula Medicinæ capita ſententias enarrat. Quantum vero ſplendoris & auxilii philoſophia in ſingulis ſuis partibus, Eloquentia & Poeſis capiant, artium harum magiſtri dudum ſenſerunt. Tandem quid conſtituendæ dirigendæque rei domeſticæ atque vitæ communi prudenter colendæ magis inſeruire poteſt, quam ipſa hiſtoria. Hæc enim quid vbique, vt ſcopum attingamus, agendum omittendumue ſit, ſuis exemplis quemque condocet, alienis periculis cautos facit, & qui huic

ſtudio a teneris ſedulo incubuerunt, etiamnum iuuenes ſenili experientia ſiunt conſpicui, iisdemque

Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit.

Quæ hic adſcripſimus, potiorem ſuam partem, paucis mutatis, deſumpta ſunt ex oratione II. *de Hiſtoricis* quam M. WILHELMVS PISTORIVS ante centum,& quod excurrit,annos in hac ipſa Muſarum ſede ad declamandum proſuit, atque iunctim cum aliis prelo ſubiecit Wittenbergæ M. DC. III. in 8.

** TVLLIVS hiſtoriam vitæ magiſtram dixit. Vid. & TITI LIVII *præfat. ad hiſt. libb.* MAXIMVS TYRIVS *ſerm. XII.* BODINVS *methodi hiſt. proœm.* vbi de facilitate, oblectatione & vtilitate hiſtoriæ copioſe agit. De laude Hiſtoriarum tractat etiam CHRISTOPHORVS PHILIPPVS à WALDENFELS in præfatione præmiſſa *libris XII. ſelecta antiquitatis.* D. THOMASII *cautel. circa Præcogn. Iuriſpr. c. V. §. 38. ſqq.*

*** FLEVRY *l. c. cap. XXVIII. p. 212. on doit donc donner aux jeunes gens des principes, pour diſcerner les hiſtoires qui leur feront vtiles & pour les lire vtilement. Mais pour bien faire il faut auoir poſé les fondements de cette étude, dés l'enfance & p. 214. On ne peut donc commencer trop tôt, à donner aux enfans les principes de l'hiſtoire.*

IX.

Per hiſtoriam autem præter nudam rerum

rum geſtarum expoſitionem, antiquitates ritus & ius antiquum, cum Voſſio * intelligimus; ſed Geographia, Genealogia, Chronologia, Heraldica & ars numismatica, tanquam faces hoc loco conſiderandæ ** Inter varias Hiſtoriæ ſpecies *** potior illa, quæ de DEO rebusque diuinis tractat: **** cuius proinde præcipua ratio haberi debet, ***** vt iuuentus eadem ſtatim probe imbuatur, non quidem quoad ſingula facta, ſed exſtantiora ſaltem, quæ admirationem creare apta ſunt, neque captum ſuperant. Hæc vero viua voce ludendo quaſi enarrari debent; et quo melius ſingula memoriæ imprimantur, picturæ ****** adhiberi poſſunt, addita præcipuarum circumſtantiarum, loci, temporis, perſonarum breui expoſitione.

* *De philol. c. X. §. 1. ſqq.* add. DEGOREI WHEAR *relectiones hyemales. antelogio p. m. 10.*

** VOSSIVS *c. l. cap. XI.* vid. LANGLET du FRESNOY *Methode pour étudier l' hiſtoire. Tom. I. cap. II.* Nec non: *les Elemens de l' hiſtoire ou ce qu' il faut ſauoir de Chronologie, Geographie, Blazon, l' hiſtoire vniuerſelle, l' egliſe de l' ancien Teſtament, Monarchies anciennes, l' Egliſe du Noueau Teſtament, Monarchies nouvelles auant que de lire l' hiſtoire particulieres par Mr. l'* ABBE de VALLEMONT.

*** De quibus vid. WHEAR *l. c. & les diuer-*

uerſes caracteres des ouvrages hiſtoriques par le P. CL.FR. MENESTRIER.

**** Huc tendit grauis admodum & ſeria CAROLI SIGONII moris vulgati in ſtudio antiquitatis reprehenſio, iuxta & monitio. *Vt in pleriſque aliis rebus inſtituendis,* (inquit) *ſic in iaciendis ad rerum veterum temporumque prateritorum cognitionem fundamentis, neſcio quo modo praua cuiusdam conſuetudinis aſtu abrepti, vehementer erramus; ab iis ferme luſtrandis monumentis exordientes, qua falſorum Deorum traditiones & commentitias fictorum Heroum actiones a Gracis, acutiſſimis hominibus, ſed plane veritatis ignaris, proditas complectuntur. Quibus neque ad aliquem prudentia vſum, neque ad vllum pietatis fructum excolimur. Cum ſi quid in nobis ſenſus, ne dicam, ſanitatis ineſſet, ab iis potius, qua ſacris continentur Hebraeorum literis, initium ducere deberemus. Nam ſi prima rerum principia quarimus, non altius repetere, quam ab ipſo mundi hominumque, quod ibi tractatur, opificio poſſumus; ſi vera, nihil tam verum exiſtit, quam quod Dei ipſius viuentis ore prolatum eſt; ſi grauia, quid magnificentius iis inueniri monumentis poteſt, in quibus ſancta Dei mandata, ſalutaria promiſſa, certa oracula, cateraque his adnexa ſalutis noſtra adminicula concluduntur? porro autem, unde aut virtutum exempla praſtantiora ad perſequendum, aut vitiorum deteſtationes acriores ad declinandum, aut actiones inſigniores ad memoran-*

morandum, quam ab ipſis Hebræorum Commentariis peti poſſunt? in quibus ſolis aperte docetur, quantum humanum genus, aut religione colenda ſummo præſentis DEI auxilio ſubleuetur, aut ea negligenda acri eiusdem iracundia conteratur. Hæc etiam adlegauit laudatus WHEAR *part. I. ſect. VI. p.m. 29.*

***** Quod rectiſſime explicat vir de re chriſtiana optime meritus I. F. OSTERWALD elegantiſſimo tractatu *des ſources de la corruption qui régne au iour d' huy parmi les chretiens part. II. ſource 5. n. 2. p. 181. Pour expliquer un peu plus au long ma penſée, je dis premiérement, qu' il y a certaines choſes eſſentielles que l' on enſeigne point aux enfans, ou qu' on ne leur enſeigne qu' imparfaitement. La connoiſſance de l' hiſtoire ſainte eſt de ce nombre. La religion étant fondée ſur l' hiſtoire & ſur des faits, il ſeroit à propos de commencer l' inſtruction par ce que la Religion a d' hiſtorique & par les principaux faits qui ſont rapportez dans le vieux & dans le nouveau Teſtament; en ſorte que les enfans ſceuſſent, au moins en gros, quels ont été les principaux Ages du monde, ce qui eſt arrivé de plus remarquable depuis la création, jus qu' à Ieſus-Chriſt; ce que c' eſt que le Déluge, la captiuité d' Egypte & celle de Babylone; en quel tems ont vêcu Abraham, Moyſe, David, les Patriarches, les prophêtes, quels peuples c' étoit que les Payens & les Iuifs; quelle a été la vie de Ieſus-Chriſt. &c.* Huic fini & inſeruire poterunt

runt M. Adami Erdmanni Miri *Gymnaſii Zittau. Conr. Kurtze Fragen aus der Chronologia ſacra, worinnen denen Liebhabern bey Leſung der Bibliſchen Hiſtorien ein ſonderbahres Liecht gegeben wird.* Summa quippe historiæ ſacræ capita ordine chronologico breuiſſime ſed perſpicue hic exhibentur.

******) A quibus abſint pictorum errores vulgares, quando e. g. Deum Patrem creantem hoc vniuerſum ſenis habitu vultuque depingunt, qui nec humana eſt facie, nec in ſenium transſcribitur, nec tunc vt ſenex apparuit. Quid vero de his picturis ſentiendum recte indicant illa B. Avgvstini *Ep. CXXII. Oportet ab omnibus corporibus & ab omnibus ſimilitudinibus* (Trinitatem) *ſecernamus.* Et paulo poſt: *ſic in nullo iſtorum genere putanda eſt Trinitas, & ſic eſt inuiſibilis vt nec mente videatur, multo minus de illa iſtiusmodi opiniones habere debemus, vt eam rebus corporalibus vel rerum corporalium imaginibus ſimilem eſſe credamus. Non enim corpora pulchritudine, mole aut magnitudine ſuperat, ſed diſſimilitudine ac diſparitate natura. Et ſi diſcreta eſt a comparatione bonorum animi noſtri, qualia ſunt ſapientia, iuſtitia, charitas & cetera alia, quæ profecto mole corporis non pendimus, nec eorum quaſi corporeas formas cogitatione figuramus; ſed ea quando rectius intelligimus, ſine aliqua corpulentia, vel ſimilitudine corpulentia in luce mentis concipimus: quanto eſt omnium qualitatum & quantitatum corporalium com-*

comparatione diſcretior? Sic Abrahamum ad mactandum Iſaacum paratum ſiſtunt pictores talem; conſpicitur ſtricto in manu extenſa gladio filii iugulum petere, cum tamen ex hebræo textu facile probari queat, non gladio ſed cultro Abrahamum fuiſſe vſum. Inde AVG. PFEIFFERVS *Im Paſſions Spiegel Conc. III. p. 59. Abraham ergreifft eigenhandig ſein Schlacht-Meſſer, dann kein Schwert oder Sebel iſts geweſen, wie etliche vnverſtandige Mahler ihn zu repraſentiren pflegen, damit er Henckermaßig zum Hiebe ausgeholet hatte.* Errant in eadem hiſtoria quando Iſaacum ſtrui lignorum igeniculantem manibus pectus verſus complicatis effingunt. Quippe antiquitates teſtantur, eundem ſupinum colligatis poſt tergum manibus pedibusque iacuiſſe verſo vultu in cœlum, Abrahamum vero iugulum eius ferire voluiſſe, ſicut lanii vitulos ſolent mactare. Veluti ſcripſit LVTHERVS *in Comment. ad h. l.* Ex praua verſionis vulgatæ interpretatione *Exod. cap. XXXIV. 29. quod cornuta eſſet facies eius.* Ortus eſt Moſes cornutus, cum tamen ibidem non de cornubus ſed ſplendore faciei ſermo ſit. Pro figmento & luxuriantium pictorum auctario etiam habent eruditi orbiculum ſplendentem & radiatum, quo Apoſtolorum, B. Virginis, ipſius Saluatoris capita exornari ſolent. Alium errorem tetigit STRIGNITIVS quando *in Neuen Iahr p. 66.* inquit: *Es ſind etliche Ketzer geweſen, die haben vorgeben der Sohn GOttes habe die menſchliche Natur*

mit vom Himmel bracht, vnd daher iſts kommen, daß die Mahler, wenn ſie die Hiſtorie von der Empfengniß Chriſti mahlen wollen, ein ſolch Bild oder Gemahlte zu machen pflegen, daß ein Kindlein vom Himmel kommt, welches ein Creutz auf dem Rücken tragt vnd alſo herab fahret. Idem iudicium eſto de tribus magis Chriſtum recens natum adorantibus, quos coronatos binos candidos vnum facie fuſcum depingere ſolent ſed veritate reclamante. De his vero aliisq; pictorum erroribus peculiari Diſſertatione in Lipſienſi Academia erudite tractauit M. PHILIPPVS ROHR *in Pictore errante in hiſtoria ſacra* ſub cuius finem optime monet: *non quoslibet admittendos eſſe ad picturas ſacras. Id enim ſtudium quondam magnis Regibus, vt ſacros vultus ſuos non a quouis ſinerent pingi, qui forte cucurbitam aut cupreſſum ſimulare didiciſſet. Notum eſt M. Alexandri edictum, quo voluit vniuerſo orbi ſuo, ne quis effigiem Regis temere aſſimilaret ære, colore, cælamine, veritus eandem a multis artificibus vulgaribus contaminatum iri; quare præcepit, ſolus eam Polycletus (iuxta alios Lyſippus vid.* VOSSIVS *de 4. art. popul. p. 84.) ære duceret, ſolus Apelles Coloribus delinearet, ſolus Byrgoteles cælamine excuderet. Quod vtinam pari exemplo ſacrarum imaginum valeret, ne quis eas* (addimus & quascunque alias hiſtorias profanas ſed veras) *temere figurandas ſumeret, non tot credo, corruptas imagines biblicas* (& exinde prognatos turpiſſimos vulgi errores) *nos eſſe*

habi-

habituros. Promiſit equidem in Diſſertationis huius præfatione, etiam adhuc tractationem de erroribus pictorum in profana hiſtoria commiſſis. Hæc vero an ſecuta fuerit, quia eandem nondum vidi; affirmare nequeo. Videri etiam poteſt de hac materia *die Vergnügung müſſiger Stunden P. III. p. 52.*

X.

Idem fere modus in Hiſtoria humana, Politica atqua Ecclesiaſtica, Vniuerſali ac Particulari poterit obſeruari: vt primo celeberrimorum virorum, familiarum illuſtriſſimarum nomina atque geſta extantiora ſaltem notentur. * Provectiori ætate ad lectionem hiſtoriarum ** accedens, de tribus potiſſimum ſollicitus eſſe debet: *** (1.) Quinam **** auctores legendi ſint, eorumque ordinem atque fidem; ***** (2.) Vt iudicium perſpicax ac intelligens afferat; † (3.) ſedulam adhibeat curam, vt electa cuiuscunque generis velut annona in horrea diſpoſite recondantur. †† Quæ quidem, emendandis moribus, comparandæque prudentiæ politicæ egregium vſum ††† præſtant.

* Flevry *d. l. c. 28.*

** An Iuuenis ſit idoneus Hiſtoriarum auditor vel lector? diſputatum fuit inter Ioan. Vossivm de arte Hiſtorica, & Bartholomævm Kekermannvm de quibus vid. Degorei Whear *relect. hyem. P. II. ſect. 1. ſqq.* it. Tho-

MASIVS *in cautel. circa præcognita Iurisprudent. c. 5. §. 59. lit. x. in notis.*

*** Diuerſæ admodum ſunt hiſtoriæ tractandæ rationes. Has vero optime adnotauit IOH. ANDREAS BOSIVS *de ratione legendi tractandique hiſtoricos ciuilis vitæ ſcopo accommodata.* Hic ſub initium, *quidam enim,* inquit: *ſolummodo hac fini legunt, vt ocium fallant, curasque grauiores temperent, eorumque, hodie præſertim, multo vberrimus eſt prouentus. Alii, ne neſciant, quæ a multis retro ſeculis, vel in patria ſua vel alibi terrarum acciderunt. Multi, vt varios gentium ritus ac mores, varias populorum & regnorum origines & antiquitates indagent, ſuumque in locum, & veluti penu quoddam antiquarium ſingula excerpant. Sunt etiam qui nil amplius quam vocum elegantiam, verbaque vt ille ait, ſeſamo & papauere ſparſa, figurasque & artificia oratoria ſectantur: parum ſoliciti, quid ſub eo cortice boni ſolidique lateat. Alii denique res quidem vitæ humanæ vſibus geſtas perſequuntur, ſed contenti obuiis & vulgaribus ſententiis, ac quibusdam indiciis ac digreſſionibus, ſubinde a præſtantiſſimis ſcriptoribus inſertis, interiora rerum abditosque ſenſus non illubentes prætereuehuntur. Hi omnes etſi neque culpandi omnino ſunt, neque nullum induſtriæ ſuæ (ſi modo induſtria vocari meretur, nonniſi ſuperficiaria eſt) fructum ferunt: nondum tamen id quod in Hiſtoria præcipuum eſt, quoque præſtantia atque nobilitas eius cenſeri debet,*

debet, adſequuntur: quin imo longiſſime adhuc abſunt ab ea vtilitate, quæ hiſtoriæ propria eſt. Nam primo quidem ſecundoque generi ſatis erit, ſi tumultuaria opera, quicquid ſibi offertur, pervolarint, tertio, ſi pauca ex vniuerſo totius operis contextu ſelegerint, quantum ſolis pene vocibus ſterili ſane & ſæpe ridiculo labore, animum explet: quinto denique ſufficit, ſi mediocri attentione, & pueris quoque in triuialibus ſcholis degentibus non admodum operoſa ac difficile futura, ſententiarum veluti florilegium inſtituant. At hiſtoricæ obſeruationis hic præcipuus eſt finis & vſus, certe eſſe debet, vt interiora negotiorum ciuilium penitus pernoſcere, quoue modo in iis verſandum, quomodo conſilia formanda & exſequenda, quo ſermonis genere efferenda, ornanda, ſuadenda, diſſuadenda ſint, doceat. Ad ultimum autem hunc ſcopum præcipue ſtudioſo iuris reſpiciendum eſſe, ratio ipſa dictitat.

**** Etiamſi enim maximum in hiſtoria ſubſidium repoſitum eſſe videatur; vix tamen iſtud abunde vnquam ſe prodit atque manifeſtat, niſi prius auctores illi, tanquam pararii, in conſilium aduocentur, qui de hiſtoriis ordine & methodo conſcribendis, euoluendisque proprias leges tulerunt. De quibus vid. GABRIELIS NAVDÆI *Bibliographia politica* edit. quæ iuxta cum DEGOREI WHEAR *Relectionibus hyemalibus Cantabrigiæ* M. DC. LXXXIV. prodiit: *p. 285.* Ibidem *p. 286.* prudens hoc præceptum legimus: *Interim*

rim vero Politicorum ſtudiis non alias leges præſcribam, niſi vt inter euoluendum cuiuscunque gentis ac Regionis Hiſtoricos illis præſertim immorentur & aſſueſcant, qui non tantum rerum euentus, aut acta Principum, bellaque hic & alibi geſta, ſed omnium latentes cauſas ſubindicant, Conſilia explicant, Iudiciumque de ſingulis breui & arguta ſententia proferunt; quod velut anima cenſetur totius ſuſceptæ narrationis. Reficit enim lectorem ſuum is ſcribendi modus iucundiſſimo pabulo lectionis, aſſeritque cautionem in agendo, & ſpiritum in præcauendo. Neque dubium eſt, quin ex ſolida aliqua ac ſucci & ſanguinis plena narratione, maior vtilitas, & vberior longe percipiatur delectatio, quam ex ea, quæ nude res ipſas proponit, ieiunas quidem, & ariditate iudicii languentes, ac ferme enectas. Maximum ergo heic commodum dabunt ſcripta, quæ de notitia horum auctorum egerunt. Qua in re præter BOECLERVM, BOSIVM, WHEAR, pluresque alios, optimo cum fructu adhiberi poterit DN. STRVVII *Selecta Bibliotheca hiſtorica ſecundum Monarchias, Regna, ſecula & materias diſtincta.* Hæc quippe ſelectiores hiſtoriarum ſcriptores exhibet, ita quidem, vt extantioribus & qui maxime conſiderationis digni ſunt, quale de iisdem habendum ſit iudicium, adſcriptum ſit; medioxumi vero & minorum gentium dii, ſaltem adducantur, ſolis tamen titulis ſuo ordine digeſtis. Haud mediocrem laudem in eodem ſtudio conſecutus eſt CHRISTIANVS

GRY-

GRYPHIVS dum *Apparatum ſiue Diſſertationem iſagogicam de ſcriptoribus hiſtoriam ſeculi XVII. illuſtrantibus ederet.*

***** *De Hiſtoria, Hiſtoricos legendi ordine, fructusque ex iis excerpendi modo* elegantiſſimam habemus IVSTI LIPSII ad NICOLAVM HACQVEVILLIVM epiſtolam. Inueniuntur qui omnem omnino hiſtoricorum fidem in dubium vocant; ſed eosdem ſolide confutauit illuſtris THOMASIVS eruditiſſimo ſcripto *de fide hiſtorica,* quo ſimul, quantum huic tribui debeat, & quæ eiusdem ſit indoles bene demonſtrat.

† Nec, quod horum vel illorum opinioni, ac conſuetudini congruentius videtur, amplectatur, ſed quod veritas, illa hiſtoriæ anima, ſuadet, hoc quidem ſine partium ſtudio ſequatur, in omni loco quis & quid dicat, probe expendens. Rectam vbique rationem principiis philoſophiæ ſobriæ imbutam in auxilium vocet, hac lance ſingula trutinetur. Cogitet, nihil ſolennius eſſe, quam vt vitia virtutum apparentium pallio laruata ab adulantibus Hiſtoricis proponantur, & ex aſtuta diſſimulatione ambitionis, aut ſubdolis mendaciis & callida ſimulatione auaritiæ, aut ex vtriusque mixtura, vel denique ex voluptate ambitione temperatata, apparente ſinceritatis & honeſtatis ſpecie multi admodum fallantur. Celeberrimus FRIDERICVS WILHELMVS BIERLING Diſſertationem eruditam *de Iudicio hiſtorico* magno eruditioris orbis applauſu anno ſeculi huius tertio Rinthelii publicauit, ibi-

ibidemque tria iudicii hiſtorici fundamenta poſuit, quæ rite perſpecta habere debet, qui hiſtorias cum fructu legere, & quid veritati conſentaneum videatur, quid minus, diſcernere vult. Initio quidem, quid ad bonum hiſtoricum requiratur, & quibus næuis hiſtorici laborent: deinde quam fidem monumenta, ex quibus hiſtoriæ deſumuntur, facere apta ſint: & denique ex quibus principiis actiones humanæ ab hiſtoricis in literas relatæ, præſertim, vbi illi diſſentiunt, diiudicandæ ſint, exponit, atque ſingula ſolidis rationibus exemplisque ad rem optime facientibus luculenter illuſtrat. Quo nomine hoc ſcriptum cuiuis Hiſtoriarum ſtudioſo non ſatis commendare poſſumus. Nec minoris facienda ſunt, quæ tradit Vir Conſultisſimus IOH. BVRCHARDVS MENCKENIVS in diſputatione ſua inaugurali *de eo quod iuſtum eſt circa teſtimonia hiſtoriqorum*. Singulari diligentia exactisſimique iudicii acumine de eodem hoc argumento egit litteratisſimus P. CL. FRANC. MENESTRIER, de la Compagnie de IESVS *dans les diuers caracteres des Ouvrages hiſtorique à Lyon M. DC. XCIV.* inprimis *pag. 115.* verbis: *Apres ces diuers caracteres de l' Hiſtoire je dis qu' il faut vn grand diſcernement pour iuger comme il faut des ouvrages Hiſtoriques. On condamne ſouuent des choſes qui deuroient être loüées, on en approuue d' autres qui deuroient être condamnées. Il faut auant que de prononcer ſur vn ouvrage Hiſtorique, examiner ſoigneuſement quelle en eſt*

la

la matiere & à quelle eſpece d' Hiſtoire il appartient. Quelle eſt la fin de l' Auteur & par quelle voye il y tend. Hinc, poſtquam illuſtrandæ huic regulæ exempla adiecit, certas hiſtoricorum claſſes conſtituit, vniuscuiuscunque officium breui ſed perſpicua ratione ſolidisſime exponens. Vt plane in hoc paſſu non abs re hoc ſcriptum pro cynoſura haberi queat.

†† Ita IVSTVS LIPSIVS in laudata modo epiſtola monet. *Cum reperiſti, tum ſit electio: id eſt, vt ſtilum capias, & excerpas, & velut annonam in horrea quadam reponas. Ea diſtincta ſint, & iam ante libri parati, meo iudicio, quattuor, in quos quicquid eligis, conferas, & tuto deponas. Nam memoriæ ſuæ qui credit tantum: quid agit? non dicam nihil, ſed in breue proficit; nec vlla tam vaſta, capax, tenax eſt, quæ varia iſta cum fide aſſeruet & reddat. Trade libris: in quo labor aliquis, & iterum in legendo remora: ſed mihi crede, vtilis, ſi quidquam in omni ratione ſtudiorum. Libri iſti quattuor totidem titulos habeant rerum, quas præcipue in hiſtoriis notes: Memorabilium, Ritualium, Ciuilium, Moralium.* Quid vero hi tituli complectantur, & quo ordine res ad ſingulos ſpectantes diſponi debeant, ibidem in ſequentibus docetur.

††† Vid. D. BIERLING *de indicio hiſtorico* §§. prioribus. Illuſtr. THOMASIVS *cautel. circa præcogn. Iuriſp.* C. V. §. 94. De vſu hiſtoriarum

mul-

multiplici habemus egregium libellum de l'ABBE de SAINT REAL *de l' vſage de l' hiſtoire.*

XI.

Poſt Hiſtoriam cuiusuis gentis propriam, quæ ciuibus * vtique primo loco habenda; maxime omnium ſtudioſo iuris neceſſaria eſt antiquitatum Romanarum tam ſacrarum, quam profanarum, ciuilium atque militarium cognitio. ** Sine hac enim genuinum plurimarum legum ſenſum penetrare non licet, *** ſed innumeris difficultatibus † atque næuis †† Iurisprudentia ſubiicitur.

*. Igitur Germani de Hiſtoria Germaniæ inprimis ſoliciti eſſe debent, quem in finem adhiberi poteſt Carionis Chronicon, quod ex ſcriptoribus coæuis atque probatis Hiſtoriam Germanicam breui compendio, elegantiſſimoque ſtilo tradit. it. Adam. Ruperti *Obſeruationes ad hiſtoriæ vniuerſalis ſynopſin Beſoldianam.* Inprimis laudari meretur illuſtris BVRCHARDI GOTTHELFI STRVVII affinis & præceptoris mei ob infinita merita plusquam filiali cultu ſuſpiciendi, *Syntagma hiſtoriæ Germanicæ* recentiſſimum, quod non ſolum ob concinnam ſcribendi rationem, ſed & ipſa ſcriptorum optimorum rariorumque verba adiecta cuilibet quam commendatiſſimum eſſe debet.

** Genuinos fontes vnde iſtæ hauriri poſſint conſignauit STRVVIVS noſter in Bibliotheca antiquitatum generali, ſyntagmati, antiquita-

tum

tum romanarum præmiſſæ. Sed & magno vſui eſſe poterit Lexicon Antiquitat. Roman. PITISCI.

*** Rectiſſime IOH. BARBEYRACIVS *in oratione inaugurali de dignitate & utilitate Iuris ac hiſtoriarum p. 24. ſq.* inquit: *ſed & ſine ope hiſtoriarum ſatis intelligi, recteque proinde explicari aut adplicari nequeunt iura ciuilia, quæ præſertim, vt ſit plerumque, non ſimul & ſemel, ſed variis temporibus nata ſunt. Niſi enim ſcias a quo, quando, & qua de cauſa lex aliqua lata ſit, periculum eſt, ne verba eius perperam interpreteris, aut imperfecte tantum capias, & vltra aut intra legislatoris conſilium totius legis tenorem proferas aut reſtringas, non inique forſan, ſed tamen præter loquentis mentem & ſcopum. Qua de re, ne exempla longe petamus, dubitare nos non ſinunt immenſi illi & mole & numero commentarii interpretum, ex ſchola Accurſii & Bartholi, qui, per tria ſecula ante literas renatas, ius romanum inſtaurare & interpretari conati ſunt, Hiſtoriarum enim face deſtituti, dum in tenebris perpetuo ambulant, priſcis ICtis cogitationes ſuas adfingunt, in plurimis vocabulis & rebus exponendis plane cæcutiunt, & obtorto collo innumeras leges ad ſententiam ſuam trahunt: ſatis ſollertes alioqui (indicium eſt ſummi viri H. Grotii* de *I. B. & P. prolegom. num. 54.) ad indagandam æqui bonique naturam: quo factum vt ſæpe optimi ſint condendi iuris auctores, etiam tunc cum conditi iuris mali*

 ſunt

ſunt interpretes. Add. D. BIERLING *l. c.* §. 4.

† Has verbis magni Iurisprudentiæ reſtauratoris GERARDI NOODT potius quam meis efferre placet. Ita ille *de cauſis corruptæ Iurisprudentiæ; diſſertatione operibus ſuis adiecta, p. m. 764. ſqq. Sed ego, AA. hanc eſſe coniicio cauſam corruptæ Iurisprudentiæ primam ac præcipuam: quod paſſim credimus; eſſe ignobilem; & Iurisconſulti ampliſſimo nomine non deſignamus illum diuinarum humanarumque rerum ſapientem & publicis priuatisque negotiis gerendis vtilem, atque accommodatum; ſed cauſidicum neſcio quem ſibi ex obſcura & tenui ſcientia, non honorem, ſed præſertim exiguæ emolumentum mercedis proponentem. Qui ſic imbuuntur, poſſintne hi ſibi permittere: ne ad Iurisprudentiam quaſi ad artificium ſordidum atque illiberale accedant? vtue eam velut publicæ & pro hominum ingeniis ac temporum occaſionibus mutabilis & variæ vtilitatis intelligentiam, vt decet, per ætates atque incrementa diſtinguant: quam intuentur velut imbrem de cœlo eodem delapſum impetu, aut tanquam fungum e terra natum proxima nocte? hinc ante, quam audituri populi Romani leges, animum & pectus impleant ſtudiis ſapientiæ atq; humanitatis, aut peritia iuris naturæ & gentium? hinc in cognoſcendos vrbis mores veteres, recentiores, publicos, priuatos, inque ediſcendum ſermonis latini vſum ac proprietatem tantillum olei impendant? hinc ſe præparent ſic: vt auſint, de ipſa iudicare iurisprudentia? vt non dicã interpretibus doctis,*

doctis, indoctis ſed ipſis iuris Architectis de veritate mouere controuerſiam ſuſtineant? non facient, imo quemadmodum ad has illoti atque inculti accedunt: ita ſe valde eruditos beatosque exiſtimant, ſi qua breuia Artis compendia vix comprehenderint; & definitionum ac partitionum actionumque ſolemnia carmina memoriæ mandauerint; artemque late porrectam, in anguſtas tabellas, paucasque & ſæpe ineptas quæſtiones coarctauerint: imperite confuſis legibus, moribusque omnis loci, omnis ævi, ciuilibus, pontificiis, patriis, indolis ſubinde diuerſæ aut contrariæ.

†† De quibus eruditiſſime diſſeruit Illuſtris THOMASIVS de *nauis Jurisprud. Iuſtin.* aliisque ſcriptis peculiares iuris materias ſpectantibus. Plurimorum errorum in iurisprudentia caliginem hac antiquitatum romanarum face diſcuſſam inuenies in laudati modo GERARDI NOODT operibus paſſim.

XII.

Idem dicendum de arcanis Imperii Romani artibus * variisque ipſius ſtatus mutationibus. ** Hinc enim rationes legum ſunt petendæ, eo inſeruientes, vt mentem ſiue ſententiam earundem, vbi obſcuriores fuerint, eo facilius poſſimus venari, ſimulque, an noſtris temporibus recte applicentur, nec ne, Iudicium ferre.

* Quales quidem ſequior ætas rationem ſtatus appellare conſueuit. In hunc cenſum principe loco referendus venit Romanorum cultus ex meris ſuperſtitionibus compoſitus. Romani quippe ſacra ſua non alia de cauſa tam ſolici-

te curabant, quàm vt plebi imponerent, ac quæ alias efficere non ſatis commode licebat, religionis prætextu obtinerent. Huc ſpectarunt magnificentiſſimæ iſtæ religionis ceremoniæ, ſacrificiorum adparatus, ludi & epulæ ſplendidiores hic adhiberi ſolitæ. Teſtatur id ipſum POLYBIVS L. VI. verbis a NICOLAO PEROTTO latine hoc modo redditis: *videtur autem mihi Romana Reſpublica in ſententia de Diis ab eo differre quod melius eſt. Et arbitror apud vniuerſos mortales eſſe probroſum, quod hoc in factis Romanorum continetur. Loquor autem de ſuperſtitione. Vſque adeo namque hac pars tragice apud eos deprædicatur, & in vitam illorum tam priuatam quam ciuitati communem ſubintroducta eſt, vt augeri nequeat: Quod & multis ſane ſtupendum videri poterit. Mi hi vero videntur hoc feciſſe propter plebem. Siquidem ex viris ſapientibus congregari Reſpublica potuiſſet, forſan huiuſmodi modus neceſſarius hautquaquam extitiſſet Quomodo autem plebs vniuerſa huius eſt illegitimis deſideriis admodum obnoxia, ira conſideratæ furori ac violentiæ, reliquum eſt, metu incerto & huiuſmodi tragædia retinendam eſſe multitudinem.* Singulis hiſce inſignem lucem affundit D. FRIDERICI WILHELMI BIERLINGI *Diſſertatio de ſuperſtitione adhibita tanquam arcano dominationis.* Sed ipſum quoque Romanæ ciuitatis ius tot priuilegiis adauctum, dilatandis finibus, & alliciendis ſociis vel ciuibus undique opulentiſſimis qui ærarium aut fiſcum locu-

locupletarent, inſeruiebat teſtantibus id ipſum, præter FLORVM cæterosque Romanarum rerum ſcriptores; DIONIS COCCEIANI *Excerptis ex Collectaneis* CONSTANTINI AVGVSTI PORPHYROGENETÆ, editis ab HENRICO VALESIO Pariſiis A. M. DC. XXXIV. *p. 744.* ibi de Antonino Caracalla hæc leguntur: *Poſtremo præter vectigalia tum alia quæ ab ipſo reperta primum ſunt, tum vectigal decimæ, quam pro viceſima conſtituit, tam eorum qui manumitterentur, quam hæreditatum ac legatorum: cum ſuccedendi ius & immunitates omnes quæ proximis defunctorum ac genere coniunctiſſimis conceſſæ legibus erant, ſuſtuliſſet. Cuius rei cauſa etiam omnibus qui in orbe Romano erant, ciuitatem dedit: ſpecie quidem ipſa eis honorem tribuens, ſed reuera, vt fiſcum ſuum augeret: quippe cum peregrini pleraque horum vectigalium non penderent.* add. GERARDVS NOODT *De vſufructu L. I. C. XXI.* & laudatus ibidem EZECHIEL SPANHEMIVS erudito tractatu, cui nomen eſt *Orbis Romanus.* Similiter in fœderibus bellisque romanis arcanæ dominationis augendæ fuerunt cauſæ, quibus tamen varios prætextus obtendere ſolebant. Exemplum invenies apud FLORVM *rerum romanarum L. II. C. II.* Namque cum Romanis ſuſpecta Pœnorum in vicina Sicilia eſſet potentia, iuſte autem ſatis eo proferre arma non poſſent, præter ſpem accidit, vt Mamertini opem ipſorum implorarent; tum æquum viſum, ſocios non deſerere: & ſic punicum bellum cœpit. add.

CHRISTOPHORI ADAMI RVPERTI *Obſeruationes ad h. l.* Nec non quæ cum his iunctim typis exſcriptæ fuerunt V. Cl. *obſeruationes politicæ ibid.* videatur & GROTIVS *de Iure belli & pacis L. II. C. I. §. I.* ibidemque notæ in Becmanniana editione adiectæ. Plura conſignauit ille Romanorum Hiſtoricorum facile Princeps C. TACITVS *in Annalium Hiſtoriarumque libris paſſim.* Quo tandem intuitu ipſius Iurisprudentiæ, omnis Patrum intentio collimauit, niſi vt, vel poteſtate legislatoria, aut vi, aut fraude plebem excluderent, vel ſubtilitates nimias ſub prætextu decori aut iuſti in legum interpretationem & formam iuris adminiſtrandi introducendo, ius incertisſimum redderent & ita plebem in perpetuo diſſenſu retinerent; hoc vero ſecundum ſingulas legum ſpecies clarisſime adnotauit illuſtr. THOMASIVS *libb. duobus Næuorum Iurisprudentiæ Romanæ anteiuſtinianeæ.* Taceo machinationes occultas quibus ad ſtabiliendam Monarchiam ſuam vſi fuerunt Romani.

** De quibus elegantisſimæ ſunt MARCI ZVERII BOXHORNII *de Roman. Imperio Diſſertationes Politicæ.* add. IACOBI GOTTHOFREDI *Manuale Iuris P. I. c. 1. ſqq.* Hi ambo ex genuinis fontibus potiora iſtarum mutationum momenta ita congreſſerunt, vt facili opere cognoſci queant.

XIII.

Addenda eſt Hiſtoria Literaria, quæ virorum doctorum vitas, atque fata, ſcientia-

tiarum incunabula, incrementa atque decrementa exponit ſecundum ſæcula, atque ordinem Chronologicum. Huc etiam ſpectat notitia rei literariæ, quæ libros docet diſponere ſecundum materiarum ſedem iuſto accuratoque ordine. * Plura ex his ſtudiis ſperare licet commoda. Primo enim quorumlibet ſcriptorum pretia diſcimus, vt poſtea facile ſit optimos quosuis vſibus noſtris ſeligere. Deinde varia auctorum præiudicia & immutatas ſubinde opiniones ex Hiſtoria Literaria cognoſcimus atque hoc ipſo a multis erroribus immunitatem conſequimur. Si quando plagium committitur, nullo negotio id detegimus. In elaboratione inprimis materiarum dimidia laboris pars eſt, ſedes materiarum noſſe, hoc vero non melius, quam ſtudio Rei literariæ ** nobis comparamus.

* De his ſingulis vid. DN. STRVVII *Introd. ad notit. rei liter. L. I. c. 7.* VOSSIVS *de Philologia c. 14. §. 8.* MORHOFI *Polyhiſt. Tom. I. L. I. cap. 2.*

** Vid. DN. STRVVE *l. c. §. 13.* MORHOF. *d. l. n. 18.*

XIV.

Hinc factum, vt veterum Philoſophorum celebriores, hac in re iam olim aliqua ſaltem ex parte deſudarint, & recentiores hæc ſtudia hodienum curæ cordique maxime habeant. Illorum exempla præbent

Laertius, Philoſtratus, Cicero de claris oratoribus, Suetonius de Illuſtribus Grammaticis ac Rhetor. * Inter hos ſunt Voſſius, Conringius, Morhof, Boeclerus Struvius noſter, Reimmanus aliique plures, qui rempublicam literariam vtiliſſimis ſuis laboribus multum iuuarunt.

* Vid. de his Vossivs *de Philol. c. 14. §. 9.* Ioan. Ionsivs *de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ l. 4.* & Bernhardi a Mallincrot *παραλιπομένων de hiſtoricis græc. centuriæ quinque.*

XV.

Inter deſiderata in ſtudio Iurisprudentiæ relata hactenus fuit Hiſtoria iuris, * quæ communiter negligi ſolet, cum tamen max imam lucem afferat, ** adeoque ſtudio iuris ſemper præmittenda. Et quidem, cum pro diuerſis iuris partibus eadem ſit diuerſa; nos ad quamlibet partem potiſſimum eiusdem infra mentionem faciemus.

* Vid. Thomasii *præf. ad lector. Nouis Iuriſpr. præmiſſa.*

** Teſtatur hoc ipſum etiam Cl. Ianvs Vincentivs Gravina *in oratione de inſtauratione ſtudiorum ad* Clementem *XI. Pont. Max.* quæ inter orationes & opuſcula Traiecti 1713. editas, prima eſt. Ibi p. 47. hæc offendimus: *Cum autem tam eruditis ad antiquitatis interiorem notitiam, quam forenſibus ad pleniorem Iurisprudentiæ cognitionem vtiliſſimum ſit origines euolue-*

re ac fundamenta detegere romani iuris; neutris tamen ob obſcuritatem & varietatem rerum tot voluminibus diſſipatarum, vacet ea de Cuiacianis interpretibus efferre; tribus nos libris, quos de originibus ſcripſimus eas complexi ſumus: vt legentium oculis iurisprudentia ſelectior integre atque ordine ſuo ſubiiciatur.

XVI.

Enim vero, cum plurimi Iurisprudentiæ Romanæ floſculi ex campis Philoſophorum antiquiorum ſint petiti, * atque ſæpius concluſiones ex eorundem præceptis manantes, in iure occurrant: ** ſponte ſua ſequitur, Hiſtoriam Philoſophicam † ſtudioſo iuris non eſſe negligendam. Hoc nomine commendatur Cicero, qui ſtudium Philoſophiæ †† cum Iurisprudentia olim iunxerit, & multas reliquias hiſtoriæ Philoſophicæ conſeruauerit.

* ICrorum romanorum eruditionem omnem in ſtoicorum fere incidere, ſectam docuit Schilter. *prax. artis analytic. c. I. §. 17. p. m. 14.* Iurisconſultos etiam vbi id minime expectes, agere Philoſophos, ac interim, quod artis eſt maxime, diligenter artem tegere: ſententia eſt Vlrici Hvberi *in ſpecimine philoſophiæ ciuilis & ſtudendi bonis libris, præfat.*

** Singulari eodemque pereruditto ſcripto hæc iam dudum comprobauit Vincentivs Tvrtvretvs ſiculus, Philippi IV. Regis Hi-

ſpaniarum. Capellanus in *Parallelis ſuis ethicis & iuridicis.*

† Qualem ſuis elementis phil. inſtrumentalis præmiſit DN. BVDDEVS. add. *diſcurſus philoſophicus in quo hiſtoria philoſophiæ antiquæ & recentioris recenſetur per* PETRVM SYLVANVM REGIVM. Huc etiam referenda eſt GOTTLIEB STOLLENS *Hiſtorie der Heydniſchen* Moral, qua Barbaricæ, Græcæ & Romanæ moralis doctrinæ Hiſtoriam ex genuinis fontibus deducit, facillimaque methodo, idiomate Germanico ſingula illuc ſpectantia illuſtrat. Præter alios cum fructu adhiberi poterunt *acta philoſophorum* quæ Halæ non ita pridem edi cœperunt.

†† Vid. THOMAS. in *cautel. circa præcogn. Iuriſpr. C. VI. §. 50.*

XVII.

Hactenus de Hiſtoria vera. Sed neque negligendæ fictæ Hiſtoriæ, * quales exhibent Poëtæ, aliique fabularum ſcriptores. Ita quidem vt myſtica potiſſimum ſignificatio inde eruatur, ** ſub huius quippe inuolucro multa morum atque prudentiæ politicæ præcepta continentur, *** quæ olim ſtudioſo iuris varium vſum præſtare poterunt.

* VOSSIVS *de Philol. c. 14. §. 12.* Quod fabularum vſus ſit licitus præter alios euincit GROTIVS *de I. B. & P. L. III. c. 1. §. 10.* add. THOMASIVS *in cautel. circa præcogn. Iuriſpr. Cap. XIV. §. 7.*

** Ra-

** Rationem qua hoc fieri queat, magna eruditionis laude, propoſuit Monſieur L'Abbe Banier dans *ſon explication Hiſtorique des fables, où l'on découvre leur origine & leur conformité avec l'hiſtoire ancienne.* Huius operis altera editio tomo tertio auctior, hoc ipſo anno Pariſiis prodiit in 12. confer. Iovrnal des Scavans *pour le Mois d' Aout 1715. pag. 149 ſqq.*

*** De modo docendi Philoſophiam moralem per fabulas agit Vervlamivs in libr. *de ſapientia veterum*, referente Morhof *Polybiſt. Tom. III. l. 1. n. 5.* add. Bvddei diſſ. *de vſu fabularum in Philoſophia.* Idem graphice adnotavit, magnum illud politioris litteraturæ incrementum, Ianvs Vincentivs Gravina, *de inſtauratione ſtudiorum ad Clement. XI. Orat. I.* p. 11. ita diſſerens: *Scriptores alii præter Comicos vel antiquarum fabularum exemplis referciuntur vel negotiis plerumque implicantur publicis, vt, qui ſine fabularum, aut hiſtoriarum cognitione illos adierit, videatur ſine face per tenebras aberraturus, vixque vnquam perceptu-rus rerum ſenſus, quibus ignoratis vis quoque latet, atque notio vocabulorum.* & p. 42. ibidem: *Nec minoris fortaſſe facienda ſunt veterum Poëtarum Carmina quam libri philoſophorum. Etenim antequam philoſophi ſcholas aperirent, & in publicas diſputationes argumenta rerum educerent, ſapientia omnis a ſuis inventoribus coniiciebatur in fabulas, carminibuſque*

tra-

tradebatur. &c. Inprimis p. 44. verba finalia huc ſpectant: *Ac fortaſſe longe grauiora ac retruſiora veteres Poetæ ſub inuolucris fabularum, quam philoſophi ſuis diſputationibus, ad nos transmiſere: iſti enim quia ex propria plerumque vel amicorum perſona loquebantur, ne plebis offenſionem ſuſciperent multa reticebant; cum illi ex heroum, veterumque regum perſona effuderint multa liberius; & ſub earum larua multitudinis errores non raro redarguerint, ac tyrannos verbis carpſerint alienis: vt poſteris aliquanto ſolertioribus ad reipublicæ regimen longe vberiora fortaſſe, quam præcepta philoſophorum, e tragicorum & veterum poetarum verſibus expedienda ſuperſint.*

XIIX.

Nobiliſſima pars Philoſophiæ, doctrina morum exiſtit. Singulis quidem mortalibus ſemitam felicitatis * demonſtrat: quapropter nulli non commendatum eiusdem ſtudium. ** Sed cum ipſius Iurisprudentiæ ſit fundamentum, qui huic operari ſtatuunt, ab iſtius tractatione ordiantur, plane neceſſe habent. ***

* Non cerebrinæ iſtius, quam peruerſæ mortalium mentes falſo ſibi confingunt; ſed veræ, quæ in amore & poſſesſione ſummi boni conſiſtit, exoptatisſimam animi tranquillitatem operatur, omnes mentis noſtræ corporisque facultates ita dirigit, vt quotidie, etiam per aduerſa, perfectiores fiamus & noſtro aliorumque homi-

minum bono; inprimis diuino honori conſervemur; omnibus vero rebus externis ad hunc finem ordinate vti queamus. Quid vero, in tanta ſententiarum de ſummo bono diuerſitate, heic intelligam, quæris. Verbo dicam, vnicum in cœlis Deum, qui ſolus bonus eſt, hoc nomine compellandum eſſe. Philoſophica ratione hoc ipſum euincit Mr. DE LA CHAMBRE *dans les Characteres des paſſions volume I. chap. II. pag. 83.* hic, poſtquam explicauit, eam boni naturam eſſe, vt quamlibet rem, cui conuenit, perficiat. Ipſam vero rem iſtam cum bono ſuo coniunctam ideo perfectiorem exiſtere, quia eſſentiæ eiusdem aliquo modo quid acceſſit, quod prius aberat: veluti cognitio rei ignoratæ intellectum informat. Vbi vero perſentiſcimus ad noſtram perfectionem hoc vergere, hinc eiusdem præſtantiæ gratisſimum ſenſum oriri, quem ſubnatus in appetitu amor & gaudium excipit, ſiquidem tale obiectum tanquam bonum & conveniens nobis ab intellectu & imaginatiua facultate prius propoſitum fuerit. Subiicit: *Mais d'autant qu' il y a des obiets qui donnent plus d'amour & de plaiſir que les autres, il faut neceſſairement qu' ils perfectionnent dauantages les facultez connoiſſantes: Et ce ſont infalliblement ceux qui ſont les plus parfaits, c' eſt à dire qui ont plus d' être & d' Eſſence comme nous auons dit; parce qu' ils rempliſſent dauantage la capacité naturelle que les facultez ont de connoiſtre toute l' etendue de l' Eſtre qui leur ſert d' obiet.*

iet. C'eſt pourquoy il n'y a que Dieu qui puiſſe remplir l'entendement, & donner à la volonté vn amour & vne joye parfaite, parce qu'il ny a que luy ſeul qui poſſede tout l'Eſtre &c. Et de hoc diuino amore ſolum vera ſunt quæ ſub initium huius capitis ibidem leguntur. *Nous luy deuons tous les biens que nous poſſedons, elle nous peut donner ceux qui nous manquent: Et ſi elle ne chaſſe les maux que cette vie entraiſne neceſſairement auec ſoy, pour le moins elle les adoucit, elles les rend même agreables & en fait les inſtrumens de noſtre felicité.* Et paulo poſt: *Par tout où elle regne elle y apporte la Paix l'abondance & la felicité.* Omnibus quidem hominibus hæc felicitas patet, ſed paucisſimi eiusdem potiuntur. Partim quia, quid vere ſummum bonum ſit, ignorant, ſed ſua culpa. Hinc amorem quo ſummum bonum ardere deberent, ſubinde vilisſimis creaturis inuerſo plane ordine impendunt, prout vel voluptate vel auaritia aut ambitione agitantur. Indicat hoc DE LA CHAMBRE l. c. *Ce n'eſt pas que bien ſouuent les choſes les moins parfaites ne contentent dauantage les ſens & l'entendement; mais cela procede de l'erreur que leurs mauuaiſes inclinations leur donnent; les quelles viennent d'ordinaire du temperament de la coutume & de la foibleſſe de l'eſprit.* Vnde maxima pars hominum ſummum bonum non iuxta veritatem, ſed ſecundum corruptas ſuas imaginationes metitur, pauci de ſeria voluntatis emendatione cogitant, pauci ad eiusdem fruitionem

tionem perueniunt; ſed plurimi vanisſimis mentis ſuæ illuſionibus decipiuntur. Ac licet ſacra ſcriptura viam ad illud ſingulis fere paginis oſtendat, quæ ab omnibus Chriſtianorum nomen præ ſe ferentibus legitur, aut ad minimum legi debebat, eo tamen dementiæ peruentum eſt a multis, vt & hanc potius iuxta corruptæ ſuæ voluntatis adfectus, quam iuxta rei veritatem interpretentur, ac mentis ſuæ tenebris immerſi clarisſimam Spiritus ſancti lucem minime admittant. * Voluptatibus deditus, ſi claros textus, hoc vitium damnantes, legit, illos ſaltim indigitari cauſatur, qui quotidianis comeſſationibus tempus terunt, qui publice & notorie ſcortantur, & libidinoſam vitam agunt: ſe conceſſa ſaltem hilaritate frui, ac id tantum pro fine habere, ne moroſus ſit, & omnibus intolerabilis, exiſtimat. Auarus auaritiam omnium malorum radicem appellari videns, hoc vitium longe a ſe remouet, ſe parſimoniam exercere, ac moderatam rerum ſuarum curam gerere contendens. Nec enim ea, quæ DEUS concesſit, bona temere profundenda eſſe. Ambitioſus, qui dies noctesque ad honores cum contemtu & oppreſsione aliorum graſſatur, cum ſuperbiam a diuino Spiritu improbari humilitatem commendari legit, hæc ad ſe nihil pertinere exiſtimat, cum illos qui ambitionem inter vitia numerant, a potentibus huius mundi pro ſtultis haberi videat. Præterea, ſe non ſuperbum eſſe, ſed licite ſaltem honores appetere, ne vitam deſidioſam agat & obſcuram, aliis perſuadere conatur. Tam difficulter me-

dium

dium inter duo extrema reperire, ac tam ſpecioſe vitia virtutum ſimulacris inuoluere nouerunt in propriam perniciem ingenioſi mortales, quemadmodum quoad ſingulas hominis facultates de natura gratiæ imitatrice idem docet D. Io. Fr. Bvddevs *Inſt. Theol. Moral. Parte I. Cap. I.* Tandem & falſa ex gentili profluens philoſophia perſuaſio, quaſi in hominis viribus ſitum eſſet, ſummum bonum obtinere, & felicem vitam agere, non parum in cauſa fuit, ne quæſitum ſcopum homines attingerent. Sed de his ſingulis fuſius agit, cui & nos potiora, quæ hic propoſuimus, debemus Dn. Fried. Wilhelmvs Bierling *in Diſſertatione morali de Imperfectione virium naturalium ad conſequendum ſummum bonum.*

** Et quidem prima ſtatim iuuentute inde a teneris vnguiculis inculcandum, velut docet Clavde Flevry *cit. l. C. XVII. p. 110. ſqq. La premiere étude doit dont être celle de la vertu. Tous les hommes ne ſont pas obligés d' auoir de l' eſprit, d' être ſçauans ou habiles dans les affaires, de reuſſir dans quelque profeſſion; mais il n' y a perſonne, de quelque ſexe & de quelque condition que ce ſoit, qui ne ſoit obligè à bien viure. Touts les autres biens ſont inutiles ſans celuy ci, puis qu' il en montre l' vſage; on n' en a jamais aſſez, & la plus part des gens en ont ſi peu, que l' on voit bien la difficulté de l' acquerir. On ne peut dont y trauailler de trop bonne heure, & il ne faut pas croire qu' il faille, differer la morale,*

rale, jusques à la fin des études, & ne luy donner qu' vn peu de temps, pour paſſer en ſuite à vn autre étude. Il faut commencer dés le berceau, du moins dés que l' on vous met vn enfant entre les mains, & la continuer tant qu' il eſt ſous voſtre conduite. Encore n' auez vous rien fait s' il ne ſort d' auec vous reſolu de s' y appliquer toute ſa vie. Ie ſçay bien que c' eſt à l' Egliſe, que les fidéles doiuent apprendre la morale & la Religion, & que les veritables Profeſſeurs de cette ſcience ſont les Euêques & les prêtres. Mais on ne voit que trop, combien le fruit des inſtructions publiques eſt pétit, à moins qu' elles ne ſoient preparées & ſoutenues par les inſtructions domeſtiques.

***. Neceſſario nexu Philoſophiam moralem & Iuriſprudentiam inter ſe cohærere ex inſtituto demonſtrat IOAN. SCHILTER *in manud. Philoſ. moral. ad veram nec ſimulatam Iuriſpr.* cui add. THOMASIVS *in cautel, Cap. XIV.*

XIX.

Quamuis autem aliquem libellorum Ethicorum, quos a Gentilibus accepimus * vſum eſſe, haud inficias eamus; ** hic tamen tantus non eſt, atque nonnulli autumant, quin potius ex iſtis praue intellectis, plus iuſto deamatis, per varios abuſus prioribus ſæculis effectum eſt, vt hanc de moribꝰ Phiſophiam tanquã doctrinam miſere corruptam,*** tot Sholaſticorum quisquiliis, futilibus quæſtionibus, ad ædificationem parum proficientibus inuolutam, plurimi neglige-

rent, maximo quidem ſuo damno. Vnde frequentes illæ ſaniorum querelæ atque in Ethnicorum **** Ethicas inuectiuæ omnino iuſtæ ortæ ſunt.

* De quibus vid. GABRIELIS NAVDÆI *bibliogr. politica p. m. 232. ſqq.* vbi quæ huc faciunt inſigniora Ethicorum opera cum potioribus ſcriptoribus qui ſequiori æuo in eadem commentarios exararunt, in compendio recenſentur.

** Primo enim, quæ prudenter ab iſtis de vitiorum turpitudine aliisque humanæ vitæ capitibus dicta ſunt, docent, quid ratio ſola ſibi relicta de vitiis virtutibusque cognoſcere poſſit. Quo vlterius vtimur argumento aduerſus perditos ſeculi mores, quos ab ipſis iam gentilibus damnatos fuiſſe, hinc demonſtrare licet. Huc haud ſimplice vice Apoſtolum PAVLVM prouocaſſe conſtat ex Rom. I. 19. ſqq. & II. 14. Ipſe Salvator exemplis Gentilium Iudæos ſæpius in ruborem dedit. Tandem ex iſtius philoſophiæ traditis pluſcula in leges Romanas tranſcripta ſunt, ad hæc quoque rite intelligenda ſtudium Ethicæ gentilis conducit, quod vno alteroque ſpecimine demonſtrauit VLRICVS HVBERVS *in præfatione ſpeciminis Philoſophiæ ciuilis, & ſtudendi bonis libris.*

*** Vel ex vnico exemplo vndenarii numeri virtutum Ariſtotelicarum hoc pateſcere poteſt. Voluit nempe Ariſtoteles politicum inſtruere, quapropter eas tantum virtutes in libris ad Nicomachum adlegauit, quibus inſtructum ornatum-

tumque eſſe decet, qui ad honores adſpirat, & ad magna quæuis ac excellentia in hac vita enititur. Sed cum ſcholaſtici hanc eius mentem non aſſequerentur, omnium virtutum moralium ambitum iſto numerp contineri exiſtimauerunt. De quo videndus DN. IO. FRIDERICVS BVDDEVS (præceptor meus & Patronus venerandus, cui in hoc ſtudiorum genere omnia me debere cum gratiſſimi animi teſtificatione profiteor) *Theolog. Moral. part. I. C. I. Sect. IV. §. CXXXVII. in notis.*

**** Qualis eſt illa B. DN. V. L. a SECKENDORF im Chriſten-Staat *L. III. C. VIII. §. 6. p. m. 555. in fin. & ſq.* Dann man hat ja eben nicht nöthig, uns mit den Meynungen des Ariſtotelis und ſeiner 11. Tugenden oder mit den Schrifften anderer Heyden, welche das Principium und den Grund der Tugend, die aus dem Glauben und der Liebe GOttes im Chriſtenthum vollkömmlich heraus kommet, gar nicht verſtanden und gewuſt, ſo weitläufftig zu placken, und ſo viel davon Schul-mäßig zu lehren und zu diſputiren, da wir ja das noch in moralibus überbliebene Füncklein der Natur, und darauff allein gebauete Philoſophie, alſo bald mit der hellen Fackel Göttliches Wortes überſtrahlen können, wie dann die Ethica oder die Moralis Apoſtolica, gegen die philoſophiſche gehalten, unverneinlich noch viel klärer und herrlicher iſt, als die Sonne gegen dem kleineſten Stern, oder ein hellbrennendes Liecht gegen ein ſchimmerndes Holtz. In

additionibus vero ad hunc locum p. 317. de Ethicis Ariſtotelis ſequens LVTHERI iudicium allegatur: Deſſelbigen gleichen iſt das Buch Ethicorum ärger denn kein Buch, und ſtracks der Gnaden GOttes und Chriſtlichen Tugenden entgegen, daß doch auch der beſten eines wird gerechnet. O nur weit mit ſolchen Büchern von allen Chriſten! darff mir niemand aufflegen ich rede zu viel, oder verwerffe daß ich nicht wiſſe: Lieber Freund, ich weiß wohl, was ich rede, Ariſtoteles iſt mir ſo wohl bekandt, als dir und deines gleichen, ich habe ihn auch geleſen und gehöret, mit mehrem Verſtande, denn S. Thomas oder Scotus, daß ich mich ohne Hoffarth rühmen, und wo es noth iſt wohl beweiſen kan. Huc ſpectant etiam eiusdem Megalandri LVTHERI noſtri verba, *Tom. VI. Germ. Witteb. p. 564. & Ienenſ. germ. prim. p. 310.* Hie wäre nun mein Rath, daß die Bücher Ariſtotelis Phyſicorum, Metaphyſicorum, de anima, Ethicorum, welche bißher die beſten gehalten, gantz würden abgethan mit allen andern, die von natürlichen Dingen ſich rühmen, ſo doch nichts darinn mag gelehret werden weder von natürlichen noch Chriſtlichen Dingen, dazu ſeine Meynung Niemand bißher verſtanden, und mit unnützer Arbeit, und koſt ſo viel edler Zeit und Seelen umſonſt beladen geweſen ſind. Et paulo poſt: Es thut mir in meinem Hertzen weh, daß der verdammte, hochmüthige Schalckhafftige Heyde, mit ſeinen falſchen Worten ſo viel der beſten Chriſten verfüh-

ret

ret und genarret hat. GOtt hat uns alſo mit ihm geplaget um unſerer Sünde willen.

XX.

Namque oppido ſtultus eſt, qui inventis frugibus glandibus veſci gaudet. hoc autem facit; qui limpidiſſimis ſcriptorum ſacrorum fontibus omnes doctrinas Philoſophiæ genuinæ complectentibus, * neglectis, Ethnicæ Philoſophiæ lacunas, quæ ſæpius plus ſtultitiæ, quam veræ ſapientiæ habent, ** immenſis laboribus exhaurire præſumit, nec quicquam, niſi vaniſſima quædam ad oſtentationem compoſita, ſæpenumero hypocritica præcepta, *** verum Ethices ſobriæ finem plane euertentia inde venatur.

* THOMASIVS *in cautel. circa præcogn. Iuriſpr. cap. XIV.* §. 5. prudentiſſime monet: *Quod vero in Academiis philoſophia moralis, quæ docetur, tam vaniſſimos fructus producat, inter alia ratio eſt, quod Ethica ſcholaſtica, quæ communiter hactenus fuit propoſita, ſit ineptiſſima & quod loco ſcriptorum ſacrorum moralium inculcare ſoleant doctrinas falſas ethnicorum, quod ad reliquias papatus referendum.*

** Genuinos mali huius fontes detegit Mr. ESPRIT in præfatione erudito ſcripto, cui titulus, *la fauſſeté des vertus humaines*, præmiſſa: *Non ſeulement les ſages payens, mais auſſi la plus part des ſages qui font profeſſion de la Religion chrétienne; reconnoiſſent point par leurs actions*

 d'au-

d'autre diuinité que le bien honnête. Les philoſophes ſont tombez dans cette eſpece d'idolatrie à cauſe dit l'Apôtre, qu'ayant connu Dieu, ils ne l'ont pas glorifié comme Dieu; c'eſt à dire qu'ils ont été aſſez orgeüilleux & aſſez aueugles, pour ne pas voire que Dieu ayant tiré l'homme du neant, l'homme eſt obligè de s'abbaiſer devant ſa Majeſté ſouvraine & de luy faire hommage de ſon être & de ſes actions, & ne viuant que pour luy & en faiſant toutes ſes actions pour ſa gloire; que Dieu etant le principe d'vne creature capable de le connoitre, doit être ſa fin; qu'il doit être l'obiet de ſes deſirs & de ſon amour, qui eſt le tribut du cœur & le ſacrifice interieur que Dieu exige de tous les hommes. Mais ils n'etoient pas ſeulement abuſez en ce qu'ils regardoient le bienhonnêt comme vne diuinité; ils l'etoient auſſi en ce qu'ils croyoient que l'amour du bien honnêt êtoit dans leur cœur, au lieu qu'il n'etoit que dans leur imagination, car à dire la verité ils aimoient & cherchoient la gloire qui ſuit les actions honnêtes, & ils n'etoient touchez, du moins pour l'ordinaire, de la bienſeance des devoirs, qu'à cauſe de l'approbation & des louanges qu'on donne à tous ceux qui s'en acquitent exactement. Exemplis hæc dicta confirmat *la Diſſertation ſur le caractére des trois celebres Romains Ciceron, Atticus & Luceius où l'on fait voir la differenceqv'il y a entre vn veritable honnete homme & ceux qui n'en ont que l'apparence.*

*** Et quidem ad primarias ſectas Philoſophorum, quae diximus, facile adplicare licet. Quaeſo, quorſum ſpectabat ſilentium illud, quod Pythagoras primis annis diſcipulis ſuis iniungere ſolebat, niſi vt praeiudicium autoritatis in animis eorum roboraretur; ac vt omnia praeceptoris dicta pro oraculis haberent. Equidem IOH. SCHEFFERVS *de Philoſ. Ital. Cap. XII. p. 119.* idem admodum commendat, inquiens: *Ceterum ſilentii huius cauſae erant variae ac vtilitates. Imprimum enim reſpectu Magiſtri, augebatur eo ipſius auctoritas. Diſcebant namque ſine contradictione doctrinas & praecepta eius veluti oracula excipere, ac ne in dubium quidem vocare ſed religione obſeruare ſumma.* Sed optime regerit DN. BIERLING *de Imperfectione virium naturalium ad conſequendum ſummum bonum* §. 5. Quid hoc aliud eſt, quam fidem irrationalem & carbonariam ſtabilire? ſane qui prudenter dubitare neſcit, ad veritatem nunquam perueniet. Nec virtuoſi & probi dicendi ſunt illi, qui omnia Magiſtri verba ex coeca ſimplicitate exoſculantur, alias & miſerum in Papatu vulgus, quod praecepta a Clero inculcata ſumma religione, aut potius ſummo ſtupore obſeruat, veris Chriſtianis, interna & externa probitate conſpicuis palmam praeriperet. Deinde probationes quas Pythagoras diſcipulis iniungebat ita, comparatae erant vt externam virtutis ſpeciem mentirentur, ad internam vero voluntatis emendationem parum conferrent. Tandem ſub ipſa purgatione

Pythagorica, ſi verum dicere velimus, hypocriſis & ſubtilis ſuperbia latuit. Vid. Dn. Bvddei *Diſſ. de* Ἀσκήσει *philoſophica* §. 28. 29. Socratis error primarius erat, quod putauerit, illos qui ſcirent, quid bonum ſit, illud & neceſſario facturos. De Platone notum eſt, vt alia nunc taceam; quod ſtatuerit, per purgationem, qualem ſuis, vt ad aſſimilationem DEI venire poſſent, commendabat; animam a corpore, tanquam a carcere quaſi ſeparari, & ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας, á materiali labe purgari debere, ex quo principio fluit, materiam & corpus, non animam, originem omnis mali eſſe. Et hæc theſis aliam pro fundamento habebat, animas eſſe efflu via eſſentiæ diuinæ. Qui errores produnt, Platonem imperfectionem virium animæ noſtræ ad bonum agendum non ſatis cognouiſſe. Mala quæ ex hac philoſophia in Eccleſia chriſtiana enata ſunt; diligenter conſignauit Ehregott Daniel Colbergivs *in ſpecimine hiſtorico de origine & progreſſu hæreſium & errorum in Eccleſia, in quo oſtenditur, quod hæreſes inprimitiua Eccleſia, inprimis ſeculis prioribus natæ, pleræque philoſophiæ platonicæ originem debeant, & cum modernorum Fanaticorum deliriis in multis conſpirent.* Stoici præterquam quod cum Platonicis omnia vitia materiæ ſoli tribuerunt, intolerabili faſtu tumeſcebant, adeo vt ſapientiam ſuam non ſolum DEO æqualem, ſed plane ſuperiorem putarent. *Eſt aliquid*, Seneca *Epiſt.* 53. dixit, *quo ſapiens antecedat Deum Ille natu-*

ra beneficio, non ſuo, ſapiens eſt. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, ſecuritatem DEI. Sed errores ſtoicorum in philoſophia, ſatis detegit Diſſertatio peculiaris DN. BVDDEI de hoc argumento ſcripta. Epicurus prouidentiam diuinam negabat mundumque ex fortuito concurſu atomorum ortum putabat. Quid tandem ſummus Ariſtoteles? hic ſummum bonum deſcribit per operationem animi ſecundum virtutem optimam, qualis vero quantaque hæc ſit, ex ipſo nunquam diſces. Errat quoque dum duo ſumma bona, Theoreticum & practicum ſtatuit, & huic illud præfert, quaſi ſapientia & felicitas hominis in ſpeculationibus intellectus conſiſteret. Quas commendat virtutes, ſi verum dicere licet, ſunt ſplendida vitia, quæ ſub ſpecie virtutum hominibus blandiuntur, & naturalem cordis malitiam ac ſuperbiam excitant & augent. De ſingulis his latius tractat laudata proxime hic diſſertatio DN. BIERLINGI qui p. 17. quærit, *Vnde tantum applauſum meruit Ethica Ariſtotelica tot næuis deformis? Paucis dicam. Non facile inuenire licet Ethicam, quæ naturalem hominis corruptionem minus ob oculos ponit, quæ affectibus eius magis blanditur, ac tales commendat virtutes, quæ cum ambitione, avaritia & voluptate conſiſtere, adeoque ſatis commode ad praxin deduci poſſunt. De Pſeudomagnanimitate Ariſtotelis* habemus programma PLACCII. Promiſit in præfatione allegati ſpeciminis hiſtorici, COLBERGIVS *Regnum tene-*

brarum ex Ariſtotelica philoſophia & theologia mixtura enatum, quodtamen nondum vidi. Plures errores in quos Patres Eccleſiæ mediante Gentilium Ethica prolapſi ſunt, adnotauit Mr. BARBEYRAC in elegantiſſima præfatione gallicæ verſioni Puffendorffii de I.N.& G. præmiſſa, inde a §. IX. ſqq. Tandem quam vanæ falſæque ſint omnes Ethnicorum virtutes erudite docuit Mr. ESPRIT de l'Academie Françoiſe tractatu, quem inſcripſit *La fauſſeté des vertus humaines*.

XXI.

Merito igitur felicitatem noſtrorum temporum prædicamus, vbi non ſolum a Tyrannide ſcholaſtica liberati, planam veritatis felicitatisque viam inuenire poſſumus; ſed & ſubſidiis præſtantiſſimis partim ex ſacris literis partim ex ſana ratione,* a ſectarum praiudiciis libera fluentibus, pollemus. **Horum enim copia facilis plane reddita eſt huius doctrinæ tractatio, & optatiſſimos fructus emendatæ in melius vitæ exinde ſperare licet. Cum non ſolum ſciendi ac contemplandi cauſa (quod ſæpius olim fiebat) ſed vt rectius agamus, comparatum ſit Ethices ſanioris ſtudium, cui iuris ſtudioſus ſumma induſtria incumbere iubetur.

* Il eſt certain, que la Morale eſt la fille de la Religion qu' elle marche d' vn pas égal auec elle, & que la perfection de celle ci eſt la meſure de la perfection de celle-la. (Preface de Monſ. & Mad. Dacier ſur les reflexions Morales de Marc

Marc Antonin.p. 2.) Vn grand empereur & philoſophe Payen (M. Antonin. L. III. §. 13.) la reconnu. *Tu ne fera jamais bien* diſoit *il, aucune choſe purement humaine, ſi tu ne connois les rapports qu' elle a auec les choſes diuines; ni aucune choſe diuine, ſi tu ne ſcais toutes les liaiſons qu' elle a auec le choſes humaines.* Scripſit M. BARBEYRAC. *præfatione allegata §. VI.*

** Quantum hoc paſſu rempublicam litterariam eruditiſſimis ſcriptis noſtra ætate ſibi devinxerint Illuſtris THOMASIVS & maxime reverendus BVDDEVS noſter, in vulgus notum. Sed & alii celeberrimi viri ſuum hic calculum adiecerunt, de quibus confer. D. REIMMANS *Einleitung in die Hiſtor. Liter. der Teutſchen P. III. c. 2. ſect. III. inde a. p. 536. ſqq.*

XXII.

Neque ciuilitatis atque decori * ratio hic omittenda. ** Eſt enim homini cum aliis in ſocietate viuendum, quorum beneuolentia magnam felicitatis noſtræ partem conſtituit. *** Sed animos hominum ita maxime nobis conciliamus, ſi actiones noſtræ externæ, **** ſiue ſermonem, geſtum, inceſſum aut veſtitum ſpectes, aliis inſeruiendi placendique ſincerum ſtudium pandant, iuuenili atque ruſtico pudore, ***** procul faceſſere iuſſo.

* Decorum definit D. THOMASIVS *in Cautelis circa præcogn. Iuriſpr. C. XV. §. 9.* quod ſit qualitas moralis actionis humanæ, ſecundum quam

quam homo cum ratione intendit ſibi amicos parare. Eodem loco in ſequentibus diſtinctas eiusdem ſpecies conſtituit. Neceſſitatem huius doctrinæ idem illuſtris Autor §§. 3. 4. aduerſus Cynicos aſſeruit, hæc notatu digniſſima ſubiiciens: *At reipublicæ valde noxiam eſſe, hanc Cynicorum ſectam, exinde patet, quod qui Decorum tollit iuſto contradiſtinctum, tollit pudorem & impudentiam ſtabilit. At impudente homine, nihil, vt ita dicam beſtialius. Eſt enim pudor virtus hominibus peculiaris, cuius ſimulacrum vix reperies in beſtiis.* Neque ſola ratio humana ciuilitatis iſta officia expoſcit, ſed eadem & ipſæ ſacræ literæ ſæpius inculcant. Hinc Monſ. Esprit *de la Fauſſeté des vertus humaines. parte I. C. VII. p. 103.* optime ſcribit: *C'eſt à la pratique de ces deuoirs que nous porte la vertu ſous le nom de ciuilité; il eſt vray, que la vertu Chretienne nous y porte par des motifs bien plus ſolides & plus releués que ne ſont ceux que la vertu humaine nous propoſe; car elle nous fait conſiderer que puiſque Dieu à deſtiné les hommes à viure en ſocieté, & qu'il les a aſſemblés luy-même, il veut qu'ils reſpectent le lien qui les vnit par ſon ordre, & qu'ils euitent auec vn extreme ſoin, tous les ſuiets qui ont accoutumé de le rompre; c'eſt pourquoy il recommande à tous les hommes ſi expreſſément en tant d'endroits de ſon Ecriture, de conſeruer la paix entre eux, de ne ſe faire aucune peine les vns aux autres, de ſe ſouffrir, de s'aimer, & d'être prêts a ſe faire*

deſhonneurs & des ciuilités ſans attendre qu' on leur en ait fait; Rom. XII. car les manquemens qu' ils font contre ces préceptes ſont les ſource les plus ordinaires des refroidiſſemens, des éloignemens, des haines & des querelles. La raiſon de cela eſt, que les hommes par leur amour-propre veulent qu' on les aime & qu' on ne les choque iamais & qu' ils trouuent inſuportable par leur orgueil qu' on les mépriſe ou qu' on les neglige; de ſorte que lorsqu' on ne les viſite point, qu' on a peine à les ſaluer, & qu' on parle d' eux auec peu d' eſtime, ils s' aigriſſent contre ceux qui ne les ménagent point & qui les traittent auec mépris ou indifference. Or cette aigreur ſe change ordinairement en auerſion, les éloigne & les deſunit. Vtinam vero hæc ſerio cogitarent omnes omnino bonarum artium ſtudioſi, neq; ſubinde aliud decorum academicum *die Burſchaliſche Manier* dictum, ſibi nonnulli confingerent, quod veræ ciuilitatis præcepta ſæpius plane euertit, ſuperiorum gratiam in odia conuertit, æqualium inimicitias ex contemtu, quem nimia familiaritas, neglecta morum ciuilitate parit, ortas prouocat, quæ tandem in vulnera & cædes deſinere ſolent; quemadmodum triſtiſſima, in Academiis occiſorum exempla hoc ipſum, proh dolor! ſatis ſuperque dederunt comprobatum. Sed quænam mali huius cauſa? quinam fons? optime docet **Sittenfreunds** Kunſt zu leben, oder Vernunfftmäßiger Unterricht, nach welchem ein junger Menſch bey allerley Geſellſchafft ſich

ſich klug und höflich aufführen ſoll. Cap. X. Von der Kunſt zu leben auf Vniuerſitäten. §. 2. Man höret zum öffteren die Elteren klagen; daß ihr Sohn, ja bißweilen ein einiger Sohn, ſich auff der Vniuerſität nicht nach Wunſch auffführet. Alleine nach reiffer Überlegung dieſes Unglückes, ſcheue ich mich nicht zu ſagen, daß die Elteren meiſtentheils ſelbſten an dem Verderben ihres Sohnes Schuld ſind, weil die Umkehre meiſtentheils in der zarten Jugend verfahren wird. Wo nun einmahl der böſe Saamen eingeſtreuet iſt, da kan unfehlbahr nichts anders, als eine unangenehme Frucht daraus erwachſen, zumahl da von denen Elteren gar ſelten diejenigen Mittel vorgekehret werden, welche das Unkraut zu unterdrucken geſchickt wären. Curius hat von Kindheit an ſeinen Willen gehabt, und weil er ſich nun zu Hauſe nicht geben will, ſo ſchickt man ihn in eine Schule. Geſetzt daß Curius ſich überwindet und ein paar Jahre aushält, auch einen Schubſack voll Latein lernet, ſo will es ihm doch das dritte Jahr nicht länger anſtehen, zumal da ihm ſein Dutz-Bruder Cameradius einen Brieff über den andern ſchreibt, er ſolle kommen, auff der Vniuerſität könte man viel höhere Dinge mit leichterer Mühe lernen, die Schulfüchſerey (d. i. Sprachen und andere ſtudien ſo man humaniora nennet) wären ihm nichts nütze, man trüge ohne dem das meiſte in denen Collegiis deutſch vor, und müſte er die Schul-Poſſen alle wieder ausſchwitzen, u. w. d. m. Curius wird

durch

durch dieſe Reitzungen dergeſtalt begierig, daß er den Schluß faſſet, nicht eher abzulaſſen, biß die Elteren in ſeinen Abzug aus der Schule willigen. Ob nun dieſe wohl wiſſen, daß er kaum das ſechzehende Jahr erreichet, auch noch ſchlechte Proben ſeines Fleiſſes und guter Auffführung abgeleget hat, laſſen Sie ihm doch ſeinen Willen, und ſchicken ihn in GOttes Nahmen auf die Vniuerſität, in Hoffnung der Degen nebſt der nachfolgenden inſcription in album ſtudioſorum; und der Studenten Nahme, werden einen ſolchen Einfluß in ihren Herren Sohn haben, daß Er von nun an ein gantz anderer Menſch werde. Er ändert ſich auch: Denn weil er etwas von der Gelbenſucht, die ihm ſeine Frau Mutter bey der Abreiß auffgehangen, mitbringet, zehret ihn dieſelbe dergeſtalt ab, daß er in kurtzen in allerhand Laſter Kranckheiten verfället, und wo ihm nicht bey Zeiten beygeſprungen wird, gantz und gar verdirbt. Sed pone parentes atque præceptores, quod ſui officii fuit, ex aſſe obſeruaſſe, tum vero ne optata ſpe filiorum mores corrigantur, nihil magis obeſſe poteſt, quam prauorum ſodalitia. Hiſtoriarum monumenta referunt, ſic eximia ingenia velut ex alto præcipitata periiſſe & extreme corrupta eſſe quæ alioquin ſuum officium magna cum laude feciſſent, ac parentum votis præceptorumque ſuorum optatis egregie reſpondiſſent, ſi bonorum conſuetudines amaſſent. Scias, inquit Epictetus, idque exploratum omnino habeas, ſi ſodalis pollutus fuerit, tum

tum etiam illum quem is attigerit neceſſario pollui, etſi purus ipſe fuerit. Qui claudo cohabitat, claudicare diſcit. Et optima ſubinde ingenia prauorum commercio ita corrumpuntur vt nunquam ad bonam frugem redeant. Sed quid iuvat multa vidiſſe, legiſſe, didiciſſe adoleſcentes ſi non contendant ea conſeruare inque vtilitatem conferre nitantur? Hoc vero non aliter præſtare poterunt, quam ſi prauorum commerciis interdicant, & nullo non tempore nuncium remittant iis, quæ virtutis viæ impedimento futura cognoſcunt, in quo præter alia Κακῶν ὁμιλία plurimum valet. Corrumpere enim bonos mores colloquia praua tam manifeſtum eſt, vt in dubitationem a nemine fuerit vſpiam vocatum. Hinc Æſchylum dixiſſe legimus, in omni negotio nullum eſſe praua ſocietate maius malum, qua etiam illi peruertantur, quos omnium optimos iudicamus. Conferri hoc loco meretur IOH. TYPELII ΠΑΙΔΟΛΟΓΙΑ *ſiue Oratio in qua breuiter enarratur, quæ Adoleſcenti ad docti & prudentis viri nomen ſtrenue anhelanti, neceſſaria potiſſimum videntur.*

** Nam, qui proficit in literis & deficit in moribus plus deficit quam proficit. Quod ſuo exemplo poſteritati commendauit Doctor ille a principe ad prandium vocatus, qui ante menſam, circumſtantibus vndique aulicis, contracta praua conſuetudine, cultrum in crepida, quam ſputo prius madefecerat, acuit, principique increpanti reſpondit, legum ſe non morum Doctorem

rem eſſe. *Meland. in iocoſſer.* ſunt certe mores in viro erudito, ſicuti aulæa & picturæ in ſuperbo aliquo cœnaculo. Non tamen a ſolis præceptoribus, verum & ab aliis conuerſantibus ſi boni fuerint, acquiruntur. Nec tam valetudini profuit vtilis regio & ſalubrius cœlum, quam animis parum firmis in turba meliorum verſari. Quæ doctrina eſt IACOBI LEBLEV *in inſtructione futuri conſiliarii cap. III.* §. 7.

*** De hoc fuſius agentem lege RICHARDVM CVMBERLAND, in ſua *de legibus natural. diſquiſitione Philoſophica.* Vbi omnium legum naturalium vim, ex vnico dictamine deducit, quod ita ſe habet: *Beneuolentia maxima ſingulorum agentium rationalium erga omnes ſtatum conſtituit ſingulorum, omniumque beneuolorum quantum fieri ab ipſis poteſt, feliciſſimum; & ad ſtatum eorum, quem poſſunt aſſequi, feliciſſimum neceſſario requiritur; ac proinde commune bonum erit ſuprema lex.* Sub agentium autem rationalium appellatione non DEUM ſolum ſed & homines complectitur, &, quam neceſſaria ſit horum mutua beneuolentia, pluribus rerum argumentis iſto ſcripto commonſtrat. add. PVFENDORF. *de I. N. & G. L. II. C. II. §. 2. & L. III. C. III.*

**** Vid. BVDDEVS *Philoſoph. Practic. P. III. c. 15. ſect. 1. §. 8. ſqq.* de hac materia quoque legi meretur *Nouveau traité de la ciuilité qui ſe pratique en France parmi les honneſtes gens.* à Paris 1671. nec non *Entretiens ſur les deuoirs*

de la vie ciuile, & ſur pluſieurs points importants, de la morale chretienne par Monſ. L' ABBE MARSOLIER *Paris 1714. 12.* IOVRNAL *des* SCAVANS. *Nouemb. 1714. p. 581.*

***** Quid hoc loco ſubintelligamus, verbis Dn. de LA CHETARDIE *dans ſes Inſtructions pour vn ieune ſeigneur ou l' idée d'vn galant homme part. II. p. 24. ſqq.* facile explanari poteſt. *La ſageſſe n' eſt pas incompatible auec vne certaine liberté d' eſprit, qui ſied ſi bien à tout le monde. C' eſt où les gens qui ſçauent pas viure, ont accoûtumé de ſe mêprendre. Quand ils veulent ſe donner cette liberté dont je parle, ils vont jusqu' à l' emportement & lorsqu' ils ſe trouuent dans vn lieu qui les oblige à garder le reſpect, ils tombent dans vn ſerieux triſte & mélancolique qui ne diffère pas beaucoup de la bêtiſe. Cela vient de la timidité que la crainte du monde leur inſpire. Comme l' eſprit ne ſe produit que dans la liberté, & qu' il eſt mal aiſé d' en auoir dans vn lieu où l' on eſt toûiours en allarmes, c' eſt ce qui fait, qu' ils ſont ſi déconcertez, & que ſouuent auec l' eſprit ils parroiſſent des bêtes. Cependant ce monde qu' ils craignent ſi fort n' eſt pas d' vn acces ſi difficile qu' ils le croyent. L' experience nous apprend qu' il eſt plus aiſé d' y viure qu' ailleurs pourvû qu' vn commerce plat & honteux ne nous en eloigne pas; car enfin il eſt certain que nos cœurs ſuiuent d' ordinaire les ſentiments des perſonnes que nous pratiquons, que les honnetes gens nous eleuent, & que les autres nous*

nous abaiſſent. Ie ſçai qu'il y a de jeunes gens qui craignent le monde, parcequ'ils ont peur de faire des fautes. Cette timidité, pendant quelque tems, peut auoir ſon excuſe; mais il ne faut pas ſouffrir qu'elle prenne racine dans notre cœur. On paſſe aiſement ſur ce chapitre-la, de la crainte à la haine; & à force de haïr le monde, on tombe à la fin dans vn abaiſſement d'où l'on ne ſe releue qu'auec peine. Le moyen de vaincre cette timidite, qui ſouuent eſt mal expliquée, c'eſt de ne négliger aucune des qualitez qui peuuent ſeruir à nous produire dans le monde. L'ignorance eſt presque touiours la cauſe de cette timidité dont ie parle. Quand on ne ſçait rien on eſt obligé de ſe taire: & quand on eſt reduit à vn ſilence forcé, on fait vn mauuais perſonnage.

XXIII.

Hinc ad prudentiam ſtatus pedem mouemus. Hæc cum omnibus hominibus, cuiuscunque conditionis ſint, regulas præſcribat, a quarum obſeruatione illorum legitima conſeruatio dependet, a nemine inſuper habenda eſt. Obiectum huius doctrinæ ſunt actiones omnium hominum ſiue ſeorſim, ſiue in certis ſtatibus ſpectatorum. Speciatim actiones Imperantium & miniſtrorum, quatenus ad felicitatem publicam ſunt dirigendæ. Illa politicæ priuatæ, hæc publicæ nomine venire ſolet. *

* Confer. Dn. Christoph August Hevmanns *Politiſcher Philoſophus in præfat.* vbi non tantum explicatur, quid vox politicæ proprie denotat, ſed etiam fundamentum hujus diuiſionis proponitur. add. Dn. Bierling. *Diſſ. de eruditione politica, oder wie man Cauallierement ſtudiren ſoll. §.8.*

XXIV.

Igitur Politica publica totius ſocietatis veram felicitatem intendit, atque ſimul de bonis eidem ſeruientibus legitimo modo conquirendis conſeruandisque eſt ſolicita. * In ſpecie ſtatum ſummorum imperantium, legum, iudiciorum, præmiorum, pœnarum reſpicit; nec non prudentiam ſtatus miniſtrorum & magiſtratus inferioris, ærariorum, tributorum, vectigalium, monetarum & commerciorum; prudentiam ſtatus belli & pacis, fœderum & legationum, formarum reipublicæ, miniſtrorum aulicorum, aliorumque ſubditorum complectitur. **

* Fontes vnde hæc prudentia hauriri poteſt, eiusdemque pertractandi modum deſcribunt celeberrimi Ioh. Andreæ Bosii *de prudentia & eloquentia ciuili diatribæ iſagogicæ*, quas Thomas Grenius ſuæ collectioni ſcriptorum litterariorum inſeruit, auctius vero edidit G. Schvbartus *Ienæ 1698.* Confer. D. Bvddevs *Philoſoph. pract. P. III. c. V. ſect. III. ſqq.* add. præter ſcripta Conringiana atque Bœcleriana Chri-

STIAN

STIAN WEISII *Politiſche Fragen.* & Illuſtris THOMASII *Cautel. circa praecogn. Iuriſprud. Cap. XVI.*

** Hæc omnia vero quam neceſſaria ſint futuro Iuriſconſulto demonſtrat vir conſultiſſimus IO. PAVL KRESS erudita diſſertatione *de iure ſummo iniuria ſumma c. II. §. V.* *Qui enim neſcit, quid imperans, quæ eius poteſtas, quod ipſius officium, quæ conditio parentium; quid ferre valeant, quid recuſent, quid ipſis expediat, vel noceat, quis ſtatus ipſius regionis, quot honeſta genera vitam tuendi, quæ illorum indoles, quæ vitia graſſentur, quam noxia ſint, an emendationem admittant, quomodo ſe habeat meum & tuum ſubditorum, quæ jam adſint media illud defendendi, vel recuperandi, quam ſumptuoſa quibus ambagibus implicita. Per quæ deuia respublica in hanc miſeriam ruerit, vel per quos gradus ad hunc ſplendorem abundantiamque ſurrexerit, & ſi quæ alia, is non niſi temere de æquo & bono, de diſcrimine iuris ſummi iuriſque ad circumſtantias accommodati, & benignitate permiſſi, iudicium ſuſcipit.*

XXV.

Quemadmodum autem rerum politicarum inſcitiam produnt, qui per rationem ſtatus nil, niſi fraudes atque ſcelera intelligi volunt, queſti, a Politicis neque honeſti neque æqui rationem haberi, modo commoda ſua promouere queant, imo omnia ſurſum deorſum ferri poſtquam impia acu-

ti Hetruriæ Doctoris, Machiauelli principia vbique fere regnare cœperunt; * ita haud improbandum eſt ſtudium, quod in pernoſcendis aſtutorum atque ſubdolorum hominum artibus ponimus; ** non quidem, vt iisdem aduerſus alios vtamur, ſed ſaltim, vt noſtrum ſtatum atque rempublicam adverſus tales machinationes tueri queamus, pium Illuſt. Thomaſii monitum *** ſemper ob oculos habentes: Ne putes prudentiam politicam ſic doceri poſſe, vt excludatur prouidentia diuina, **** i. e. vt neceſſario ſequatur effectus, ſi quis regulas prudentiæ politicæ obſeruauerit. Sed & alterum extremum euitandum, ne, nullas plane prudentiæ regulas ***** dari poſſe, ſtatuamus.

* Confer. D. BIERLING *Diſſ. cit.* §. 8.

** Non ſpernendum vſum præbere poſſunt, Anonymorum de arcanis politicis ſcripta, tale e. g. continetur ſub rubrica: *Myſteria politica, hoc eſt Epiſtolæ arcanæ virorum illuſtrium ſibi mutuo confidentium lectu & conſideratione dignæ. Neopoli 1625.* Non poſſum facere, quin hoc loco ſcriptum varia eruditione refertum commendem, cuius rubrum ita habet: *Politicus ſceleratus impugnatus*, id eſt; *Compendium politices nouum ſub titulo, Hominis politici, ſecunda antehac vice editum atque impreſſum; nunc notis vbique & additionibus ex optimis autoribus vtplurimum decerptis illuſtratum; ſtudio*

C. P.

C. P. D. & A. N. Norimbergæ. 1663. Hic enim non tantum monſtroſa ſtatus ratio, ſiue illud principum idolum, cuius vehementiori impulſu quæcunque patrandi, retinendi, intendendi dominatus ergo, citra aut contra ius & fas, per vim aut dolum geruntur, patrata in vulgus obtenduntur. Sed etiam peruerſisſimus politicus, qui tam ſua quam aliorum vitia diſſimulare, in Religionis negotio conniuere & aliis præſertim ſuperioribus aſſentari in omnibus poſſit; nullo interim alio fine propoſito, quam vt potentias & diuitias atque honores conſequatur; & ſic pro ſua quidem intentione fallaci, quiete & delicate viuat: viuis coloribus in ipſo textu depinguntur, in additionibꝰ vero eruditis impietas, perfidia & alia, quæ ibidem docentur, horrenda vitia deteguntur, ſimul & ſolidisſimis rationibus quæ a chriſtiana religione, optimisque rerum politicarum, hiſtoriarumque monumentis repetitæ ſunt, in ruborem dantur.

*** In cautel. circa præcogn. Iurispr. c. *XVII.* §. 5. 6.

**** Verisſima ſunt, quæ habet CHRYSOSTOMVS Hom. VI. ad populum Antiochenum: *Η πρόνοια τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ πάντα μετὰ τῆς οἰκείας οἰκονομεῖ σοφίας.* Prouidentia diuina omnia vbique ſapienter adminiſtrat, regit, diſpenſat. Et Hom. XL. T. V. p. 270. *Θεὸς οὐ μόνον παρήγαγε τὴν κτίσιν, ἀλλὰ καὶ παραχθεῖσαν αὐτὴν συγκρατεῖ, κ᾽ἂν ἀγγέλους εἴπης, κ᾽ἂν ἀρχαγγέλους, κ᾽ἂν τὰς ἄνω δυνά-*

μεις, κ᾽ ἂν πάντα ἁπλῶς τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, τῆς προνοίας ἀπολαύει τῆς ἐκείνου. Deus res creatas non tantum produxit, ſed etiam productas continet: ſiue Angelos dicas, ſiue Archangelos, ſiue ſupernas poteſtates, ſiue omnia omnino viſibilia & inuiſibilia, prouidentia eius fruuntur. Recte & Plato gubernationem rerum humanarum DEO attribuit; cui, ſuo conſilio, tanquam inſtrumenta & media adiungit τύχην καὶ καιρὸν, quibus vult obſequi τέχνην, id eſt, conſilia & conatus prudentiæ humanæ. Sed Deo tribuatur quod docent ſacræ literæ, DEUM non eſſe adſtrictum ad ſecundas cauſas, & multa agere atque perficere abſque his: imo ſæpe contra ordinem ſecundarum cauſſarum. Secernantur autem ab ordine politico, vitia deformantia opus Dei & confuſiones quæ non ſunt a Deo, qui non eſt author ἀκαταστασίας, ſed oriuntur a furoribus Diabolorum & malorum hominum, vel ab humana imbellicitate. Non itaque, vt multi prophani arbitrantur, exiſtimetur temere & fortuito, ſine Dei conſilio homines concurriſſe, vt ſe, iunctis viribus, tuerentur adverſus beſtias, aut latrocinia: nec imperia caſu oriri, aut ruere, & deuolui caſu in eas gentes, quarum extollitur potentia; nec eas, quæ accidunt, in imperiis florentibus mutationes, caſu euenire: ſed certum hoc, ac firmum ſit, DEUM architectum eſſe ordinis in imperiis, & hunc tueri, ac prohibere, ne a Diabolis, & malis hominibus prorſus dilaceretur, vaſtationibus infinitis. Hæc opti-

optime monentur a CASPARO PEVCERO *in epiſtola dedicatoria ad* CARIONIS *chronicon adiecta.*

***** Tales ſuppeditant, *Aulicus politicus diuerſis regulis praeceptis ſiue vt ICtus Iauolenus loquitur Definitionibus ſelectis videlicet 362. antiquorum & neotericorum prudentia ciuilis Doctorum inſtructus, cura & opera* DVRI de PASCOLO (ſiue EBERHARDO a WEIHE ſicut nos docet *Larua detracta h. e. breuis expoſitio nominum ſub quibus aliquot Pſeudonymi recentiores inprimis latere voluerunt.*) Elegantiſſimus plane hic libellus eſt, breuiſſimis theſibus potiora aulicorum vitia perſtringit, fraudes frequentiores detegit, ſimulque media indicat quibus homo aulicus multiuarias difficultates ſuperare, & quæ Deo grata ac Reipublicæ ſalutaria ſunt gerere queat. Et in hoc ſtadio nemo felicius decurret, quam qui anteceſſorum veſtigia, virorum πολιτικωτάτων exempla colligit & intuetur, ita quidem vt cuiuslibet facti, atque etiam conſilii cauſas inquirat, circumſtantias appellet, ſucceſſum ponderet; ac ſingulatim in quo quid bene aut prudenter, quid male aut imprudenter geſtum ſit, ſpectet: inde autem præceptum, monitum ſiue regulam vniuerſalem ipſe eliciat, eamque ſententiis pluribus comprobet, exemplis illuſtret. Eſt enim duplex vſus exemplorum; vnus, vt ea imitemur quæ a bonis viris geſta ſunt: fugiamus autem ea quæ a malis perpetrantur. Alter, vt ex rebus quæ ſigillatim narrantur, generatim ac in vniuerſum, θετικῶς

aliquam vtilem ſententiam (*θέσιν ἢ ἀφορισμὸν*) extrahamus, deducamus. Hanc rationem obſeruauit IVSTVS LIPSIVS libello quodam ſuo *Monita Politica & Exempla* complectente: huius exemplum imitati poſtea ſunt alii plures, notante DEGOREO WHEAR *relect. hyem. parte III. ſect. V.* Edidit etiam anno ſuperioris ſeculi XLVII. ADAMVS PREYELIVS *Inſtitutionem viri priuati & publici & aulici ad modum fere Lipſii in politicis. Francofurti ad Mœnum.* Tripartitum hoc opus, trium ſcriptorum verſiones complectitur. Inſtitutio viri priuati ex idiomate hiſpanico ad ciuilitatem morum ſuppreſſis authorum ſententiis & in ſermonem coalitis. Inſtitutio viri publici ex idiomate gallico ad rempublicam capeſſendam, expreſſis Authorum ſententiis, & poſt ſermonem quemque additis. Inſtitutio viri aulici ex idiomate italico ad aulam frequentandam ex variis ſententiis tanquam ſcaturigine varia collecta. Laudem merentur non mediocrem quæ hic præcipiuntur, partim ob latinæ dictionis elegantiam, inprimis vero quod breui compendio regularum politicarum ferme neruum exhibeant. Et quamuis dulcius, quod dicunt: ex fonte bibantur aquæ, hanc tamen verſionem perlegiſſe vix quenquam, pœnituerit. Ampliora ſubſidia huius doctrinæ inuenies in GABRIELIS NAVDÆI *Pariſini Bibliographia politica.* Interim prudenter monet celeberrimus BOSIVS ſolis doctrinæ regulis rem non confici, ſed con-

ver-

verſatio & vſus accedat, neceſſum eſſe: de quo vide ipſum de *comparanda prudentia ciuili* §. *I. ſqq.*

XXVI.

De Politica priuata pauci * admodum in Academiis, huc vsque fuere ſoliciti; cum tamen maximum vbique vſum præbeat, & ad vitam feliciter tranſigendam omnino neceſſaria ſit. Quippe quæ docet; quo modo cuiusuis hominis ſtatus priuatus optime conſeruari poſſit. Hoc vero, cum non niſi iuſtis laboribus fiat, de neceſſariis vtilibusque artibus addiſcendis monet, rationes diuerſorum vitæ generum explicat, quid in ſtatu coniugali ineundo prudenterque gubernando obſeruandum, quomodo educatio liberorum prudenter inſtituenda, quomodo opibus, honoribus, amicis, pro familiæ vtilitate rite vtamur, cæteraque omnia recte diſponamus, hæc Philoſophiæ pars tradit. **

* Inter hos Bellegardivs fuit, qui opuſcula huc facientia promulgauit. add. Dn. Thomasii *Prudentia conſultat.* Hevmanns *Politiſcher Philoſ.* huc etiam tendit Ivlii Bernhardi von ROHR *Einleitung zur Klugheit zu leben; das iſt, Anweiſung wie ein ieder Menſch zu Beförderung ſeiner wahren Glückſeligkeit alle ſeine Verrichtungen vernünfftig anſtellen ſoll.* Lipſiæ 1715.

** Hinc recte ratiocinatur Wolffgangvs

Hei-

HEIDERVS *de vulpeculis ſcholaſticis oratione II. p. m.* 53. inquiens: *Diuitias & colligere & tueri, quod* λῆψιν *&* φυλακὴν *nominat Ariſtoteles, easque bene qua* δόσιν *qua* δαπάνην *collocare viris doctis ſeu vulpeculis ſcholaſticis tam facile eſt & procliue nihil vt minori negotio effectum dare poſſint: ſi modo diem ita diſpertiri velint, vt pars vna bonis literulis, ſecunda corpori curando & tertia rei facienda impendatur: ſunt enim multi helluones librorum, qui legendo, qui meditando, qui ſcribendo a ſummo mane ad ſtellam vſque veſpertinam, ſeu potius ad uſque noctis conticinium iis quos dixi libris non tantum indormiunt & impalleſcunt, ſed etiam immoriuntur: quæ tamen intemperantia omnium minime probanda, cum ita nobis viuendum ſit, vt diu viuere, ita laborare vt diu laborare, ita ſerendum vt olim meſſem quoque facere poſſimus. Nihil itaque minus difficile eſt ordini ſcholaſtico, quam ſi per ocium liceat diteſcere, & Diuum illum claudum ac cæcum hoſpitio excipere. Non tantum enim bonas literulas quæ ſupra quam dici poteſt, quæſtuoſæ ſunt, habent cognitas, ſed etiam frugales ſunt (certe debent eſſe) qui acquirendi modus optimus eſt & certiſſimus. Sic enim ea, quorum opus, a nobis ipſis mutuo ſine vſuris ſumimus, & quæ accepta nunquam reſtituere cogimur, nec vllis a creditoribus excarnificamur. Et ſcimus omnes ſiccam & lucem optimam & animam ſapientiſſimam, neque bonis in ſcholaſticis & vere literatis eos amplius eſſe numerandos, qui paulatim*

tim nocturno certare mero, putere diurno incipiunt, ipſumque viuere nihil aliud quam bibere eſſe dicunt. Tandem id genus aliis interiectis concludit: *Eos vero qui ab omni rei familiaris cura philoſophos arcendos putant, aut helleborum bibere, aut cepas edere & plorare iubemus.*

XXVII.

Prima vero ſtatim ætate hanc prudentiæ partem inculcare, * ideo vtiliſſimum fuerit, quod, dum quæ ad vitæ tum commoda tum neceſſitates coquirenda ſunt, iuvenes addiſcunt, ſimulque vident, quanto ſudore ſingula conſtent, ab otio atque voluptatibus facile reuocantur, & vtilia ſocietatis membra, prudentesque patres familiarum tandem euadere poſſunt. Potiſſimum vero ſtudioſorum iuris iſta noſſe intereſt, quia ſæpiſſime iis muneribus admouentur, vbi, ſi peritia politica vel œconomica deſtituuntur, & pericula & damna reipublicæ afferunt. **

* Pluribus hoc docet Fleury c. *XXIV. L' étude de la jeuneſſe doit conſiſter à acquerir en ce premier âge les connoiſſances qui doiuent ſeruir dans tout le reſte de la vie ou du moins les principes de ces connoiſſances, comme ie croy l' auoir montré. Donc ce qui eſt neceſſaire aux affaires les plus communes & les plus ordinaires, qui vont à l' entretien de la vie & au fondement de la ſocietè ciuile, ces connoiſſances doiuent tenir le premier rang apres celles qui regardent l' homme en*

luy

luy-même & qui ſeruent directement à perfectionner l'ame ou le corps. Auſſi c'eſt principalement l'ignorance de ces ſortes de choſes, qui fait que pluſieurs mepriſent les étudians & les études. Quelles ſont les penſées d'vn enfant de famille qui ſort du college? de ſe diuertir & de faire des connoiſſances; & s'il a pris goût aux études, de ſuivre ſa curioſitè. Il ne ſe met point en peine comment il ſubſiſte, d'où luy vient le reſte. Il regarde ſeulement comment viuent les autres jeunes gens de ſa condition, & ne veut pas ſe paſſer à moins, ny manquer d'argent pour jouer ou ſatisfaire à d'autres paſſions. Cependant il ſe remplit l'imagination de Comedies de Romans, de muſique: ou s'il n'a pas d'eſprit, il ſe borne à des plaiſirs plus groſſiers. Il faut qu'il arriue quelque grand changement dans ſa fortune, la mort d'vn pere, vne grande ſucceſſion à receuillir vn grand proces, vn mariage, vne charge dont il ſe trouve reuêtu, pour luy faire ouvrir les yeux, & s'apperceuoir qu'il y a des affaires dans le monde, & qu'il y a des ſoins qui le regardent auſſi bien que les autres hommes. Ie ſçay qu'il y a en cela beaucoup du naturel de la jeuneſſe, qui eſt pouſsée aux paſſions par des paſſions violentes, & n'a pas aſſez d'experience pour faire cas des choſes vtiles. Mais c'eſt pour cela même qu'il faut aider la jeuneſſe & la retenir, au lieu qu'il ſemble, que l'on veuille ſeconder ſes defauts. Les jeunes gens n'aimeront jamais le trauail ny les affaires, il eſt vray. Mais du moins il faut tacher

cher en les y preparant de bonne heure, de faire qu' elles ne leur parroiſſent point ſi ameres ny ſi peſantes, quand ils viendront à l' age de s' y appliquer tout de bon.

** Illuſtris THOMASIVS *cautel. circa praecogn. Iuriſpr. cap. XVII. §. 19.* inquit: *Interim certum eſt, ad ſtudioſum iuris non ſolum, quatenus ſtudioſus ſapientiae eſt, ſed & quatenus iuri & non aliis facultatibus ſuperioribus dat operam, pertinere vt fundamenta huius doctrinae (agriculturae) pauca quidem & perſpicua ſciat.* Ratio adiicitur in notis *litera S. Nam ſtudioſus ſapientiae debet cognoſcere, fundamenta omnium artium toto humano generi vtilium. At ſtudioſus iuris eſt etiam lignum vnde fieri ſolent conſiliarii camerales: (Nam regulariter Theologi, Medici & Philoſophi ad eas functiones non adhibentur.) At conſiliorum cameralium fundamentum eſt, noſſe agriculturam.* Huius commatis etiam ſunt, quae ex CHRISTOPHORO EHEMIO adnotauit D. VNVERFAEHRT *de Paedia iuris. c. VIII. §. 4.* Nulli ſane dubium eſt quin futuro legislatori, aut politico, totius rei familiaris ſtatus, eiusque diſciplinae ratio atque cognitio habenda ſit; rurſusque, quoniam res familiaris eiusque ſcientia Republica prior eſt, certe neceſſario eius quoque cognitio Reipublicae & ciuitatis notitiam antecedere debet. Ex quo efficitur, vt & legislator ipſiusque interpres Iureconſultus & ſimpliciter quicunque ad Reipublicae gubernacula vocatur, nonniſi bene cognita re familiari eius-

que

que adminiſtratione recte ſuo officio fungi poſſit. Atque praeclare dici ſolet, neminem rempublicam recte gubernare poſſe, qui rei familiari ac propriae domui prius imperare non didicerit.

XXIIX.

Praeter hactenus dicta, bina hic adiicienda reſtant, quae licet ſaepius negligantur, nec per ſe in ſtudiorum Oeconomicorum claſſem referantur, neceſſaria tamen cuilibet bono patrifamilias reputari debent. Primum eſt, cognitio rerum, quae ad religionem ſpectant, quatenus vera eſt viua atque efficax, ac apponitur, quam vulgo dicunt, fidei carbonariae. * Ab hac inprimis ſtudioſus iuris, vtriusque tabulae futurus cuſtos, ** ſed & quilibet paterfamilias ſibi caueant, & ex mente eorum, quorum cura atque moderatio ipſis vel olim incumbet, vel commiſſa iam eſt, eandem expellant. Hunc in finem nonſolum ipſas ſcripturas diligenter ſcrutentur, ſed Hiſtoriae etiam Eccleſiaſticae vtriusque foederis ita ſtudeant, vt, quae pietatis verae omni aeuo facies fuerit? vnde tam variae haereſes? quae diverſitatis religionum occaſio? quo ſingulae fundamento nitantur? vt inter ſe diſcrepent? cognoſcant, *** aliosque in poſterum edocere poſſint. Hoc ipſo non tantum aedificationem haud parum promoueri, ſed etiam quicunque imperio noſtro ſubiiciun-

tur,

tur, melius in officio contineri poſſe experientia dudum docuit. ****

* Cuius indolem optime delineauit D. OSTERWALD *dans les ſources de la corruption. P. I. ſource I.* §. *I. n. 2. p. m. 9. Il faut remarquer, que quoique les chrétiens faſſent profeſſion de croire les Veritez de leur Religion, cette croyance n'eſt pas aſſez viue ni aſſez forte en tous. C'eſt vne choſe conſtante que la plus part ne ſont chrétiens que parce qu'ils ont eté engagez par leur naiſſance à faire profeſſion du Chriſtianisme; mais au reſte ils en connoiſſent peu la verité & la diuinité. Ils ſeroient tout de même Iuifs ou payens, s'ils étoient nez dans le Iudaiſme ou dans le paganiſme. Ainſi à proprement parler on ne peut pas dire qu'ils croyent & qu'ils ayent la foy. Car la foi eſt vne perſuaſion; croire c'eſt être perſuadé; & il eſt impoſſible de bien croire vne choſe, ſans raiſon & ſans examen. Ce qu'on appelle foi n'eſt ordinairement qu'vne opinion confuſe & generale, qui ne fait que de legéres impreſſions ſur l'eſprit & ſur le cœur; mais la veritable foi eſt plus rare parmi les chrétiens qu'on ne penſe.* Et illuſtr. THOMASIVS *cautel. cap. XIX.* §. *6.* de eadem ita refert: *Initio cum in tenera iuuentute audirem pro concione ſiue hiſtoriam ſiue fabulam, in vulgus notam, de fide carbonaria, eamque rem pontificiis maxime vitio verti; atque prædicari eapropter eccleſiam Lutheranam, quod in ea ſinguli debeant explicare ea quæ credunt, ac ſinguli de veritate eorum*

 certi

certi eſſe, ſtatim mihi formaui primam cautelam: ſapientis fidem & theologiam non debere eſſe carbonariam, & §.7. fin. ſapientem debere intelligere ea quæ in Theologia credit; nec ſaltem vt nudos ſine mente ſonos, verba nihil ſignificantia ore vel calamo proferre.

** De Theologiæ ſtudio pudor eſt, dubitare Chriſtianum, quin cum omni arte & diſciplina, non in curſu ſolum Academico ſed omni tempore vitæ ſit coniungendum. Quærentibus primum regnum Dei cætera adiicere promiſit Servator: & timorem Domini initium eſſe ſapientiæ, iam a tenella & balbutiente ætate didicimus. Indignum itaque quolibet viro literato in Dei cognitione non ſupra vulgus ſapere. Indigniſſimum futuro Iurisconſulto, quippe cuſtodiæ vtriusque diuinæ legis tabulæ præficiendo; quemque Reipublicæ admotum Eccleſiæ nutritium eſſe voluit DEVS. Hunc in modum monet HENRICVS MOREELSE *ICtus de Manuductione ſtudioſi iuris per Academiam ad rempublicam.* apud VOSSIVM *de Rat. ſtud. p. 569.* Conſentit celeberrimus IOH. SCHEFFERVS *in Diſſertatione ſua de generoſi nobilisque informatione literaria, §. IV. Initium a ſacris facio, quia pium ante omnia volo fieri diſcipulum etiam nobili ſanguine ortum, non priuatis ſolum cauſſis, quas pro ſe quilibet & intelligere & obſeruare debet, verum multo magis publicis. quia verſaturus eſt in negotiis ad commoda communia facturis. Nimirum ſine gratia diuina nihil paulo grauioris momenti expeditur,*

ditur, nec conficiendis cum ſucceſſu talibus prudentia, cautio, circumſpectio, calliditas mortalium, quantumuis ſumma, eſt ſufficiens. Ea porro gratia qui haberi poſſit per impietatem? Adde quod ſublata pietate plurimum amittatur ex præceptis regulisque quas in uita & negotiis, ſi vere ſalutaria eſſe cupimus, obſeruari neceſſe eſt. Pietatem igitur in diſcipulo exigo ante omnia, eiusque in educatione primam puto habendam rationem. Scio aliter hic multos iudicare, nec deeſſe magnorum aliquando virorum auctoritatem. Sed docet euentus, eos qui non ab initio ætatis de religione ſua redduntur certi, poſt in peregrinationibus, vel ad alienam & erroneam abduci non modo cum exitio ipſorum proprio, ſed & cum infamia gentis, quandoque publico etiam cum damno, quando fere ex hoc diſſenſu contentiones turbaque oriuntur etiam in reliquis de republica deliberationibus; vel plane incertos ac ancipites vagari, denique negligere religionem omnem vnde primam vitæ morumque diſſolutionem deinde iniquitates varias ac iniurias oriri neceſſe eſt, quibus non modo gerendarum feliciter rerum auſpicia euertuntur, Deo id genus hominum auerſante; ſed ipſa etiam ſocietas diſtrahitur, diuelliturque. Vt omittam errores infinitos in quos in deliberationibus fere omnibus hos incidere neceſſe eſt, vel ignorantia, vel negatione prouidentiæ diuinæ cuius accurata conſideratio notitiaque præcipuam prudentiæ humanæ partem continet, ipſamque adeo vel conſtituit vel abſoluit.

*** Cuiuſcunque rei veritatem volueris perſcrutari, eiuſdem hiſtoriam manifeſtam tibi eſſe oportet, non ex parte, ſed totam. Hinc volentem addiſcere Theologiam, oportet hiſtorias ſacras prænoſſe, vt in Nouo & veteri Teſtamento, Ioſepho, Philone, Comeſtore & in Baronii annalibus habentur. docet THOMÆ CAMPANELLÆ *de libris propriis & recta ſtudendi ratione ſyntagma Cap. II. art. II.* Hoc nomine inprimis commendari quoque meretur *Compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Decreto ſereniſſimi Principis* ERNESTI *in vſum Gymnaſii Gothani ex ſacris literis & optimis qui extant autoribus ab orbe condito ad noſtra vſque tempora deductum.* Quippe quod res ſacras ſuccincte exponit, cupidum vero lectorem ad veras earundum origines remittit. In ſpecie de ſacris Chriſtianorum publicis pariter & priuatis concinne agit M. SALOMON STEPNER *Tractatu Hiſtorico Theolog. in quo docetur Vbi, Quando, Quomodo ſacra cultus diuini exercitia inde uſque ab ipſis Eccleſiæ N. T. incunabilis peracta fuerint, & hodienum peraguntur. Lipſiæ M. DC. LXXVII.* Quia ſacræ litteræ magnam lucem ex cognitione rerum iudaicarum mutuantur, de his quoque non ſine commodo legi poterit BONAVENTVRA CORNELIVS BERTRAMVS *de Republica Ebræorum recenſitus Commentarioque illuſtratus Opera* CONSTANT. L'EMPEREVR.

**** Sane, ſi nulla re multitudinem efficacius quam ſuperſtitione regi poſſe, infideles obſer-

ſeruarunt, de quo videndus BERNEGGERVS *quaeſtion. miſcell. ex Taciti Germania quaeſtion. XXXVIII.* potius vera religio laudem hanc meretur, quod ſit vinculum omnis ſocietatis, eiusdemq; gubernandae inſtrumentum paratiſſimum certiſſimumque. Idem hoc pluribus inculcat DN. de SECKENDORFF *im Chriſten-Staat L. II.*

XXIX.

Deinde illud quoque agendum, vt valetudinis tam conſeruandae, quam reſtituendae aliquam ſaltim rationem noſcamus, ex Medicorum ſchola nonnulla in noſtros vſus mutuantes. * Huc ſpectat primo corporis noſtri, quoad eiusdem partes tam ſolidas, quam fluidas anatomica cognitio, vnde diſcimus temperamenta diſcernere, & qui potiſſimum cuiuis homini ſint metuendi morbi. Si nimirum Noſologias cognitio accedat, & generalia Simeiodices praecepta diſcamus: hinc de ipſis mediis ſanitatem vel conſeruantibus vel reſtituentibus debemus eſſe ſoliciti. ** Ad haec vero quemlibet ex praecepto Iuris naturalis de ſemetipſo conſeruando teneri, haud dubitandum eſt. ***

*Nempe cuilibet ſtudioſo qui boni patrisfamilias partes olim explere geſtit, dictum putamꝰ, quod nobili ſuo IOACHIMVS PASTORIVS *Medicinae Doctor in paelſtra Nobilium* §. *XXXI.* inculcat. *Medicinam cuiq; nobili vel propria valetudo ſatis commendaverit; & culta illa etiam a Regibꝰ eſt, nedum*

nobilibus; ſed eo uſque in hac arte proficere, vt morborum ſuorum, vel alienorum curationem, rem ancipitem, & vitam hominis facile in periculum adducentem, ſuſcipere auſint, non eſt, niſi eorum, qui omnes cogitationes ſuas & vitam omnem huic arti impendere. Aliquantum vero delibaſſe ex hac arte eo prodeſt, vt tanto facilius doctum Medicum noſſe atque adeo addiſcere, & deinde ipſius etiam Medici, quem vocauerit, curam ac diligentiam acuere quisque poſſit. Præcipue vero, vt corporis humani fabricam perſpiciat, ſectiones anatomicas, vbi occaſio datur, diligenter a nobili frequentari velim: & ſimul breuem Autorem, qualis eſt Dreſſerus de partibus humani corporis, vel Anatomia Bartholini, aut Blancardi, percurri. Cauendum tamen, ne pauxillum illud, quod nobilis ex Medicina didicerit, typhum aliquem atque opinionem ſcientiæ creet: adeoque is ſi Medicus turgidæ eius ſcrupuloſitati non illico ſemper ſatisfacere videatur, diffidentiam inde concipiat, quæ maxima bonarum medicationum remora eſt. Oportet enim ægrum fidere Medico, & arti eius, vt cuiidam quaſi DEI manui credere, ſi velit conualeſcere. Inprimis autem Diæteticam Medicinam quisque ſane nobilis iure ſibi habet commendatam: quo tanto melius regere ſuam domi valetudinem queat. &c.

** Hic manum ducere poteſt D. CHRISTIAN FRIEDRICH RICHTERN, *Hœchſt-nœthige Erkentniß des Menſchen, ſonderlich nach dem*

Lei-

Leibe vnd natürlichen Leben: oder ein deutlicher Vnterricht von der Geſundheit vnd deren Erhaltung: auch von denen Vrſachen, Kennzeichen, vnd Nahmen der Kranckheiten, vnd bewarten Mitteln gegen dieſelben &c. cuius operis quinta editio anno ſuperiori proximo. Prodiit Halæ, 8.

*** THOMASIVS *in Cautel. circa præcogn. Iuriſpr. C. XVIII.*

XXX.

Diſciplinis practicis, quas modo retulimus, aliæ artes inſtrumentales adiungendæ ſunt. Quarum prima eſt Grammatica * ſiue ars recte legendi, pronunciandi ſcribendi & loquendi. Huc refertur linguarum ſtudium. Et quidem orientales quod attinet linguas, quamuis plurimæ non omnino neceſſariæ ſint, multa tamen commoda, inprimis Hebraica lingua præſtare poteſt Iurisconſulto. ** Græca lingua vtilis erit (1.) ad legendos noui Teſtamenti fontes, (2.) ad intelligendos multos terminos technologicos græcos in ſcholis receptos, (3.) ad percipiendas græcarum Hiſtoriarum veritates, (4.) ad cognitionem Philoſophorum Græcorum (5.) ad ius Græcum & Nouellas Iuſtiniani eo melius intelligendas. ***

* Illuſtr. THOMASIVS *cautel. c. VII. §. 5.*

** *Hebraica*, inquit D. THOMASIVS *L. C. cum reliquis orientalibus, Chaldaica, Syriaca, Arabica, etſi non ſit neceſſaria, neque tamen me-*

rum eius (ſtudioſi iuris) ornamentum eſt, ſed ad multa ei vtilis. Non ſolum ad legendas literas veteris fœderis in fontibus, ſed & ad melius intelligendam philoſophiam Moſaicam præprimis in morali & naturali doctrina, quæ in reliquis linguis ob admixtionem paganæ philoſophiæ tantam emphaſin non habet, v. g. ruach dicitur in lingua Ebraica omne ſpirituale. Sic nota lis de interpretatione textus Levit. XVIII. 11. De ICtis & politicis qui hebreæ linguæ ſcientia memoriam ſui illuſtrem rediderunt, idem agit §§. ſqq.

*** Commentarii loco conferri hic meretur PETRI MOSSELLANI *oratio de variarum linguarum cognitione paranda.*

XXXI.

Lingua latina, ceu commune eruditorum idioma, quam neceſſaria, quam vtilis ſit, demonſtratione non indiget. * Itaque eiusdem ** neglectus probe præcauendus. Sed cum in omni ſcientiarum genere eruditiſſima ſcripta gallice prodeant pluribus etiam in locis politiores aulici Gallica lingua vtantur, & plures terminos inde depromtos vernaculæ noſtræ immiſcere hodie decus habeatur, peſſime ſibi conſulit ſtudioſus iuris, qui hanc linguam inſuper habet. Italica, Hiſpanica, Anglica, Belgica præ reliquis, quas hic tacemus, vſui eſſe poſſunt, propter libros hiſtoricos, politicos, aliosque iisdem linguis euulgatos,

tos, atque terminos quosdam exinde in ius relatos.

* Sunt tamen qui ob verſionum copiam laborem, qui diſcendæ huic linguæ impenditur, minus neceſſarium arbitrantur: ſed, præter MOSELLANVM ſuperius laudatum, his ſatisfacit THOMAS CRENIVS ad IOACHIMI PASTORII *de iuuentutis inſtituendæ ratione Diatriben*, §. *III.*

** Diuerſo ſubinde habitu apparentis, de quo confer. IACOBI FACCIOLATI *Syntagma breuiſſimum de lingua latinæ ortu interitu ac reparatione deque eius ſcriptoribus ad ſeculum uſque XVII.* quod cum eiusdem auctoris oratione: *Latina lingua non eſt ex Grammaticorum libris comparandæ.* in ſeminario patauino habita, Lipſiæ ſuperiori anno recudi curauit, doctaque præfatione auxit M. IOH. GEORGIVS WALCHIVS. De arte critica quatenus ad linguam latinam excolendam, veteresque auctores intelligendos pertinet, vide quæ tradit DN. BIERLING *de Eruditione politica.* §. *V.*

XXXII.

Enim vero quia longe turpius eſt, patriæ linguæ rudem eſſe, quam cuiusuis peregrinæ: cum iſtis & noſtra * vernacula probe perdiſcenda non tantum recentior, quæ in rebus agendis hodie adhibenda, & facit, vt eleganter atque polite ** cum noſtris hominibus loquamur; ſed etiam antiquior Germanorum loquendi modus cognitu eſt neceſſarius, ad antiquitates iu-

ris Germanici rite intelligendas. *** Tandem arcanorum ſcribendi modorum ſiue Abbreuiaturarum **** in quauis lingua & arte adhiberi ſolitarum ratio habenda eſt.

* De neglectu linguæ German. confer. CRENIVS ad IOACHIM. PASTORII *de iuuentutis inſtituendæ ratione diatrib.* §. 7. *not. p.* 747. *ſqq.* De iis vero qui exornare linguam noſtram vernaculam ſtuduerunt, vid. MORHOF *Polyhiſt. T. I. L. IV. c.* 4.

** Sunt, qui nimia exoticorum verborum immixtione,maximumGermanicæ linguæ decus conciliari arbitrantur, vel oſtentandæ inſignis, qua pollent, linguarum peritiæ, italicis, gallicis, belgicis aliisq; verbis peregrinis vernaculam ſuffarciunt: cuius rei exemplum allegat SITTENFREVND *in der Kunſt zu leben C.III. §. 29. p.* 147. Sed in hos quam grauiſſime inuehitur MATTHIAS BERNEGGER *Quæſt. miſcell. in Taciti Agric. qu. CXCV.*

*** Præter Gloſſaria nonnulla iamiam edita de quibus agit MORHOF *l. c.* huc faciunt, D. BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII *Collectanea Manuſcriptorum ex codicibus, fragmentis antiquitatis atque epiſtolis anecdotis eruditorum excerpta in decem faſciculis digeſta. Faſciculo I.* vbi de criteris Manuſcriptorum agitur, qui de Manuſcriptis egerunt allegantur, varius antiquorum ſcribendi modus, aliaque circa Codices notatu digna diligenter conſignantur.

**** Confer. FICHET *de arcana ſtudiorum method. c. XII. p.* 22. MORHOF *l. c. cap. II.* quo de

de variis ſcripturarum notis agens §. 4. adſcribit lepidam hiſtoriam TRITHEMIO occaſione Pſalterii notis iſtiusmodi deſcripti & Argentorati ſeruati, notatam, his verbis: *Biennio poſt* (nempe ab acquiſito notarum Tyronis Codice adeoq; anno 1499.) *eques Argentinam in cauſis ordinis mei aſcendi, admiſſusq; per Iohannem Keiſersbergium, inſignem loci concionatorem, in Bibliothecam maioris Eccleſiæ, Pſalterium reperi totum hiſce Tullii & Cypriani notis exaratum, aureisque capitellis denſiſſime ſcriptum. Superſcriptio autem ab ignaro myſterii talis fuerat extrinſecus poſita:* Pſalterium in Armenica lingua. *Ego doctorem adhibui, falſitatem oſtendi, ita reſcribendum admonui:* Pſalterium notis Ciceronis deſcriptum: *quod fecerit, nec ne, incertum habeo, quoniam ad eam bibliothecam non ſum reuerſus.* Caueat hinc ſibi quilibet ſtudioſus, ne, arte hac deſtitutus, de ſcripturis antiquioribus quid pronunciet, eoque ipſo, quod non adeo infrequens, ſeſe turpiter dicat ſcribatue.

XXXIII.

Sermone vtimur ad dicendam veritatem, hanc ipſam aliis ita perſuadere, ne ſuccumbat, Rhetorica docere debet * Hæc ars, ſi recte intelligatur, ** in omni quidem vita vtilis, ſed iuris ſtudioſo inprimis commendanda, quo in poſterum ſuo vbique officio rite atque decenter ſatisfacere poſſit. *** Sed plus hic præſtat natura, quam multitudo præceptorum, ex quibus

pau-

pauca, ſed meliora, ſunt eligenda. Poeſis, quatenus verſificationem indicat, ſi cui natura obtigit, ornatui ****) eſſe poteſt, modo abuſus *****) caueatur. Idem iudicamus de artibus fingendi, †ſymbolica, emblematica & dialogi conficiendi: quæ ſubinde, futuro politico atque iurisconſulto non ſpernendos vſus præbere poſſunt.

*) Docet hoc ipſum GERARDVS IOANNES VOSSIVS *Inſtit. Orat. L. I. C. I.* Turpiſſimus autem huius artis abuſus eſt, quando cauſarum Patroni ad iniuſtiſſimos & malitioſiſſimos clientum conatus fulciendos, iudicesque corrumpendos eandem adhibent. Ita de Romanis refert, celeberrimus IOANNES CLERICVS in dedicatione quam editioni Hiſtoriarum Liuianarum præmiſit: *Iudices nempe ad quorum tribunalia rei deferebantur, ſeu Prætores ii eſſent, & qui illis in concilio aderant, aut Iudices a Prætoribus dati, aut Conſules, aut ſenatus, ne populum Romanum memorem, non tam ſpectare ſolebant, quo iure rei accuſarentur, quibus argumentis id probaretur cuius rei facti erant, & quid Leges de eiusmodi flagitio ſanxiſſent, ſi quis eius eſſet conuictus; quam quomodo eorum cauſa ageretur, vt reos damnarent, aut abſoluerent. ſi ab imperitis aut minus eloquentibus Patronis defenderentur, actum plerumque erat de reis quamuis ceteroqui meridiana luce clarior eſſet eorum innocentia. Dummodo ab homine diſerto aut factioſa accuſati fuiſſent. Ex adfecti-*

bus

bus Iudicum arte oratoria commotis, non ex legibus ſalus innocentium ciuium pendebat. Contra ſi rei facti eſſent homines ſcelerati & manifeſtis argumentis flagitiorum, quorum accuſabantur, conuicti; facile tamen eripiebantur Legibus ab eloquente Patrono, aut, quod deterius fuit, a factioſo tribuno. Vt nemo tutus ſua innocentia eſſe poterat, ſi eiuſmodi inimicos haberet: ſic viciſſim nemini ſua ſcelera nocebant, ſi amicos eloquentes aut factioſos nactus eſſet. Sic opprimebantur boni, & mali Reipublicæ adminiſtrationi adhibebantur. Vid. & CARPZOVIVS *P. I. Conſt. I def. XVIII.*

** Confer. FLEVRY *du choix & de la methode des Etudes* c. XXXI.

*** Hinc NICOLAVS HOBOKEN *in epiſtola manuductoria de politicæ prudentiæ ſtudio academico breuiter vtiliterque abſoluendo ad* IANVM BIKKERVM *Henr. F.* Anſtelredamenſem Patritium rectisſime ſcripſit *p. m. 8. Oratorem vero te ſumme volo: vt (prout fata ferent,) ſi vel in diſſidiis ciuilibus, aliisque caſibus, licet raro contingentibus, ad populum; vel in curia ad ſenatum: vel in deputationibus ad aliarum prouinciarum ordines, aut aliarum ciuitatum Magiſtratus vel in Collegio condeputatorum ad Collegas: vel in legationibus ad exteros tum Reges, Principes, tum Reipublicæ primores: vel in caſtris ad militem dicendum fuerit: ornate, apte & cum efficacia ac perſuaſione dicere potueris.*

ſis. add. THOMASIVS *in cautel. circa præcogn. Iuriſpr. c. XI.*

**** Obſeruanda vero inprimis ſunt monita quæ Gallorum excellentiſſimus poeta BOILEAV inculcat, *dans l'art poetique chant IV. p. m. 126 ſqq.*

Auteurs, preſtés l'oreille à mes inſtructions.
Voulez-vous faire aimer vos riches fictions?
Qu'en ſçauantes leçons voſtre Muſe fertile
Par tout joigne au plaiſant, le ſolide & l'vtile.
Vn lecteur ſage fuit vn vain amuſement,
Et veut mettre à profit ſon diuertiſſement.
Que voſtre ame & vos mœurs peints dans tous vos ouvrages,
N'offrent jamais de vous que de nobles images.
Ie ne puis eſtimer ces dangereux Auteurs,
Qui de l'honneur en vers infames deſerteurs,
Trahiſſant la vertu ſur vn papier coupable,
Aux yeux de leur lecteurs rendent le vice aimable.

Et paucis interiectis:

Vn Auteur vertueux dans ſes vers innocens,
Ne corrompt point le cœur, en chatoüillant les ſens.
Son feu n'allume point de criminelle flamme.
Aimez dont la vertu, nourriſſés-en vôtre Ame,
En vain l'eſprit eſt plein d'vne noble vigueur.
Le vers ſe ſent toûjours des baſſeſſes du cœur.

***** Ta-

***** Talis, vt alios taceam, eſt, quando viri non peſſimi, peſſimis tamen coloribus ſatyrice depinguntur. Ipſe FRIDERICVS TAVBMANNVS qui *Natus erat fato non factus poeta.* Id perquam ægre tuliſſe fertur. *Ein Poet, ſagte Taubmann iſt in ſeinen Gedichten gleich einer Bien, welche benebſt dem Honig auch den Stachel führet. Der Satyricus aber iſt ein Raub-Vogel, welcher alles erwürgen will. Wenn ich einen ſatyricum als ein Comes palatinus krœnen ſolte, ſprach Taubmann, ſo wolte ich ihm einen Lorbeer-Krantz von Brenneſſeln aufſetzen.* Quod relatum eſt *in Taubmannianis p. m. 152. ſqq.* De eadem hac materia agit *Traité de la ſatire &c. pariſ. 1695.* cuius mentio facta *in denen ſummariſchen Nachrichten der Thomaſiſchen Bibliothec. parte II. p. 105. ſqq.* add. ipſe Illuſtris THOMASIVS *in cautel. c. VIII.*

† Huc ſpectat, ſi quis caſus aptos in legibus propoſitos prompte inuenire, tum etiam alios caſus fingere poſſit ad intellectum legum eo facilius eruendum. confer. THOMASIVS *l. c. §. 45. ſqq.*

XXXIV.

Sequitur ars inueniendi veritatem, ſiue Logica, qua docemur viam ad veram ſolidamque eruditionem perueniendi: dum intellectus noſter ab ignorantia variisque erroribus atque præiudiciis ** liberatus, genuinas rerum imagines apprehendere, rectum de ſingulis iudicium ferre, & quæ ſemel

mel cognouit aliis facili methodo commu-nicare perdiſcit. *** Sed ſcholaſticorum tricæ ſumma cura vna cum irrationabili illa Scepticorum dubitatione ſedulo ſunt euitandæ, quo hæc rationis dirigendæ doctrina, veros vſus præſtare poſſit.

* Confer. VILLEMANDI *Scepticiſmus debellatus, ſeu humanæ cognitionis ratio ab imis radicibus explicata.* add TSCHIRNHAVSEN *medicina mentis.* BVDDEI *Philoſoph. inſtrument. P. I. c. I. §. I. ſqq.*

** De præiudiciis & primis cognoſcendi principiis confer. THOMASIVS *in introd. ad Philoſoph. aul. c. VI.* add. ſupra dicta *ad* §. *IV. nota.* **

*** Conſentit Mr. de CROVSAZ *dans ſon ſyſteme de Reflexions qui peuuent contribuer à la Netteté & L' Etendue de nos Connoiſſances : ou Nouvel Eſſai de Logique parte I. c. I. §. I. L'on donne le nom de Logique & d' Art de penſer aux ſyſtemes qui raſſemblent les principes, les obſervations, lex maximes, dont la connoiſſance & l' uſage peut contribuer à donner à l' eſprit humain plus de penétration de force, d' étendue de Iuſteſſe & de facilité, ſoit à decourir la verité, ſoit à la comprendre quand elle eſt enſeignée par les autres, ſoit enfin à la communiquer quand on l' a connue.*

XXXV.

Potiores rationes, quæ ſtudioſum iuris hac arte imbutum volunt, allegari poſſunt ſequentes: (1.) quod Iuriſprudentia, præter

ter alia, ſit habitus interpretandi leges, cuius regulas Logica ſubminiſtrat; (2.) iudicis eſt veritatem ex factis atque dictis aliorum prudenter eruere, hinc ante omnia veritatis criteria ex Philoſophia rationali repetenda ſunt. Sed & aliquando in foro diſputandum eſt, quod vix feliciter cedet, niſi prudentia contradicendi prius fueris inſtructus. Hæc præ aliis modum inquirendæ veritatis vel oſtendendæ falſitatis per quæſtiones & reſponſiones condocet, ſine qua proceſſus inquiſitorius recte formari aut dirigi non poteſt. *

* De ſingulis his videndus illuſtris THOMASIVS *in cautel, cap. X. Prudent. aul. C. XIII. XV. vnd in der Ausübung der Vernunfft-Lehre Cap. III. IV.* De vſu & abuſu diſputationum academicarum idem tractauit in dedicatione & programmate inuitatorio ad ventilationem publicam Diſſertationum celeberrimi Autoris de Ratione ſtatus &c. in alma Fridericiana 1693.

XXXVI.

Vtilitatem Matheſeos, quam ſcientiæ aliæ ex eadem capiunt, alii demonſtrarunt. * Sane ſingulas eiusdem partes ſi conſideres, ita comparatæ ſunt, vt ciuilem ſocietatem & quæuis eiusdem membra exornare non tantum, ſed & iuuare in plurimis poſſint. Qui ſtudiis operam dant vel ideo maxime commendatum eiusd. ſtudium habeant, quod demonſtrationis mathematicæ

mentes aſſuetæ, nihil ſine ſolida ac luculenter perſpecta ratione admittant, nec facile in errores induci ſe patiantur, ſed vbique tutiſſima certiſſimaque via ratiocinari diſcant. **. Adde, quod quaſcunque demum ad oras fueris proiectus, quamcunque fortunam experiaris, vbi reliqua ſtudia nihil prodeſſe poſſunt, hæ ſcientiæ adverſus multas calamitates tutum te præſtent. Vt ſane deflere ſatis non queamus, quod pluribus in Gymnaſiis hodienum hæ ſcientiæ usque adeo negligantur, vt ſæpenumero ne nomina quidem earundem iuventuti cognita ſint, cum tamen oportunius fundamenta ponendi tempus non redeat. ***

* D. THOMASII *Cautel. Cap. XI.* vid. & IOAN. GERHARDVS VOSSIVS *de vniverſæ Matheſeos natura & conſtitut. c. II. & paſſim.* confer. IOAN. CHRISTOPH. STVRMII peculiare conſilium hanc in rem Matheſi iuuenili præmiſſum. add. BIERLING. *Diſſ. de eruditione politica §. II.*

** Dicta hæc confirmat MORHOFI *polyhiſt. T. I. L. II. Cap. XI. n. 17.*

*** GOLDASTVS teſte MORHOF. *Polyhiſt. Tom. I. L. II. c. VII. p. 105.* περὶ ἐγκυκλοπαιδείας ſingularem librum molitus fuit, in quo probare voluit, ἐγκύκλια veteribus μαθήματα proprie dicta, quibus primum etiam pueri informabantur: Mathematicæ enim artes populares erant, atque iis primum inſtituebantur ingenui

pue-

pueri, neque ad acroamaticos ſermones admittebantur qui in his rudes erant. Quod quidem, ſubiicit idem MORHOF. in noſtris ſcholis quoque fieri deberet: illæ enim quaſi anſæ philoſophiæ ſunt, ac mirifice acuunt ingenium. Eadem ſententia eſt DN. de CROVSAZ *dans ſes Reflexions ſur l'vtilité des Mathimatiques & ſur la maniere de les étudier auec vn nouuel eſſai d'Arithmetique demontrée. p. 85.* ibi, *Je voudrois faire commencer l'étude des Mathematiques dés le premier age. Si l'on s'y prend bien on trouuera que les enfans en ſont capables à dix ans & plûtôt. &c.* Communia vero quæ huic ſaluberrimo inſtituto obſtare ſolent impedimenta idem celeberrimus Auctor ibid. pag. 60. ſqq. adlegat. *La plus part des gens font rouler les principaux points de l'education de la jeuneſſe à l'occuper ſans ceſſe, à lui bien farcir la memoire & à la feſſer impitoyablement. Loin de nous ces nouveaux philoſophes auec leurs ſubtilités; nous auons été fouëtté nos enfants le feront auſſi pourquoi ſeroit on plus delicat aujour d'hui qu'autre fois? Je voudrois bien ſcauoir ce qui nous manque & ce qui manquera à nos enfant? s'ils nous reſſemblent, & s'ils ſont auſſi ſage & auſſi éclairés que nous? &c.*

XXXVII.

Rerum naturalium cauſas (quatenus dari poſſunt) noſſe, eorum, qui iurisprudentiæ ſtudent, * inprimis intereſt: non tantum, vt a falſis miraculis, variisque vulgi

ſuperſtitionibus ** ſibi caueant, ſed & vt varios tam antiquiorum, quam recentiorum errores, *** artificum Alchymiſticorum, † aulicis ſubinde infeſtorum, deceptiones euitare poſſint. Inprimis in definiendis quæſtionibus, quas medico-legales vocant, doctrina de humani corporis ſtructura, ſtatu tum naturali tum præternaturali, iis, quæ præter corpus in homine ſunt, de hominum origine †† omnino carere non poterit ad ſacra Themidis tendens, niſi ipſe cœcutiens alienis ſaltem oculis videre velit, quod tamen ſapiens merito turpe ducit.

* Confer. THOMASIVS *Cautel. circa præcogn. Iuriſpr. c. XIII.* Studium Phyſicum non minus vtile quam iucundum: ſi præſertim ſcite tractetur. Suauitatem certe ſummam habet, per hoc vniuerſum circumferre oculos, luſtrare rerum ortus & cauſas, & naturæ animaduertere ſympathias atque antipathias. Neque vero curioſis tantum & ſpeculationi vacantibus ingeniis talia accommodata eſſe credendum eſt. Sunt quippe in phyſicorum Scriptis problemata & quæſtiones tam amœnæ & ſuaues, vt quemque etiam nobiliſſimum trahere ac tenere genium poſſint. Sed porro ex vniuerſa phyſices tractatione ad ciuile quoque ſtudium luculentiſſimus manare fructus poteſt. Quippe propter admirabilem macrocoſmi & microcoſmi harmoniam, quæ in illo cernuntur, obſeruanturque pulcherrima applicatio-

cation e ad vitam & mores traduci poſſunt. Ex homine ipſo eiusque ſtructura non contemnenda prudentiæ politicæ præcepta elicuere Autores nonnulli veluti CASPARVS DORNAVIVS, ERASMVS ROTERODAMVS, *in parabolis & ſimilibus.* CONRADVS LYCOSTHENES alii. Sed in hac re explicanda prolixus eſt IOACHIMVS PASTORIVS *in Palæſtra nobilium §. XXVI.* Omnium verò vtilitatum quas ex ſtudio phyſico percipere licet, hæc quidem prima exiſtit, maximeque æſtimanda eſt, quod accurata creaturarum contemplatione tanquam duce ad ſalutarem Creatoris Optimi Maximi cognitionem deueniamus. Rom. I. Τὰ γὰρ ἀόρατα Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Cum fructu hunc in finem legi poteſt, LVDOVICI GRANATENSIS *philoſophia Chriſtiana de admirabili opere creationis & quomodo per creaturas ad Creatoris cognitionem perueniatur.* Nec non *Theologie phyſique ou demonſtration de l'exiſtence & des attributs de Dieu par les œuvres de la creation. Par* G. DERHAM *à Londres 1714. 8.* Add. DN. BVDDEVS *Inſt. Theol. moral. P. II. C. III. Sect. I. §. VI. in nota I.*

**Confer. GABRIELIS NAVDEI *apolog. magnor. virorum falſò pro magis habitorum.* De VERGILIO Epiſcopo Salisburgenſi vid. AVENTINI *Annales Boiorum L. III. p. m. 172.*

*** Præter THOMASIVM *l. c.* confer. REIM-

MANNS *Einleitung in die Hiſtor. liter. der Teutſchen L. II. ſect. III. q. 303. ſqq.*

† Vid. NAVDÆANA *p. 70. La pierre philoſophale n' eſt qu' vne pure folie, & vn piege pour attraper les ſots & jamais vn homme d' eſprit n'y ſera trompé apres qu' il aura lu le Dialoque d' Eraſme ſur cette matiere.* add. p. 87. ſqq. vbi de NICOLAO FLAMELO, quem primum adeptum ſed falſo iactitant, agitur.

†† De his ſingulis confer. DN. BVDDEI *Element. Philoſ. theoretic. P. I. C. I. ſqq.*

XXXIIX.

Recte ſit, ſi per ſcalam creaturarum ad creatorem, ab effectibus admirandis ad primam omnium rerum cauſam, DEUM ducimur, atque res diuinas conſideramus. Huc Philoſophorum antiquiorum Metaphyſica tendere debebat. Sed cum Ariſtoteles huic tractationi multa de terminis generaliſſimis præmitteret; hanc potiorem huius Philoſophiæ partem credentes Scholaſtici, nouam ſcientiæ ſpeciem, ſolos ferme generales terminos complexam, hoc nomine inſigniuerunt, quæ tamen Onthologiæ* potius appellationem meretur. Illa ad religionem naturalem atque pnevmaticam a quibusdam, ab aliis ad Phyſicam refertur. Hæc ſtudioſo iuris ideo adhibenda, vt Doctores, quorum ſcripta terminis iſtis Methaphyſicis referta ſunt, rite intelligere, & mentem ſuam recepto in

ſcho-

ſcholis modo, ſiue ſcribendo quid ſiue loquendo conuenienti ordine adæquate explicare poſſit, neque vitilitigatorum ipſam veritatem atque rationem aggredientium, barbaræ ſolum verborum abſtruſorum obſcuritati, ſcholaſticis tenebris innitentium fallaciis, ob elegantiſſimarum ſcilicet! metaphyſicæ latinitatis phraſium ignorantiam, tacendo, aut incongrue reſpondendo aliquam victoriæ ſpeciem concedere cogatur. **

* Confer. Dn. Bvddei *Philoſ. inſtrum. P. IV. C. I.*

** Ad hunc §. confer. *caput XII. Cautel.* Ill. Thomasii. De cætero rectiſſime de ſtudiis metaphyſicis iudicauit Morhof *polyhiſt. Tom. II. L. V. n. 8.* *Si verum fatendum eſt, quædam in illis ſtudiis intemperantia fatigauit Academias; nam, omiſſis ſolidioribus ſtudiis, & quæ a ſenſu magis dependent, multi ad notionalia illa dilabuntur, atque tricas e tricis nectunt inexhauſto labore, quibus tamen abeſt vt iuuentur cætera ſtudia, vt perplexiora potius reddantur. De Ente eiusque affectionibus, perplexæ multæ ſunt quæſtiunculæ, dediſcendæ, ſi ſcires. Quæ omnia ad rem Philoſophicam non multum adiumenti afferunt, nihil ad Matheſin, parum ad phyſica, ad Moralem vero diſciplinam & Theologiam alicuius ſunt vſus, præſertim quoniam nunc huius fundamenta doctrinis iſtis pene ſunt ſuperſtructa.*

XXXIX.

Quæ hactenus de variis diſciplinis, ſtudioſo iuris proficuis dicta ſunt, hoc modo accipienda; vt quilibet, quantum pro virium aliarumque circumſtantiarum ratione poteſt, iisdem incumbat, ad minimum de ſingulis communiora ac vulgatiora addiſcat. Si vero feliciori quis ingenio ſit inſtructus, nec otio aut doctoribus deſtituatur, hic vlterius tendat, totasque diſciplinas κατ' ἐπιτομὴν cognoſcere nitatur. * Sed finem ſemper præ oculis omnes omnino habeant, hic enim vniuerſis ſtudiis menſuram dabit.

* Præter VOSSIVM *de philolog. c. II. §. vlt.* quæ hic tradimus, illuſtrat HEIDERVS *de vulpeculis ſcholaſticis orat. II. p. m. 59.* vbi, poſtquam πολυμαθίαν ſcholaſticorum cum παμφαγίᾳ vulpeculæ comparauit, quæ in contrarium allegari poſſent, proponit ſimul & confutat. Ita infit: *Hic vero duo ſunt, quæ obiici mihi poſſe, videntur. Primum enim inquiunt nonnulli, πολυμαθημοσύνης ἐδὲν κενεώτερον ἄλλο: multa rerum cognitione nihil eſſe vanius: nihil inanius. Et vehementer probant illud Ariſtippi, qui vere doctum putat illum, non qui plurima ſed qui maxime neceſſaria didicerit. Et per quam eſſe multa quæ nec ſcienti proſint nec obſint ignoranti. Verum nugas agunt, hoc quicunque dictitant, & cum laruis temere pugnant.* Παμφαγίαν & παμ-

παμμαϑίαν hanc noſtram non de rebus, quæ exiles, minutæ, futiles & inutiles intellectam volumus, ſed de iis ſaltem, quarum fructuoſa cognitio & homini liberali digna. Arenas metiri, terebrare milium, fluctus numerare, agrum ſterilem colere, ἀκριβείας & λεπτολογίας infrugiferas conſectari velle, & ſtultum & ſuperuacaneum & indignationis plenum eſſe non negamus. Sed excipiunt: ſingulos ſingulas artes & diſciplinas quibus dent operam diligere ſibi debere, quod & in opificiis receptum ſit, & apud exteros fieri conſueuerit, & olim non nemini Philoſophorum probatum fuerit. Neque rem hanc ſua ratione carere cum quod inquit Xenophon L. VIII. pæd: impoſſibile ſit, vnum & multa ſimul & omnia recte facere. Verum hanc conſuetudinem vti multi ſunt qui magni faciunt, ita ingeniorum noſtrorum auiditas, & artium cognatio & horum temporum conſuetudo ferre non videntur. Et virum doctum ſi πένταϑλον & quinquertionem, hoc eſt, rerum omnium peritum eſſe volumus, earum ſaltem diſciplinarum, quibus ſe totum addixit, cognitionem accuratam exigimus. Aliarum ſi σωματοποιίας & ſyſtemata, quæ vocant, animo complectatur ſuo, non eſt, quod magnopere in ipſo deſideremus.

XL.

Præcognitis Iuriſprudentiæ potioribus ita propoſitis, ad ipſam Iuriſprudentiam noſtram accedimus, pro diuerſis eiusdem partibus diuerſa capita conſtituentes. Pri-

mum Iurisprudentiam vniuerſalem, vel doctrinam de Iure Naturæ & gentium reſpiciet, alterum de iure Romano aget, tertium ius Iuſtinianeum complectetur, quartum ad ius Germanicum, quintum ad Iurisprudentiam criminalem, ſextum ad ius Canonicum & Eccleſiaſticum, ſeptimum ad conſuetudines & leges Feudales, octauum ad Iurispublici doctrinam referentur, nonum vero de iure militari & decimum de praxi forenſi tractabunt.

CAPUT I.
DE
JVRISPRUDENTIA VNIVERSALI.

I.

DAri iuris ſcientiam atque prudentiam Vniuerſalem * quæ ex legibus, maximam partem pe petuis, omnibus gentibus ac ciuitatibus communibus, ** actiones hominum iuſtas eſſe vel iniuſtas, demonſtrat, † atq; vt iuſta iuſte agantur, iniuſta vitentur, docet: proinde ſeparatim a Iurisprudentiæ particularis partibus tractandam, reclamantibus licet Scholaſticæ Iurisprudentiæ nimiis amatoribus, maximiin orbe

literato viri vltimis hiſce ſæculis ſatis ſuperque condocuerunt.††

* Præſupponimus hic, dari ius vniuerſale, quod, quia hominibus ex ſola natura innoteſcit, naturale ius appellare conſueuimus. Non tamen defuerunt, qui eiusdem exiſtentiam dubiam reddere conati ſunt. Et quidem in vulgus notum; quod Carneades publice, Cenſorio Catone audiente, apud Romanos docuerit, iura ſibi homines vtilitate ſanxiſſe, varia pro moribus & apud eosdem pro temporibus ſæpe mutata; ius autem naturale nullum eſſe. Omnes enim & homines & alias animantes ad vtilitates ſuas natura ducente ferri; proinde aut nullam eſſe iuſtitiam, aut ſi ſit aliqua, ſummam eſſe ſtultitiam, quoniam ſibi noceat, alienis commodis conſulens. LACTANTIVS *L. V. c. 14. & 16.* QVINTILIANVS *inſtit. orat. L XII. Cap. I.* Conf. DN. M. GOTTLIEB STOLLENS *Hiſtorie der Heydniſchen Morale, §. LXII. p. 77. ſqq.*

Nec quenquam fugit illud impium Poetæ effatum:

Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum.

Eiusdem Commatis eſt tritum illud: *in ſumma fortuna id æquius, quod validius.* In hoc quidem Carneades a vero non plane eſt alienus, quando vtilitates ceu fundamenta legum humanarum adlegat, pro quarum varietate & hæ immutari ſoleant. Nihil quippe adeo ſancte conſtitutum, quod, ſi aliter vtilitas ſuaſerit, non aliquando fuerit ruptum & quidem cum læſione al-

terius cui fidem iuramento firmatam dederamus. *Il eſt & étonnant*, dit le ſçauant Auteur de la preface miſe à la tête du *Recueil des Traitez de paix &c. Tom. I. pag. VI.*, *après auoir lû toutes les précautions*, *qu'on prend pour préuenir les infractions des Traitez, & tous les ſermens qu'on y aioute; qu'il y aît eu des Princes qui ſe ſoient fait ſi peu de ſcrupule de violer les Traitez les plus ſolennels; & qui pis eſt, de former le deſſeins de ne les point tenir, dans le tems même qu'ils les iuroient.* Hanc propoſitionem exemplis comprobat Ferdinandi Catholici, Franciſci I. Galliarum Regis & Ludouici XI. trois Princes qui n'ont pas voulu être eſclaues de leurs paroles ny aſſeruis à leurs ſignatures. Neque illud negandum, dari philautiam ordinatam, quæ, vt propria commoda alienis anteferamus, ſuadet. Inſulſe autem exinde concludit philoſophus, ergo ius naturale nullum. Longe abſurdius ſupponit, iuſtitiam ſibi nocere, & vere tanquam ſtultus colligit eandem eſſe ſummam ſtultitiam. Nec enim ſequitur, hic vel ille populus pro ſola vtilitate fixit & refixit leges, Reges hi, Principes iſti ſecundum illud Euphemi apud THVCYDIDEM *L. VI.* nihil iniuſtum quod vtile agnoſcunt, ergo aliud ius non datur. Plurima quippe aliter ſentientium exempla hanc propoſitionem infringunt. Nonnullis populis latrocinari inter pulcherrima habebatur; apud barbaras gentes Mater filio, natæ Pater, frater ſorori iungebatur, moderni Iapponenſes infantes ex ſe natos crudeliſſime enecant, ipſorum ſacerdotes,

Bon-

Bonzii dicti, ſodomiam non tantum publice exercent, ſed eandem quoque pro aris & focis defendunt, & rem licitam eſſe ſine rubore aſſerunt: aſt quis ſanus hinc argumentatur, ergo aliud naturæ ius nemo inter mortales agnoſcit? Sane populi omnes cultiores reclamant, neminem eſſe lædendum, a latrociniis, furtis, adulteriis, inceſtu præſertim maiore abſtinendum eſſe. Vt adeo dubium non ſit iura naturæ prauis gentium moribus & peruerſa educatione & conſuetudine obliterari poſſe, quæ tamen prauitas non efficiet, vt iura illa, quæ reuera naturæ ſunt, talia non ſint. Confer. IOH. EICHELII *Liber vnus, de iure, quo naturaliter liberi & parentes ſibi inuicem ſunt obſtricti. &c.* §. *I. ſqq.* Quanta bona homini afferat iuſtitiæ cuſtodia, ſocialitas, mutua beneuolentia, quotidiana experientia quemlibet, cui ſenſus ille communis ineſt, condocere poterit. Sed nec noſtra hæc ætas ſciolis indiget, qui ſanctiſſimam hanc diuinæ imaginis particulam humano generi omnino negatum eunt, cauſantes, poſt lapſum protoplaſtorum vniuerſam naturam ita corruptam eſſe, vt nihil quicquam boni vel recti cognoſcere, nedum perficere queamus, naturalem hominem ad omne bonum opus ineptum eſſe, Doctores iuris naturalis ſapientiam ſeculi tradere, ab omnis pietatis & virtutum Chriſtianarum ſemita iuuentutem academicam in deuia & errores trahere. Sed ad hæc nihil repono, niſi vnicum illud, quod Θεόπνευστος Gentium Doctor, PAVLVS *Rom. II. 15.* diſerte teſtatur, ineſſe

etiam

etiam gentilium cordibꝰ certisſimam regulam, ad quam iſti ab omni reuelatione quam remotisſimi ſuas actiones exigere & ſemet ipſos vel accuſare vel defendere queunt, & ipſi ſibi lex ſunt. Hic enim ſatis diſtincte reuelatio & naturæ lex ſiue ius naturale ſibi inuicem opponuntur tanquam res exiſtentiæ diuerſæ. Nec ad rem facit, quod ſub hac iuris naturalis mentita ſpecie, impia ſubinde atque monſtroſa dogmata venditentur, ſacrarum literarum auctoritati & efficaciæ haud parum detrahatur, & iuuentus ab earundem ſtudio vel plane auocetur, aut ſaltim peruerſis opinionibus vero Chriſtianismo contrariis imbuatur. Peſtiferum namque hoc ſcelus & ſanctisſimæ rei deteſtabilis abuſus ad orcum remittendus hic eſt, qui tamen verum vſum & rei exiſtentiam non tollit. Neque tandem exinde, quod lumen naturale ad æternam animæ ſalutem non ſufficiens ſit, idem non dari, conficere poteris. Vid. Autor ſcripti cui tit. *Licht vnd Recht Cap. II. §. 8. ſqq.*

** ARISTOTELES *Rhetor. L. I. c. 13.* SOPHOCLIS grauisſimi Athenienſium Poetæ dictum de naturalis iuſti origine allegat:

Οὐ γὰρ τι νῦν τε καὶ χθὲς, ἀλλ’ ἀεί ποτε
Ζῇ τοῦτο κ’ οὐδεὶς οἶδεν, ἐξ ὅτου φάνη.

Non etenim id nunc & heri ſed ſemper fuit,
Et nemo ſcit unde eius ortus ſit.

Et quidem pro ſua ὑποθέσει de hominum genere nunquam cœpto, vid. GROTIVS *de veritate*

ritate religionis Chriſtianæ L. I. §. VII. p. m. 17. ſqq. ipſe Ariſtoteles de Autore legum naturalium, qualem non agnoſcebat, aliter pronunciare non potuit. Longe rectius CICERO *de LL. L. II. Hanc video ſapientiſſimorum hominum fuiſſe ſententiam; Legem neque hominum ingeniis excogitatam, neque ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret, imperandi prohibendique ſapientia.* Idem. *Non erat alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac. Sed & omnes gentes & omni tempore vna lex & ſempiterna & immutabilis continebit*, unusque erit communis quaſi Magiſter & Imperator omnium DEUS. Sane ratio humana hoc facile indagare poteſt, quod, quemadmodum res creatæ omnes, ſic etiam homo, omnium creaturarum Princeps, a DEO tanquam cauſa prima efficienter, quod dicunt, dependeat, conſeruetur nec niſi eiusdem ſola cooperatione eſſe & agere poſſit: ſic ab ommnimoda iſta hominum a diuino Numine dependentia eique annexis, tot tantisque beneficiis ius DEI in homines deſcendat. Quamuis enim MOSES AMYRALDVS *Salmurienſis Profeſſor Diſſert. Theol. de iure DEI in creat.* putat, non eam eſſe beneficiorum vim, vt conferenti ius in accipientem largiantur: quemadmodum liberi quæcunque etiam beneficia in parentes conferant, nunquam tamen poteſtatis vel tantillam particulam in eos acquirant, neque ſubditorum tanta ſint vel eſſe poſſint in Regem

bene-

beneficia, quibus Reges ſibi ſuos obſtringere valeant. Attamen de diuinis beneficiis hæc prædicari nullo modo poſſunt. Neque vero beneficia quæ quis alias ſolet conferre in alterum ſemper talem rationem dependentiæ inuoluunt, vt is qui beneficium accepit, eſſe non poſſit, ſi ad momentum beneficentiam benefactor ille ſuſpendat. At creaturæ & ſpeciatim homines ita a beneficio creationis, conſeruationis & concurſus diuini dependent, vt ſi DEUS influxum ſuum quo ipſis communicat eſſe, ſubtraheret, confeſtim in nihilum omnes redigerentur. Confer. Diſſertat. *de iure Dei in Homines* quam ſub vmbone beati ſoceri DN. GEORGII GOEZII tum quidem Moral. Profeſſoris in hac ſalana ordinarii propoſuit ANDREAS RITNERVS Anno M. DC. LXVII. §. V. ſqq. Vnde & alterum hoc recta ratione pateſcit, DEVM, pro ſumma & illimitata ſua in humanum genus poteſtate, eidem certas leges, ſine quibus mortalium ſocietas conſiſtere non poſſet, propoſuiſſe, quæ hos in officio continerent, & vel pœnam, ſi legibus ſtare detrectauiſſent, vel præmia, ſi morem geſſiſſent iis denunciarent. Nec enim aliter DEUS homines, tanquam creaturas rationales libero arbitrio præditas, regere potuit, quam certis legibus quibus vltro parerent. Vnde rectiſſime LAMBERTVS a VELTHVYSEN *Tract. de iuſtit. diuina & hum. p. 82. Non quærendum quid DEVS ſibi propoſuerit cum legem homini tulit? aut quomodo crudelitatis notam effugere poſſit, quod legem*

gem dederit , in quam ſi quis ſemel peccat reus conſtituitur mortis - Hæc enim naturali neceſſitate ſequuntur conſtitutionem naturæ humanæ.

† Equidem communis olim opinio fuit, in mathematicis tantum certitudinis demonſtrationem locum habere, quia æqualitatis aut exceſſus illorum comparatio quoties inſtituitur, in numerorum modis minutiſſimum quodque diſcrimen perſpicuum eſt & manifeſtum : Et licet in extenſione minutiſſimus quilibet exceſſus non clare adeo cernitur ; a mente tamen rationes ſunt inventæ, quibus angulorum duorum, extenſionum aut figurarum æqualitas demonſtratur , atque ambo hæc numeri nempe & figuræ per certas ſtabilesque notas deſignari poſſunt : hæc vero cum diſciplinis moralibus deſint, quæ circa easdem cognoſcuntur, probabili duntaxat opinione conſtare. Sed hanc doctrinam ex idoneæ methodi & applicationis animi in nobis, non euidentiæ defectu in rebus ipſis ortam eſſe, acutiſſimi recentioris ætatis philoſophi cenſuerunt, & perſpicuis argumentis comprobarunt. vid. Celeberrimus IOHANNES LOCKIVS *de intellectu humano L. IV. C. II. §. 9. 10. c. III. §. 19. ſqq. inprimis L. III. C. XI. §. 16. 17.* Ex profeſſo de hac re tractat L.B. SAMVEL de PVFENDORF *de Iure naturæ & gentium L. I. Cap. II.*

†† Vid. *Collegii Gelliani cenſura programmatis Argentor. 1663. editi, vel vindiciæ pro ſtudiis ciuilibus, veraque iurisprudentia.* add. IOANNIS

NIS GEORGII KVLPISII *Colleg. Grotian. Exerc. I.* §. *1. 2.* & quos ibidem in notis laudat.

II.

Nam quæ hic traduntur naturæ iura non ſolum norma ſunt atque regula eorum, quæ inter ſummas poteſtates * & gentes nullo nexu ſibi obligatas geruntur, ſed fontes etiam exiſtunt omnium reliquorum iurium particularium, ** quocunque nomine veniant, ad quorum comprehenſionem ſolidiorem vtilis non modo, ſed etiam neceſſaria eſt illius cognitio.

Ad hunc & præcedentem Paragraphum conferſis H. GROTII *ad libros de Iure Belli & pacis prolegomena* vbi ſimul de ſubſidiis huius doctrinæ eruditam commentationem inuenies. Hoc loco ex §. *II. ibid.* adſcribi hæc merentur: *Vere enim Cicero præſtabilem hanc dixit ſcientiam in fœderibus, pactionibus conditionibus populorum, Regum exterarumque nationum, in omni denique belli iure & pacis.* Quibus gemina ſunt quæ B. auunculus VLRICVS OBRECHTVS *de vſu iuris ciuilis in decidendis controuerſiis publicis.* Oratione academica in volumine Academicorum ab excellentisſimo IOHANNE CASPARO KHVNIO præceptore quondam noſtro & Patrono colendo editorum III. p. 511. commentatus eſt: *At cum inter æquales contentio, & inter ſupremos rerum negotiorumque arbitros bellum exortum eſt; quisque ſibi Cæſar, quisque ſibi iudex, & in tuendo aſſerendoque iure ſuo quisque*

que

que ſibi ſatis ſapiens eſt. *Non exiſtimo equidem, vel de antiquæ barbariei ruditate, vel de nouitiæ adulationis impudentia tantum erroris hodie ſupereſſe, vt Iuri Naturali ſuus in definiendis Regum ac Principum controuerſiis locus incertus reddatur. Procedit enim illius auctoritas ab eo Legislatore, qui omnium Legislatorum Legislator, omnium Regum Princeps, omnium iurium moderator, omnis iuſtitiæ fons, omnium contentionum iudex, omnium bellorum ſupremus arbiter eſt.*

** Hinc B. ZIEGLERVS ad GROTIVM *de J. B. & P. in præfat. ad lectorem* ſcribit: *Vtique enim ex tali ſtudiorum genere plus accedere Iuriſprudentiæ certus ſum, quam ex tetrica & ſpinoſiore atque anxia legum Romanarum contemplatione nihil interdum ad ornandum iuuandumque vſum vitæ pertinente. Nec ſoleo ego in ſcholis meis vel Vlpiano vel Papiniano vel ipſi denique Iuſtiniano tam cæco aſſenſu blandiri, vt non identidem ad naturalia recurrere principia & veras iuris & iuſtitiæ cauſas eruere mihi integrum reſeruem.* Et mox. *Quo circa ille demum veram non ſimulatam philoſophiam affectare mihi videtur, qui ciuile ius ad altiora & ſuperiora principia reuocat & in illis verum iuſti & æqui fundamentum inquirit.* Hæc ipſa ſuo calculo comprobat illuſtris THOMASIVS *in Diſſertatione proœmiali Inſtitutionibus Iuriſprudentiæ diuinæ præmiſſa. §. 14. ſqq.* Add. D. BERNHARD

Klepperbein *vernünfftige Einigkeit des natürlichen vnd Bürgerlichen Rechts in Proceſſen.*

III.

Sed cum tantus hodie ſit illorum numerus, qui doctrinæ huius fundamenta proponere annisi ſunt, inter hos vero ſubinde inueniantur, qui haud leues errores errant, atque impiis nec non rectæ rationi aduerſis principiis * lectoris incauti animum in deuia abripiunt, aut inutilibus moraliſtarum ambagibus, atque tricis nil faciunt aliud, niſi vt diſcentibus remoras proficiendi ferme inſuperabiles obiiciant. ** Quapropter initio ſtatim huius ſtudii de genuinis fontibus quibus hæc iurisprudentia innititur, & vnde optato quidem cum ſucceſſu eiusdem ſolida fundamenta hauriri poſſunt, debemus eſſe ſoliciti.

* De Grotii erroribus theologicis, quos operi ſuo de I. B. & P. inſperſit, notæ ſunt eruditorum querelæ Boeglervs *Præfat. Com. ad Grotium p. 29. Laudo & admiror Grotium,* inquit: *ſed Theologiam eius deploro, vel cum interpretatur ſcripturas vel cum de interpretibus ſententiam dicit. Non magis feliciter ei ſucceſſit affectata Theologicæ eruditionis laurea quam Salmaſio ſuſcepta cum ICtis diſceptatio. Non quin vterque multa præclara ad locos ſcripturæ & iuris ciuilis attulerit. Sed quod Theologiam & Iuriſprudentiæ formam ſuis membris aptam, ſuis articulis confectam, ſuo naturali con-*

textu

textu perfectam neuter animo comprehenderit. Nec leuis error eſt, quod Grotius fundamentum Imperii diuini in præſtantia & ἐξοχῇ naturæ collocauerit. THOMÆ HOBBESII Angli paradoxa & profana nonnulla principia detexit ſimul & refutauit RICHARDVS CVMBERLAND *Diſquiſitione philoſophica* de Legibus naturæ. vid. & D. BVDDEVS *Inſtit. Theolog. Moral. P. II. cap. I. §. VII. nota* **

** Imo, quod peius eſt, in turpia quæuis aliquando pelliciant, quorſum refero lepidum illud quorundam ex iſta claſſe commentum de methodo dirigendi intentionem, qua ſe efficere poſſe putant, vt actio, quantumuis turpis aut fœda, per intentionem bona fiat: quos merito exagitat LVDOVICVS MONTALTIVS *in epiſt. provinc. epiſt. VII. p. 283 ſqq.* adlegante DN. BVDDEO l. c. *§.* XXXV. *in notis.* Idem iudicium eſto de probabilismo Ieſuitarum & moraliſtarum quorundam recentiorum ex pontificiis, de quo idem l. c. §. XXV. De ſcholaſticis, qui argumentum de iuſtitia & iure vberrimis commentariis exſecuti ſunt, velut LEONH. LESSIO, LVDOV. MOLINA DOMINICO SOTO aliisque notent Tyrones iudicium MORHOFI *Polyhiſt. Tom. III. L. IV. Sect. I. n. 1.* multa in iis pertractari quæ ſunt fori Theologici, aut quæ ſunt ad oſtentandum ingenium, ſubtilius potius excogitata; quam vt vſum aliquem in vita & doctrina ciuili habeant.

IV.

Inſignem ergo præſtabit vſum huius iu-

ris Hiſtoria. * Inde enim non tantum diuerſa diuerſorum doctorum fundamenta, quibus ſyſtemata ſua inædificarunt, & quid commodi vel incommodi ex iisdem ſperandum ſit, cognoſcimus: ſed etiam genuinam faciem, qua huius doctrinæ placita inde a primo rerum ortu, quouis æuo comparuerunt, aſpicimus. Hoc facto, inprimis ſi Hiſtoria controuerſiarum ſuper variis huius iuris capitibus motarum, vtriusque cauſæ meritis expoſitis, adiiciatur, facile iudicare licet, quos ex antiquioribus recentioribusque ſcriptoribus duces cum fructu, & tuto ſequi poſſimus. Hoc in omni ſtudiorum genere palmarium eſt.

* In hac autem adornanda iam plurimi viri eruditi deſudarunt, veluti, vt paucos nominem: IOH. GROENINGIVS *ICtus in Bibliotheca Iuris gentium Europaea, ſeu Iuris naturæ & gentium principiis iuxta doctrinam Europaeorum libris III. vtriusque iuris incunabula & vſum apud quosuis Europæ populos; ſcriptores & ſectas, veterum & recentiorum philoſophiam: Communes vulgi errores: Dogmatum præcipuorum fontes & ſucceſſiones vt & philoſophemata rectiora exhibentibus.* Cui bono hoc ſuum opus exarauerit, ipſe diſcurſu præliminari indicat. Nempe, vt ſi quis ſcire aueat; vnde varia, quæ nunc recepta ſunt dogmata originem ducant, hic fontes inveniat, deinde vt ſciatur, quid recte vel minus ſenſerit antiquitas, quid recentior ætas; quidnam

nam omni tempore bene vel male dictum vel ſtatuminatum, quænam communes atque erroneæ vulgi opiniones receptæ introductæ atque ad alios propagatæ. Atque ſic tandem inſtituto examine, atque collatis inuicem ſententiis aliorum veriora & potiora eligi queant. Hunc in finem, quid laudis antiquiorum philoſophorum opera vel vituperii in hoc ſtudiorum genere meruerint ipſis rerum argumentis auctor comprobat. Ex hoc autem maxime capite, mihi hic videtur laudandus, quod ipſa ſcriptorum recentiorum ſyſtemata ſuccincte hac ratione proponat, vt tyro vnico quaſi obtutu iſtorum œconomiam & ſcribendi occaſionem addiſcere poſſit, tum vero quod præcipua doctorum deſiderata & errores in doctrina iuris naturæ & gentium ſub finem adleget, horum enim cognitio, quanta commoda ſtudio noſtro creet, neminem eiusdem probe gnarum fugit. Huius hiſtoriæ, neruum breui, ſed eruditiſſimis obſeruationibus referta, commentatione complexus etiam eſt celeberrimus BVDDEVS, hanc prius PHILIPPI REINHARDI VITRIARII *inſtitutionibus iuris naturæ & gentium*, cum Halæ recuderentur, comitem dederat, poſthæc vero 1704. eandem auctiorem & ad hanc ætatem vsque continuatam ſelectis Iuris naturæ & gentium principe loco inſeruit. Huc referenda conſultiſſimi IOAN. FRID. LVDOVICI *delineatio hiſtoriæ iuris diuini naturalis & poſitiui vniverſalis.* Idem egerunt & alii velut IMMANVEL PROELEVS, FRID. GENTZKEN de quibus confer.

 IA-

IACOB FRIDERICH REIMMANN *im Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam literariam derer Teutſchen.* p. vlt. c. vlt. Gallicam IOH. BARBEYRACI præfationem PVFENDORFIO *de I. N. & G.* præmiſſam hoc argumentum ſcite explicantem, capite priori iam laudauimus.

V.

Ius autem Naturæ cum ipſo genere humano natum eſſe, Gentilium Philoſophi iam olim ſtatuerunt, † quamuis veram rei originem penetrare nunquam potuerint, imo idololatrica deliria †† atque etiam abſurda plerumque promulgarint, diuinæ reuelationis luce deſtituti. Hæc ſola quippe condocet omnipotentem vniuerſi huius Creatorem, ad ſui imaginem, iuſtitiæ ſanctitatisque pleniſſimam cognitionem recteque agendi voluntatem, in ipſa prima creatione homini indidiſſe. ††† Iſta vero poſt turpiſſimam humani generis ſeceſſionem, maximam partem in deterius eſſe mutata, eædem ſacræ literæ teſtantur. †††† Hinc propriæ dictata rationis, quæ corrupta eſt, minus tuto nunc ſequimur. Nam capite ſuperiori §. XX. iam oſtendimus ſcopulos nonnullos, ad quos Gentilium ſapientiſſimi alliſerunt, interim omnes vno fatentur ore, dictata rationis ſuæ iſtos curæ habuiſſe cordique, vnde patet, quod vires naturales, qualescunque etiam ſint, ab errore neminem mortalium immunem

præ-

præſtare poſſint. Adde quod, quamuis quoad generalia dictata rectæ rationis omnes facile conſentiunt, attamen, ſi principiata & concluſiones exinde deductas accuratius examinauerimus, diſſonantes easdem, contrarias ſibi inuicem & ſubinde falſiſſimas inueniemus. Vnde patet nihil hoc loco ſine exacta diiudicatione eſſe admittendum, ſed ad quam normam hæc inſtitui certiſſime poſſit, nunc dicam § ſequenti.

† Teſtem aduocare lubet CICERONEM de LL. II. *Nec ſi regnante Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam ſextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta a rerum natura & ad recte faciendum impellens, & a delicto auocans, quæ non tum denique incipit lex eſſe, cum ſcripta eſt, ſed cum orta eſt. Orta autem eſt ſimul cum mente diuina. Quamobrem lex vera atque Princeps apta ad iubendum & ad vetandum ratio eſt recta ſummi Iouis.*

†† Secundum illud *ſapientiæ XIII. 1. Vani autem ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum qui eſt, neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex. Sed aut ignem aut ſpiritum aut citatum aërem, aut gyrum ſtellarum, avt nimiam aquam, aut ſolem aut Lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt,*

††† *Geneſ. I. 26. ſqq.* Hinc autem prima & genuina iuris naturæ deriuanda eſt origo. *GOtt hatte den Menſchen nach ſeinem Bilde erſchaffen und ihm ſein Gœttliches Licht in der Seelen gegeben, worinnen er alles erkennen konte was dem Willen GOttes gemæß war. In dieſem Gœttlichen Lichte erkannte der Menſch was recht vnd gut iſt. Vnd dieſes war alſo das Recht der Natur in dem Stande der Vnſchuld. Nemlich was der Menſch in ſeiner vnſchuldigen Natur in dem ihm mitgetheilten Gœttlichen Licht erkannte.* Rectiſſime ſcriptum eſt *in der erſten Entdeckung des Lichts vnd Rechts C. II. §. 5.*

†††† Et quotidiana experientia loquitur. Namque rectitudinis, in creatione per modum naturæ nobis inditæ: & exinde poſteris naturaliter infundendæ, vt iuſti homines non fierent ſed naſcerentur; priuati, omnes iuſtitiæ expertes naſcimur, atque hoc vitium in liberos transmittimus. Senſus noſtri ſæpius iam fallunt, acumen intellectus multum remiſit, voluntas tota ad malum inclinat, quoniam affectus exorbitantes frequentiſſime hominem extra ſe rapiunt & animum aduerſus ipſam legem naturalem diſponunt, vt falſa pro veris venditet. Hunc opum vel honorum ſpes agit in tranſuerſum, illum fateri errorem pudet, alium ſimultas abripit & ſæpe vbi maxime huiusmodi vitia dominantur, ibi maxime veritatis & iuſtitiæ ſtudium prætexitur. Exempla habes in erudita IOH. GVILIELMI BAIERI *Diſſertatione hiſtorico-Theologica de*

ambitione hæreſium cauſa. Scio meliora proboque deteriora ſequor. Nitimur in vetitum ſemper cupimusque negata. Gentilium de cordis humani peruerſitate teſtimonia ſunt. Vt plura alia taceamus.

VI.

Sed cum ſupremi numinis iuſſus omnium legum naturalium ſit fundamentum, * in Decalogo vero ipſe Deus ſuæ agnitionis & voluntatis certiſſimus teſtis loquatur, ** eaque breuitate, perſpicuitate & ſimplicitate vniuerſi iuris diuini & humani capita commonſtr et, ***, vt nemo non intelligat vitæ regulam tam in agnitione DEI & eius voluntatis, quam in gubernatione morum actionumque ſocietatis humanæ conſeruandæ ibidem præſcribi, ſimulque omnium virtutum atque legum fontes aperiri: ad hanc velut Cynoſuram, aliasque diuinas leges, quatenus in ſacris literis Veteris & Noui Teſtamenti leguntur, atque ad iſtius illuſtrationem faciunt, tota de naturali iure aliisque legibus tractatio dirigi, quicquid iisdem contrariatur, reprobari debet. **** Hac ſola ratione ab impiis, quos hoc loco haud raro offendimus, erroribus, tyrones ſibi quam certiſſime cavebunt, & tandem diuini humanique iuris veri conſulti euadere poterunt. †

* *Ein iedes Recht zeiget vns an den Willen des Geſetzgebers; Denn darum werden die Ge-*

ſetze

ſetze vnd Rechte gegeben, daß die Vnterthanen den Willen des Geſetzgebers, vnd was Er von ihnen will gethan haben wiſſen kœnnen. Nun iſt ſchon angeführt vnd ſind alle darinn einig, daß GOtt ſelbſt das Geſetz de Natur gegeben hat, vnd deſſen Vrheber iſt. So iſt dann das Recht der Natur nichts anders als was der Menſch von Natur von dem Willen GOttes erkennet. Optime ſcriptum eſt *im Licht vnd Rechte l. c. §. 7.*

** Nam cæcitati & malitiæ hominum, de qua §. priori dictum: quo mederetur & efficacius contumaces obligaret, DEVS Ter Optimus Maximus, eam ipſam naturæ legem inſcriptam quidem humanis mentibus, ſed apud pleraſque peccandi conſuetudine obrutam ſolennius in monte Sinai præſcripſit. Eſtque ad hunc modum repetita naturæ lex ea, quæ mutato paulullum nomine moralis alias dicitur, comprehendens Decalogi præcepta (tertio, quod, quantum ad Sabbathi ſanctificationem, poſitiui iuris eſt, excepto) tum cætera illa quæ paſſim in libris Moſaicis ad Decalogi explicationem videntur pertinere, nec facta tamen propter nouam illam promulgationem poſitiua eſt, ſed eſt manſitque ipſa illa naturalis & cordibus humanis inſcripta lex, repetita tantum, & firmiori (vt videtur) ſolenniori certe ſanctione ſtabilita. Ad hunc ferme modum etiam celeberrimus quondam HERMANNVS CONRINGIVS alicubi locutus eſt.

*** Ex inſtituto hoc ſibi probandum ſumſit CONRADVS HERESBACHIVS, dum *Chriſtiana Iu-*

Iuriſprudentiæ epitomen Neoſtadii in Palatinatu 1586. ederet. Ibidem p. 2. appoſite ad hunc locum theſeos inquit: *Omne quod fas eſt, nomine diuinæ & humanæ legis accipitur: nomine vero legis humanæ mores iure conſcripti & traditi intelliguntur. Leges poſitiuæ ciuiles quæ ad conſeruationem vitæ & tranquillitatis in republica conſtituuntur, atque hæ etiam ſuam habent originem e legibus naturalibus diciq; poſſunt diuinæ, ſi ſecundam rectam rationem & ad communem vtilitatem conſtituantur, vt boni & obſequentes laudem conſequentur, mali pœnarum metu coërceantur. Magiſtratus enim & omnis poteſtas a DEO eſt & miniſter DEI, vltor ad iram ei, qui, quod malum eſt, fecerit Rom. XIII. Porro Legum omnium epitome eſt Decalogus, vniuerſum ius diuinum & humanum inexhauſtamque DEI ſapientiam complectens, vnde placet hæc Decalogi præcepta Edicta perpetua appellare, quod Prætorum Edicta eſſent temporaria. Dei autem æterni Prætoris Edicta ad omnium temporum iurisdictionem pertinere & perpetua eſſe & immutabilia.* Habemus etiam *Fragmenta quædam Papiani, Pauli, Vlpiani, Gaii, Modeſtini, aliorumque veterum iuris auctorum ex integris ipſorum libris ante Juſtiniani Imperatoris tempora collecta, & cum Moyſis legibus collata, in lucem edita ex Bibliotheca* PETRI PITHOEI *cuius etiam notæ adiectæ ſunt. Lutetiis 1573.*

**** Conſentit illuſtris THOMASIVS *Diſſert. de Fide iuridica C. I.* §. *20.* inquiens: *Ea philoſophia demum vera eſt, quæ ſacræ ſcripturæ conve-*

venit, aut certe non repugnat. Nec non D. KLEPPERBEIN *in der vernünfftigen Einigkeit des natürlichen vnd Bürgerlichen Rechts in Proceſſen. p. 8. n. 10.* *Wobey die Chriſten weit glückſeliger zu achten als andere Vœlcker, in dem die Chriſten den Gœttlichen Willen auch aus dem geoffenbahrten Wort GOttes gantz deutlich ſehen, vnd wenn ihre Vernunfft demſelben widerſpricht, leicht ſchlieſſen kœnnen, daß es alſo dann die vngeſunde, nicht aber die geſunde Vernunfft ſey.* Idem vult DN. BARBEYRAC dans ſon *Traité du Jeu Tom. I. L. I. C. III. §. 3. p. m. 40.* *Dieu nous a donné vne raiſon pour diſcerner les cas où ce qui eſt ailleurs très innocent peut deuenir illicite; auſſi bien que pour connoître ſi vne choſe eſt mauuaiſe en elle même. Les Paiens, aidez des ſeules lumierés de la nature ſont allez bien loin dans cette recherche, que ne deuons nous pas être en état de faire auec le ſecours des lumieres infiniment plus diſtinctes, plus ſûres, plus étendues, d'vne double Réuélation de la Loi & de L'Euangile? Reüniſſons tout cela & en nous ſeruant des derniéres comme d'vne pierre de touche, ne negligeons point les autres.*

† At dicet pragmaticus aliquis iunior ex Iuriſconſulto Theologum facis, ac ſacris literis ius ciuile alligare contendis. Iureconſulti partes ſunt praxi forenſi, declamandi, agendi, reſpondendique facultate inſtructum eſſe: Præceptorum Decalogi & ſacrarum rerum explicatio ad Theologos pertinet. Hic ego viciſſim hunc ca-

cauillatorem lubens rogauero, ſi reſpondendum de fide, de Hæreticis, de diſcrimine ciuilis & eccleſiaſticæ poteſtatis, de iurisdictione, excommunicatione, matrimonii perplexitatibus, de divortiis & ſimilibus controuerſiis, quæ crebro in Republ. & Principum deliberationibus occurrunt, iudicandum ſit, an alicunde harum rerum explicationem & iudicium certius quam e ſacris literis petet? quæ ſunt a Deo conſignatæ tabulæ, quarum oraculis definiantur huius generis controuerſiæ. Mihi certe propius Iurisprudentiæ vim & profeſſionem inſpexiſſe, exactiusque de genuina iuris ſcientia, quam vulgus Iurisperitorum iudicaſſe videntur qui Iurisprudentiam divinarum humanarumque rerum notitiam, iuſti & iniuſti ſcientiam definiuerunt. Ita maxime, quæ ſub finem noſtri §. diximus, quoque confirmat, laudatus HERESBACHIVS *l. c. in præfatione*.

VII.

Hoc ipſo tamen ſolius rationis vſum, doctrinamque iuris naturalis eidem innixam nequaquam reiicimus, quin potius pro vtili atque neceſſaria eandem reputemus. Quemadmodum enim nihil vnquam veris rationis recte dictatis contradictorium a DEO reuelari * poteſt, ita ex conſenſu rationis atque ſcripturarum maxime validum Chriſtianæ fidei firmamentum accedit. ** Adde, quod aduerſus infideles, qui ſacrarum literarum auctoritate non mo-

mouentur, hac ſola ratione optato cum ſucceſſu diſputare queamus. ***

Confer. CUMBERLAND *de legibus Natur. in proleg.* §. *XXVII.* Idem GERARDUS IOANNES VOSSIUS *in Hiſtoria de controuerſiis quas Pelagius eiusque reliquiæ mouerunt, epiſtola ad lectorem* docet: *Sed tamen cum & maius ſcripturæ & minus recta rationis lumen pugnare inter ſe non poſſint: ratio quidem præcedere fidem non debet, ſed vtiliter tamen ſubſeruit.*

** BARBEYRAC *in præfat. ad* PUFENDORF *de I. N. & G. §. XXXII, p. 125. Il eſt certain, que la conformité de la Morale chrétienne auec les lumiéres les plus pures du Bon-ſens, eſt vne des preuves les plus conuaincantes de la diuinité du Chriſtianiſme. &c.* Imo Saluatorem ipſum cum Apoſtolis huic fundamento diuinas doctrinas inædificare ſolitos fuiſſe conſtat. Nec facilius animis auribusque tenerrimæ iuuentutis veræ religionis principia inſtillare poſſumus, quam ſi ad illius captum ſingula attemperemus, operæ pretium fuerit penitius conſideraſſe, quæ prudenter in rem hanc commentatus eſt. D. IACQUES BERNARD *de l'Excellence de la Religion Tom. I. L. II. Chap. I. On ne ſauroit mieux réuſſir dans l'Education des enfans, qu' en étudiant les foibles lumiéres, & les petites connoiſſances qu' ils peuuent auoir, pour s'enſeruir comme d'autant de principes, afin de les mener plus loin, & de les éleuer ainſi par degrez iusques aux connoiſſances plus ſublimes & les plus neceſſai-*

ceſſaires. vid. quæ ibidem ſequuntur per totum caput.

*** Adſtipulatur THOMAS *L. IV. contra gentes cap. I. Probanda eſt*, inquiens, *hæc Theologia autoritate ſacræ Scripturæ non ratione naturali: ſed tamen oſtendendum eſt, quod rationi naturali non ſit oppoſita, vt ab impugnatione infidelium defendatur.*

VIII.

Iuuat ergo rationis ſibi relictæ dictata, qualia cuilibet homini ſanæ mentis ſenſus communis ſuppeditat, probe expendere. Deinde & ipſe vſus rerum & quotidiana experimenta poterunt docere, quid ſit verius, quid melius. Hinc antiquiſſimarum gentium, reuelatione deſtitutarum, mores atque placita conſideranda veniunt. * Huc ſpectant tam Barbarorum, quam Græcorum & Romanorum de officiis hominum præceptiones, diuerſimode vel in proſa vel ligato ſermone aut in fabulis propoſitæ, Philoſophorum monita, aut ſparſim occurrentia, aut coniunctim quaſi ſyſtematice propoſita. ** Ex iſtis ſaniora ſaltim, quæ recta ratio dictitauit, repetenda ſunt, reiectis exorbitantium affectuum progenie, variis erroribus. *** Sic enim feliciter fontibus hiſce vſos fuiſſe deprehendimus nobiliſſimos vniuerſalis Iurisprudentiæ, primos reſtauratores, Grotium, Puſendorfium

um, aliosque Doctores, qui veſtigia eorum premere nauarunt operam.

* D. Barbeyrac *in præfat. ad Pufendorſium de I. N. & G.* §. *I. ſqq.* Add. D. Bvddei *hiſt. Iur. nat.* ab initio vsque ad §. VIII. Groeningii *Bibliotheca iuris gentium Europæa.* L. I. & II.

** Omnino hic conferendus Ioh. Nicol. Hertivs *de Iuriſprudent. vniuerſali ſect. I. §. XXXVIII. ſqq.* quæ eſt *diſſertat. I. Tom. I. Comment. & opuſc.*

*** Vide, ſi placet, quæ capite prælimin. §. XIX. diximus.

IX.

Quemadmodum poſt natiuitatem Saluatoris vniuerſum orbem nouus ſplendor illuxit, ita naturali quoque iuri priſtina puritas fuit reſtituta. * Namque non ſolum ipſe Saluator, ad rationis dictata prouocauit, ſed & poſt eum viri diuino afflatu perculſi non virtutes modo Chriſtianis proprias, verum illas etiam, quæ omnibus hominibus communes ſunt, illuſtrarunt commendaruntque. **

* Dn. Bvddevs L. C. §. VIII.

** Confer. Barbeyrac l. c. §. VIII.

X.

Hinc ſecuti primitiuæ eccleſiæ Doctores, iuris huius quæſtiones plurimas acri ingenio & ſingulari iudicio expediuerunt. * Adeo vt ipſe Grotius ad iſtorum auctoritatem ſæpius prouocare, eoſdemque inter

ter fontes iuris naturalis **commendare non dubitarit.

* Pluribus hoc ipſum euincit vir ſumme reverendus DN. MICHAEL FÖRTSCHIVS peculiari *Diſſert. de Philoſophia morali & Iuriſprudentia naturali Chriſtiana veterum eccleſiæ Doctorum. ſubiuncta Ambroſio de officiis, ab illo edito, in qua iuriſprudentiam naturalem Clementis Alexandrini, Gregorii Nyſſeni, Lactantii & Auguſtini exhibet.*

** Confer. D. BVDDEI *Hiſtor. Iur. Natur. §. IX.*

XI.

Hic tamen obſeruet Tyro, quod ſupra ex parte iam monuimus; hos ipſos patres, quod doctrinam Chriſtianam cum naturali iure confunderent, Philoſophiæ Gentilium plus iuſto concederent, recte ratiocinandi regulas bonam partem ignorarent, myſticæ Theologiæ vbique fere locum dantes, non potuiſſe non ſuis ſcriptis varios errores inſpergere. * Veluti de Clemente Alexandrino notum eſt, eundem apatheiam aliaque Stoicorum placita dictis ſuis inſeruiſſe. Tertullianus iudicis humani officium Chriſtianæ religioni contrarium eſſe reputauit, huc & illud Lactantii ſpectat: neque vero accuſare quenquam crimine capitali iuſto licebit. Ambroſius moderamen inculpatæ tutelæ omnino reiecit. Hieronymus ſecundas nuptias damnavit.

Alii in alia iuris Naturalis capita impegerunt, quemadmodum eruditis dudum obſeruatum eſt.

* De quibus confer, præter DALEVM *de vſu patrum* BARBEYRAC *l. c. inde a* §. *IX. ſqq.*

XII.

Sequiori æuo Scholaſtica Philoſophia ex Ariſtotele perperam intellecto, ſacra Scriptura, iure ciuili & canonico confuſuſum quid efficiens, recentiores quoque moraliſtas in grauiſſimos de probabilismo & methodo dirigendæ intentionis errores induxit. * Sed iisdem quoque næuis, quæ iſtis temporibus prodierunt, Caſuiſtarum ſpiſſa volumina ſcatent, vt peſſime conſultum fuerit illis, qui exinde naturalis iuris capita repetere laborarent. **

* De quibus ſub initium huius capitis iam quædam monuimus, quibus add. D. BVDDEI *Hiſtor. philoſoph. Cap. V.* §. *IX.* Eiusdem *Hiſt. I. N.* §. *XIII. ſqq.*

** Hinc PVFENDORFIVS *præfat. librorum de Iure N. & G. Iinprimis autem*, inquit: *quare illos hic excluſerim ſcriptores, qui inter ſectæ Romanæ addictos mores ſibi atque conſcientias hominum regendas ſumſere, quos ipſe Grotius & alii magno agmine in partes vocare gaudent; eius rei ratio mihi apud cordatiores ſatis puto conſtabit. Scilicet iſtis hominibus ſuorum traditorum nullum certum fundamentum, aut hypotheſin ſubſternere ſolenne eſt: ſed præter illa, quæ a ICtis*

tis mutuari ſolent, friuolas vtplurimum quæſtiones paribus ratiunculis confirmare contenti, de cætero integras legiones ſuæ ſectæ ſcriptorum allegaſſe præclarum habent, quorum vnum ſi noueris, omnes noueris, ita omnes magno conatu magnas nugas agunt: vt tamen vix vlla ſit quæſtio in qua iſti in partes non diſcedant. Cuius inſtituti hæc eſt arcana ratio, vt, poſtquàm inter fundamenta ſacræ iſtorum reipublicæ eſt hominum conſcientias non ratione, ſed auctoritate Sacerdotum regi, vbique in promptu ſit autorum nubes, quæ qualemcunq; ſententiam ſtabilire idonea ſit, prout quemque perſuaderi ipſorum intereſt. Atque inde bono publico peſſime mereri arbitramur, qui in tanta ſolidarum ſcientiarum luce ad iſtas adhuc nugas, regni tenebrarum fœtum, iuxta ac ſtabilimentum, iuuentutem manuducere laborant. Turpiter vero otio ſuo abutitur, & vulpes iungit ac hircos mulget, qui iſta in vtramque partem diſceptare, & cum ſana ratione conciliare ſatagit. Add. IOH. NICOL. HERTII *Comment. & opuſc. Tom. I. Diſſ. I. ſect. I. §. XXXIV.*

XIII.

Quamuis autem poſt repertum Codicem iuris Ciuilis Iuſtinianei plura inde peterentur, quæ naturali æquitati conuenirent: * atque poſt reformationis inprimis tempora cum iugo papali craſſæ priorum temporum ignorantiæ excuſſis tenebris elegantiores literæ efflorescere inciperent, ** ante Grotium tamen nemo fuit, qui hanc le-

legum naturalium diſciplinam in ordinem redigere, formamque artis eidem induere moliretur.

* Hinc celeberrimus Rinthelenſium Profeſſor HENRICVS ERNESTVS KESTNERVS cum *Ius Naturæ & Gentium ex ipſis fontibus ad ductum Grotii, Puſendorfii & Cocceji deriuatum*, ſuperiori anno ederet, Lectorem in præfatione prudenti conſilio ſic admonuit; *vt cum iure naturali ſedulo ius Romanum coniungatur; quamuis enim diffitendum non ſit, multa in vaſtiſſimo romanarum legum corpore contineri, quæ ad peculiares romanæ ciuitatis rationes ſpectant, & a moribus legibusque Germanorum, quarum cultura, ſi reipublicæ modernæ te applicare velis, neceſſaria, prorſus recedunt, vt alios inſigniores alibi notatos defectus taceam, fatendum tamen etiam eſt, plurima ad diſciplinam Iuris nat. ſpectantia, veriſſimosque adeo Iuris nat. riuulos in hiſce libris comprehendi, quare maximopere expediret, ſi ſuccinctum quis in libros Iuris Rom. indicem conſarciat, quo, quid ad ius Nat. quid ad ciuile pertineat, prorſus indigitetur.* quod etiam conſilivm fuiſſe Illuſtriſſimi L. B. a FVCHS ibidem obſeruatur. add. FRIDERICI NITZSCHII *Paralleliſmus Iuris naturæ & Romani.* Huc & illud ALBERICI GENTILIS *Ius Iuſtinianeum huiuſmodi eſſe*, dicentis: *vt non rectius non ſanctius, vniuerſa Theologorum ſchola rogare atque ſancire valuerit. Fuerunt maximi illi ICti (vt de his notem ſolis, quos iuris noſtri licet nunc primos nomi-*

na-

nare auctores) Ethnici quidem fere omnes, ſed qui naturæ vocem ſecuti & legis eius, quam inſculpſit Deus animis noſtris, ſua ſic conſcripſerunt, vt ne vnguiculum quidem a recto tramite iuſtæ omnis legislationis aberrauerint. Nimium tamen laudis hic Iuſtinianeo iuri adſcribi nemo non videt.

** Per doctrinam LVTHERI inprimis atque MELANCHTONIS qui moralis Philoſophiæ epitomen dedit, vid. DAVIDIS CHITRÆI *de ratione & ordin. diſcend. libr. p. 168.* huc etiam referenda eſt BEN. WINCKLERI *Commentatio de princip. iuris.* Confer. HERTIVS *c. §. 35. p. 49. ſeqq.*

XIV.

Hoc ipſum vero cum eruditi haud ſimplici vice optarent, * tandem aggreſſus eſt & ex voto perfecit Hugo Grotius, ** dum libros ſuos de Iur. Belli & Pacis, quos ſuaſu Peyreſcii compoſuerat, *** an. 1625. Pariſiis primum ederet. Vbi demonſtratis Scholaſticorum næuis, ſcripturæ ſacræ reuelata & iura ciuilia, vt par eſt, a naturæ iure ſeparando, **** Gentium controuerſiis hoc vltimum applicauit, ſimulque ex humani generis natura, certa principia conſtituit, ex quibus reliqua naturalis iuris capita deriuari poſſint.

* Veluti BACO VERVLAMIVS aliique.

** De vita, fatis atque reliquis ſcriptis HVGO-

GONIS GROTII ex optimis literarum monumentis, vt ſolet, egregie tractauit. Mr. BAYLE dans *ſon dictionaire hiſtorique & critique* voce *Grotius.*

*** PETRVS GASSENDVS *in vita Peyreſcii.* PVFENDORF *in ſpicileg. & ſpecim. Iur. natur. Cap. II.*

**** *Fateor,* inquit: HERTIVS *l. c.* §. *XXIV.* *multis infeliciter ceſſiſſe Iuriſprudentiam ſiue legum diſciplinam in ordinem artis quemodum componere molientibus. Verum eius præcipua forte cauſa fuit, quod iura quæ ex conſtituto veniunt, a naturalibus non, vti par eſt, ſeparauerint. Nam illa, quæ ex conſtituto veniunt, cum & mutentur ſæpe & alibi alia ſint, fere extra artem poſita ſunt, vt aliæ ſingularum rerum præceptiones, quemadmodum iudicat* H. GROTIVS *Prolegom. de I. B. & P.* § *XXX.*

XV.

Quemadmodum vero omnem ingenii conatum in hoc opere effudiſſe dicitur Grotius, * ſic quoque eiusdem publicatione tantam Regum, Principum & vniuerſi literati orbis gratiam promeruit, ** quantam ante eum nemo ex eruditorum claſſe in hoc ſtudiorum genere vnquam conſecutus fuiſſe legitur. Neque hanc laudem vel tantillum obnubilare potuerunt Romanenſes, quamuis in catalogum librorum prohibitorum nobiliſſimum hoc opus inſererent, ***

* Te-

* Teſtatur hoc PAVLVS COLOMESIVS dans *ſa Bibliotheque choiſie p. 134.... On prétend que Grotius ait mis tout ſon eſprit en ce Livre; & qu' il en pouvoit dire ce que Caſaubon dit de ſon Commentaire ſur Perſe, dans une lettre à Mr. Perillau, ſon Parent, qui n'eſt jamais imprimée: In Perſio omnem ingenii conatum effudimus.*

** *Le Rois Guſtaue de Suede*, à ce qu'en dit du MAVRIER dans le dictionaire de Mr. BAYLE vbi ſupra. *L'ayant lû & admiré il reſolu de ſe ſeruir de l'Auteur, qu'il croyoit vn grand politique à cauſe de cet ouvrage: & le Chancelier Oxenſtern, premier Miniſtre de ce Conquerant, le fortifioit dans ce deſſeins, faiſant vn merueilleux état de ſon ouvrage de iure belli & pacis qu' il feuilletoit inceſſamment; Mais ce Prince ayant été emporté à la bataille de Lutzen l'an 1632. Monſieur Oxenſtern ſuiuant ſon inclination & le deſſein du feu Roy Guſtaue le nomma pour aller Ambaſſadeur en France.* Eadem hæc confirmat epiſtola BIGNONII cuius mentionem fecit COLOMESIVS l. c. Quanti vero hunc librum fecerit CAROLVS LVDOVICVS Elector Palatinus, fauſtiſſimum illud bonarum litterarum Numen, docet Mr. CHAVVIN *dans ſon journal des ſauans dreſſé à Berlin p. 220. ſqq. l'an 1696.* vbi & hoc adiicitur quod occaſione huius ſcripti in Academiis tum de nouo cœperint conſtitui Profeſſores Iuris naturalis, quorum agmen ducit celebris Pufendorfius.

*** Factum hoc fuiſſe Romæ 1627. d. 4. Februarii ſcribit COLOMESIVS l. c.

XVI.

Et quidem tot iteratæ huius operis editiones, magnusque adeo eruditiſſimorum virorum, qui in idem commentati ſunt, numerus, * litterati orbis applauſum ſatis oſtendunt. Verum enim vero hominem fuiſſe Grotium, varii laboris iſtius defectus doctoribus obſeruati, errores inprimis Theologici atque Scholaſticarum quisquiliarum reliquiæ oſtendunt. **

* De his ſingulis ſecundum ordinem chronologicum agit Mr. BAYLE l. c. add. D. STRVVII *Bibliotheca iuridica ſelecta Cap. VI. §. XIII.* Inprimis hoc loco & notandum, quod cum alii ſcriptores poſt plura demum ſecula hactenus digni viſi fuerint, qui cum notis variorum ederentur, ſoli Grotio hic honor contigerit, vt vix quinquaginta poſt obitum annis elapſis, cum commentariis variorum conſpiceretur. Editio autem, de qua loquor, prodiit 1699. Francofurti ad Viadrum edente IOH. CHRISTOPHORO BECMANNO.

** De his vid. BOECLERVS *in præfat. Commentar. ad Grotium* inprimis v. ZIEGLERVS *ad eundem paſſim.* add. D. THOMASII *Fundamenta I. N. & G. cap. proœm. §. I. ſqq.*

XVII.

Æmulatione Grotii incenſus, * vt nonnulli volunt, Ioan. Seldenus, celebris Iuris

Con-

Conſultus Anglus ius naturæ & Gentium, ſecundum doctrinam Ebræorum compoſuit, vbi præceptis Noachidarum fundamenti loco ſubſtratis, quicquid ex Ebræis, Græcis, Latinis, Arabicis ſcriptoribus huic doctrinæ inſeruire viſum fuit, cumulauit, ſed abſque ordine atque perſpicuitate. ** Vtilis exinde labor omnino eſt Dni Buddei, qui opus illud anno 1701. in epitomen redactum vna cum Philippi Reinhardi Vitriarii Inſtitutionibus iuris naturæ & gentium in alma Fridericiana prelo ſubiecit, ita quidem vt ſumma dictorum Seldeni ex breui iſta ſynopſi, ſine magno labore iam percipi queat.

* *Journal des ſauans l. c. Quelques-vns à la verité croyent que Seldenus a fait par émulation ſon livre du droit de la Nature & des gens ſelon les loix des Hebreux.* Confer. BVDDEVS l. c. §. XXV.

** Hoc vero iſti accidiſſe propter perturbatam ſtudiorum rationem notat IOH. CLERICVS *in arte Critica Tom. I. Part. I. cap. V. §. V.*

XVIII.

Hinc Thomæ Hobbeſii * itidem Angli, atque Mathematicis inprimis ſcientiis clari, cogitata circa hanc doctrinam prodierunt, nempe elementa Philoſophica de Ciue & Leuiathan. ** Hic cum ſtatum naturalem bellicum aſſereret, omnis iuris fundamentum ſolam imperantis voluntatem

vti-

vtilitatemque ſtatuens, licet nonnulli eiusdem partes tuerentur, *** ab aliis tamen merito fuit refutatus, ita quidem, vt ſubinde, quæ eiusdem dicta aliquam vtilitatem præſtare poſſent, ſuis operibus inſererent. ****

* Extat vita Hobbeſii in peculiari libello Carolopoli edito. in 12.

** Cauſam impluſiuam horum ſcriptorum indicat *vita* HOBBESII *p. 45. Graſſante interim per Angliam ciuili bello, Hobbius pro ſummo in patriam amore, quod bonum & fidelem ſubditum maxime decuit; populares ſuos ſanioribus quam quæ hactenus obtinuerant principiis imbuere, exacerbatos hominum animos ad pacis & concordiæ rationes reuocare, & in ſummæ poteſtatis obſequium addictiores præſtare annifus eſt. Quare reliquis poſthabitis ſtudiis, quantum ipſi ſuppetiit temporis, politicæ ſcientiæ impendens, Librum de ciue (cuius pauca duntaxat Exemplaria Pariſiis 1642. euulgauerat) reuiſit & notis vtilibus adauxit, in quo ſubditorum contra ſummum Imperatorem coniurationes rebellionesque & immanes illas de Principe regnis vitaque exuendo opiniones penitus damnauit: Poteſtati ciuili iura ab Eccleſiaſticis calginoſorum temporum beneficio prærepta reſtituit, & diram ſectariorum hydram, effrænem nempe conſcientiæ libertatem heroico auſu perdomuit.* De Leuiathane, quo nomine corpus politicum indicare voluit Hobbeſius; ibid. p. 45. hæc offendimus: *Eius autem ſumma hac*

hæc fuit, ſine pace impoſſibilem eſſe incolumitatem, ſine imperio pacem, ſine armis imperium, ſine opibus in unam manum collatis nil valere arma, neque metu armorum quicquam ad pacem profici poſſe in illis, quos ad pugnandum concitat malum morte magis formidandum; nempe dum conſenſum non ſit de iis rebus, quæ ad ſalutem æternam neceſſariæ creduntur, pacem inter ciues non poſſe eſſe diuturnam. Ibid. in fine adiectus eſt catalogus reliquorum ſcriptorum Hobbeſianorum, nec non eorum qui aduerſus eadem ſtrinxerunt calamum.

*** Inter hos inprimis fuit LAMBERTVS a VELTHVYSEN, cuius habemus *Diſſertationem epiſtolicam de principiis iuſti & decori, continentem apologiam pro tractatu clariſſimi Hobbeſii de Ciue Amſterd. 1651.*

**** En Iudicium CARTHESII quod *ex Tom. III. des lettr. apud* BAILLET *vie de Deſcartes tom. II. p. 174.* exhibet BAYLE *Diction. hiſt. crit. Je iuge que l'auteur du livre de ciue eſt le même que celui qui a fait les troiſiemes obiections contre mes méditations. Je le trouve beaucoup plus habile en morale, qu'en Metaphyſique ni en phyſique: quoique je puiſſe nullement approuuer ſes principes ni ſes maximes qui ſont très mauuaiſes & très dangereuſes, en ce qu'il ſuppoſe tous les hommes méchants, qu'il leur donne ſuiet de l'être. Tout ſon but eſt d'écrire en faueur de la Monarchie: ce qu'on pourroit faire plus auantageſement qu'il n'a fait, en prenant des maximes plus vertueuſes*

ſes & plus ſolides. Il écrit auſſi fort au deſavantage de l'Egliſe, & de la Religion Romaine; de ſorte que s'il n'eſt appuyé de quelque faueur fort puiſſante, je ne vois pas comment il peut exemter ſon livre d'être cenſuré. Fuiſſe autem inter aduerſarios huius viri nonnullos iuſto iniquiores, dubio caret. Inprimis fortiter calumniatos eſſe, qui ipſum Atheismi reum detulerunt, probare nititur auctor vitæ Hobbeſii p. 105. ſqq. adiiciens: *quod inde forſitan profectum, quia ſcholaſticorum aliorumque iſto de grege morem reiecerat, qui otioſi in muſæis ſuis ſedentes, iuxta imbecillem ingenioli ſui captum Naturæ diuinæ incomperta affingunt attributa.*

XIX.

Tandem huic doctrinæ Iuris Naturalis perpoliendæ auſpicato manum admouit Illuſtris Samuel de Pufendorf * dum non tantum eorum, quos anteceſſores habuit, hypotheſes ponderaret, ſed reiectis, quæ minus commode prolata videbantur ipſe* methodo quidem Mathematica Iurisprudentiæ vniuerſalis elementa primum componeret. ** Hæc excepit aureum de Iure Naturæ & Gentium opus, quod primum an. 1672. prodiit, eiusdem vero compendium, egregius de officio Hominis & Ciuis libellus continet, quem, vt tyronibus leuiorem ad ſcientiæ huius adyta viam panderet, ipſe Pufendorfius publice prodire iuſſit.

* De

* De illuſtri hoc firmamenti litterarii ſidere conſulendus Dn. Bvddevs *in dem allgemeinen Hiſtoriſchen Lexico & hiſtoria iuris naturalis* §. *XXXIII.* add. Thomasivs in progr. inſtit. iuriſprudent. diuinæ præfixo. nec non Lvdovci *in delin. hiſt. iuris diu.*

** His ipſis non pauca ex Ethica Euclidea deprompta inſeruit. Hanc autem, dum in ſalana noſtra degeret, ab eiusdem Profeſſore celeberrimo Erhardo Weigelio Matheſeos profeſſore in ſignum rarioris beneuolentiæ donatam acceperat. Exinde factum vt Sarcmaſius Pufendorfii aduerſarius, tanquam opprobrium huic obiiceret; ſcriptum illud nimis ſapere mathematicum. quaſi vero re male geſta!

XX.

Sed cum Pufendorfius in his ſuis ſcriptis a priſca Scholaſticorum barbarie omnino recederet, loco iſtius obſcuri principii iuris naturalis, quod a conuenientia eum ſanctitate diuina petere ſolebant, & doctrinæ de perſeitate bonitatis actionum antecedenter ad voluntatem diuinam, perſpicua, ſolida, ex ipſa re petita fundamenta ſuæ tractationi ſubſterneret, hinc crimen læſæ maieſtatis Scholaſticæ commiſiſſe videbatur, vnde magna eorum, qui priſco philoſophandi modo cum Grotio adhuc dum vel ſaltem ex parte addicti erant, cohors ad eundem impugnandum coorta eſt. De hoc

hoc vero ſcripta eriſtica * quæ diuerſis vicibus prodierunt conſulenda ſunt.

*Quorum ſummam exhibet D. BVDDEVS l. c. §. XXXIV. ex his potiora DN. HERTIVS editioni ſuæ operis Pufendorfiani de I. N. & G. adiici curauit.

XXI.

Præcipuus autem Pufendorfii aduerſarius extitit celebris quidam Lipſiæ Theologus Valentinus Alberti. Hic non ex ſola naturæ corruptæ conſideratione, prout quidem ille fecerat, ius naturæ eſſe repetendum, ſed rectius ex ſtatu integritatis ope luminis reuelati, diuinas iſtas leges deriuari, aſſeruit. Quemadmodum ipſe huius rei periculum fecerat in compendio Iuris Naturalis orthodoxæ Theologiæ conformato. Hæc inprimis Seckendorfio placebant, ſed iisdem alia opponens Pufendorfius ſequiori æuo totius fere eruditi orbis calculum promeruit.

Confer. D. BVDDEVS l. c. §. XXXVI. inprimis DN. THOMASIVS in programmate laudato, vbi hanc controuerſiam ex inſtituto deſcripſit.

XXII.

Sæpius etiam opera Pufendorfiana prelo fuerunt ſubiecta. Libri enim octo de I. N. & G. qui primum Londini Scanorum prodierunt 1672, aliquoties fuerunt recuſi, demum cum notis Ioan. Nicol. Hertii 1706. habemus & Gallicam verſionem eorundem cum eruditiſſimis annotationibus a Ioan.

Bar-

Barbeyrac eodem anno adornatam, cuius præfatio moralis diſciplinæ certitudinem & hiſtoriam luculenter exponit, in ipſo textu auctorem illuſtrat, loca hinc inde incongrue allegata obſeruat, ſelectiora aliorum ſcriptorum dicta addit, quæ in ipſo textu ſenſum turbare videntur in notas rejicit. Altera vtiliſſimæ huiꝰ verſionis editio auctior prodiit Amſtelodami 1712. Germanicam translationem cum notis Hertii & Barbeyraci procurauit celeberrimus Giſſenſium Profeſſor Immanuel Weber, Francofurti 1711. ſed & Anglice idem hoc opus redditum fuiſſe, nouimus. *

* De variis his editionibus vid. D. STRVVIVM *in Bibliotheca Iuridic. Cap. VI. §. XIV.* IOH. BARBEYRAC *in præfatione huius libri §. XXXI.*

XXIII.

Tanta tamen non potuit eſſe Puſendorfii diligentia, vt omnem plane hanc doctrinam exhauriret, nec aliis quod adderent aut circa eiusdem opera monerent, relinqueretur. Namque non Grotius ſolum, ſed ipſe quoque Puſendorfius pluralitate teſtimoniorum ſæpenumero id non probantium, cuius gratia adducuntur, laborare deprehenſi ſunt.* Potiſſimum vero ſocialitatis illud principium, cui ſoli Puſendorfius doctrinam Iuris naturalis inædificauit, aliis minus placuit. Sed & hoc eidem vitio datur, quod naturalia & mo-

ralia nimis ſeparet, nonnunquam obſcure loquatur & vehementiori in aduerſarios calore adhibitis acerbiſſimis aculeis, inuehi ſoleat.

* Vid. THOMASIVS *in fundament. I. N. G. cap. proœmial.* § *III. ſqq. Idem obſeruauit* BARBEYRAC *in notis ſuis paſſim.*

XXIV.

Hinc eruditorum circa hanc doctrinam deſideriis ſatisfacere, optato quidem cum ſucceſſu, conatus eſt vir ingenii acutiſſimi, ipſique Pufendorfio comparandus Chriſtianus Thomaſius, * qui ad filum operis Pufendorfiani Iurisprudentiam ſuam diuinam concinnauit. Vbi ſocietatis illud principium vlterius exponit, fontes officirum erga Deum & ſeipſum aperit, de legibus diuinis poſitiuis vniuerſalibus erudite commentatur, naturalis iuris & Theologiæ, quam moralem vocant, diſcrimen ** paſſim oſtendens.

* Confer. D. BVDDEI *Hiſtor. I. N.* §. *XLI. ſeqq.*

** Vid. FRID. GENTZKEN *Schediaſma morale de principiis iuſti c. I.* §. *21.*

XXV.

Hic vero cum in demonſtrandis refutandisque abuſibus, qui ex Scholaſtica Philoſophia in Theologiam & Iurisprudentiam irrepſerant, vlterius, quam ipſe Pufendorfius procederet, plurimorum etiam in ſe

odia concitauit. Inprimis Ioan. Lud. Praſchius in ſua de lege caritatis commentatione, nec non in deſignatione Iuris naturæ ſecundum diſciplinam Chriſtianorum, imperfectionem dogmatum, quæ ex ſocialitate, prælucenteratione, deriuantur aduerſus Thomaſii tradita euincere laborauit. Alii vero atheiſmi, * heterodoxias, impietatis & Philoſophiæ nouaturientis eundem reum agebant. Sed ab hiſce imputationibus in ſuis ſcriptis paſſim ſe liberare conatus eſt Thomaſius ſuaque dogmata maſcule defendit.

* Confer. ipſius diſſertatio prooemialis Inſtitutionibus Iurisprud. diu. præmiſſa §. XXVIII. ſqq. De controuerſia circa cultum externum Thomaſio motum vid. idem *in fundamen. I. N. & G. L. II. c. IV. §. 3. not.*

XXVI.

Poſtquam vero Thomaſium pœnituit, quod cum Grotio & Pufendorfio hominis naturam in aliorum opinionibus & ſcriptis magis, quam in ſenſu communi, quem quilibet intra ſe habet, quæſiuerit, aliaque communia placita hactenus retinuerit; * quæcunque iſtis in Iurisprudentia diuina prius innitebantur correxit, nouaque plane ratione præcepta iuris naturalis tradidit in fundamentis Iuris naturæ & gentium. Aliud ergo hic loco ſocialitatis proponitur cognoſcendi Iuris naturalis principium, ** doctrina de legibus poſiti-

vis vniuerſalibus reiicitur, ipſæ leges divinæ reliquæ iam pro ſolis conſiliis paternis habentur. *** Porro diſtinctio iuris & obligationis in perfectam & imperfectam hic exploſa eſt, & quæ alias huc referri ſolebant ex principiis honeſti & decori deducuntur. **** Imo pleraque ante tradita hoc loco immutantur.

* Vid. *Fundamenta L. N. & G. cap. proœmial.* §. *V. ſqq.*

** Et quidem tale: *Facienda eſſe quæ vitam hominum reddant & maxime diuturnam & feliciſſimam; & euitanda quæ vitam reddunt infelicem, & mortem accelerant. d. l. L. I. cap. VI.* §. *XXI.*

*** D. l. *L. I. C. V.* §. *XXXIV. Caue tamen, ne putes, legem naturalem & poſitiuam, diuinam & humanam, eſſe ſpecies eiusdem naturæ: Lex naturalis & diuina magis ad conſilia pertinet, quam ad imperia, lex humana proprie dicta non niſi de norma imperii dicitur.* & §. XXXVII. *Ratio ſibi relicta neſcit, quod DEVM concipere debeat vt Regem aut Dominum, qui pœnas externas arbitrarias velit inferre iis qui contra præcepta iuris naturæ faciunt, quia videt omnes pœnas, quæ ſequuntur transgreſſores iuris naturalis, qui non ſunt ſub imperio humano, eſſe naturales, adeoque improprie dictas.* confer. quæ ibidem ſequuntur.

**** C. l. §. XXIII. *Patet porro diuiſionem iuris Grotianam in perfectum & imperfectum non bene*

ſe

ſe habere; nam omne ius eſt perfectum & ius imperfectum non habet oppoſitam iniuriam, ius imperfectum non ulterius tendit, quam ad ea quæ ab altero peto ex regulis decori, non iuſti. §. *XXIV. Eadem ratio quoq; eſt diuiſionis, qua obligatio diuiditur in perfectam & imperfectam. Nam nec datur obligatio imperfecta. Et cum obligatio interna ſit perfectior externa, ea non poteſt dici imperfecta, hac perfecta. Adde quod regulæ decori & boneſti, me non obligent alii homini ſed mihi.*

XXVII.

In hoc opere plura, quæ ad intimiorem humanæ naturæ cognitionem ducunt, maximamque in vita dirigenda vtilitatem habent, ſolida eruditione proferuntur, neque eruditorum calculo atque laudibus carent. Interim negandum non eſt, quædam dogmata ibidem proponi, quæ aliis non ita crude accipienda, imo plane improbanda eſſe videntur. Huc ſpectat doctrina de legibus & pœnis diuinis, quas ius naturæ ignorare, earumque loco ſola conſilia ſubſtituere docetur. Deinde circa ſtatum coniugalem liberius nonnulla Thomaſium pronuntiaſſe, aliorum iudicium fuit, vt taceamus reliqua illorum, quibus Grotii atque Pufendorfii doctrina adhuc ex aſſe placet, circa eiusdem Philoſophiam, dubia.

XXVIII.

De Iure Naturæ egit quoque Dominus Ioan. Franciſcus Buddeus parte II. Ele-

mentorum Philoſophiæ practicæ. Ipſe fatur in præfatione priori editioni præmiſſa, non ſolum Grotium ſed & Pufendorfium ibidem ſe duces elegiſſe, ita tamen, vt, vbi a recto tramite deflectere videbantur, illis neutiquam ſuffragaretur. Primum huius doctrinæ principium facit: Imperanti parendum, eiusque iuſſis obediendum eſſe. Pro diuerſitate autem terminorum, ad quos actiones hominis tendunt, * tria ſingularia principia conſtituit, DEVM cole, temperanter viue, ſocialiter viue. Omnia vero officia exinde fluentia argumentatione ſolida ex diuina voluntate deriuat.

* Confer. de his principiis DOMINI BVDDEI *Philoſoph. pract. P. II, c. IV. ſect. I. §. 13. ſqq.*

XXIX.

Inprimis huc referenda eſt eiusdem Inſtitutionum Theologiæ moralis pars II. de Iurisprudentia diuina tractans, namque & hic ſolius rationis dictata primo exponit, poſtea demum demonſtrat, quousque eadem pertingere nequeant. Hinc ex verbo reuelato, officia Chriſtiani ediiciens, eruditiſſimis notis & allegationibus ſingula illuſtrat. Partes Pufendorfii, quas prius ſecutus fuerat, hinc inde relinquit, * probabiliores ſententias amplectens. Addenda ſunt eiusdem ſelecta Iuris naturæ & gentium, quæ hiſtoriam huius Iuris, aliasque diſſertationes varia doctrinæ huius argu-

gumenta egregie explicantes, compleċtuntur.

* E. gr. de origine dominii, TITII *ſententiam relicto Pufendorfio* approbat, c. III. *Inſtit. diuin. ſect. V.* §. 15. *in notis.*

XXX.

Alii adhuc principia Iuris naturalis illuſtrare annisi ſunt, veluti Ioan. Ludouic. Praſchius,* Henricus Bodinus,** Samuel Cocceius ***, & qui hunc ſequitur Henricus Erneſtus Keſtnerus, **** Ioh. Georg. Wachter,† Immanuel Prœleus,†† Chriſtoph Heinrich Amthor,††† qui ſinguli ſecundum ſingulares ſuas hypotheſes circa hanc doctrinam verſantur.

* Cuius habemus *de lege caritatis* tractationem 1688. propoſitam, quam excepit *deſignatio iuris naturalis ex diſciplina Chriſtianorum, & die Lehre vnd gründliche Vertheidigung des natürlichen Rechts nach Chriſtlicher Lehre wieder des Chriſtiani Thomaſii Anfechtungen.* add. D. IACOB. FRID. LVDOVICI *Hiſtor. I. N.* §. *LXXIV. pag. 50.*

** *In Diſſ. de iure mundi Halæ 1698. recuſa* add. THOMASII diſſert. *de fundamentorum definiendi cauſas matrimoniales hactenus receptorum inſufficientia a* § *32-77.* vbi aduerſus principium DN. BODINI diſputat.

*** Eius eſt *Diſſertatio de principio iuris naturalis vnico, vero & adæquato 1699. propoſita.* add. eiusdem *reſolutiones circa hypotheſin ſuam.*

 vid.

vid. D. LVDOVICI *loco cit.* §. *101. ſqq.* add. Eiuſdem *dubia circa hypotheſin de principio iuris naturalis*, *eiuſdemque vindicias viri cuiuſdam celeberrimi 1703. Halæ.*

**** Hic quæ a Coccejo acceperat, additis propriis obſeruationibus, vberiori commentatione edidit *ſex diſputationibus de prudentia iuris naturalis an. 1698.* quæ anno 1705. auctiores in forma tractatus prodierunt Rinthelii.

† Huius habemus *origines iuris naturæ.*

†† Lipſiæ 1709. edidit *Grund-Satze des Rechts der Natur*, vbi ſimul ſuccinctam iuris huius hiſtoriam reperire licet.

††† De hoc & reliquis in compendio agit D. REIMMAN *im Verſuch einer Einleitung in die Hiſtor. lit. derer Teutſchen.* p. vlt.

XXXI.

Qui de iure Gentium in ſpecie tractant, de naturali Iure ſimul haud male meriti ſunt: namque ſæpiſſime ad ipſas leges naturæ tanquam fontes recurrere coguntur. * Ideo autem hi auctores maximi ſunt faciendi quia Iuris naturalis dictata, exemplis gentium & auctoritate publicorum actorum, quæ deciſiones controuerſiarum illuſtriſſimarum complectuntur, egregie confirmant: neque nudas ſolum rerum geſtarum enarrationes exhibent, ſed exacto iudicio ſingula ſua exornant, attexto cuiusque controuerſiæ euentu. ** Nec quicquam refert ſub quo nomine iſta accipias,

pias, ſiue ad ius naturale referas, ſiue peculiare gentium ius ſtatuas, ſiue mores, pacta aut ius ciuile populorum libertate ſua gaudentium appelles. *** Sufficit enim, quæ ſub iſta rubrica comparent, maximo vſui tibi futura, ſiquidem decenti cura eadem tractes.

* D. Bvddevs *in Hiſt. I. N.* §. *L. ſqq.* ſcripta huc ſpectantia allegat.

** Add. Hertivs *d. l.* §. *XXXVIII.*

*** Confer ſis D. Bvddei *Elementa philoſophiæ practicæ part. II. Cap. I.* §. *XIV. ſqq.* add. Reimmann loc. cit. p. 96. ſqq.

XXXII.

Ex tanto ſcriptorum apparatu, quid, quo ordine eligas, multum intereſt. Neque vero libri quicunque obvii, vel quos auita hæreditas dedit, ſine Doctoris conſilio ſtatim legendi erunt, ſed antequam in diffuſa huius diſciplinæ ſpatia ſeſe immittant tyrones, ne copia & difficultate rerum ab initio protelentur, cognitione elementari opus eſt. Hanc non aliunde, quam ex breui ſolido atque perſpicuo compendio, genuina iuris naturæ principia exponente, petere licet. *

* Hoc ipſum etiam impulit maximos in hac arte viros, vt ad ampliora Iuris naturalis volumina breues introductiones ſcriberent. Hoc fine Gvilielmvs Grotivs Hugonis frater natu minor, 1667. *enchiridion de principiis iuris na-*

turalis edidit, ad quod 1675. acceſſerunt IOH. GEORGII SIMONIS adnotationes. Idem dicendum de PHILIPPI REINHARDI VITRIARII *Inſtitutionibus Iuris Naturæ & Gentium*. Ambo enim ad lectionem maioris operis Grotiani mentem præparant. Et ipſe PVFENDORFIVS ſe hac intentione libellum ſuum de *Off. H. & C.* ex maiori opere de I. N. & G. extraxiſſe, vt ad hoc introductionis vices ſuſtineret, fatetur in præfatione iſti præfixa. Elegantiſſimam huius compendii editionem ſuccinctis adnotationibus exornatam dedit celeberrimus BARBEYRAC quæ tertia vice auctior prodiit Amſtelodami 1715. de eadem ita iudicat literatiſſimus CLERICVS dans la *Bibliotheque ancienne & moderne Tom. III. 1715. pag. 169. On ne ſauroit au reſte trop recommander à la jeuneſſe cet ouvrage de Monſ. Pufendorf avec les remarques de Monſ. Barbeyrac dont il n'y a perſonne, qui ne puiſſe faire vn tres bon vſage, pour veu ſeulement qu' on ſoit capable de l'entendre.* In hunc compendiorum cenſum quoque referenda DN. EPHRAIMI GERHARDI *Delineatio iuris naturalis* Ienæ 1712. edita.

XXXIII.

Nam ſuperius iamiam diximus, apud ſaniores quosque plane in confeſſo eſſe optimam parandi eruditionem hanc methodum exiſtere, ſi a facilioribus ad diffiliora a cognitis ad ignota progrediamur. Sic enim facillime notitia veras demonſtrandi propoſitiones & nexum earundem inter ſe oſtenden-

dendi in nobis generatur. * Hoc loco autem formandæ veniunt propoſitiones, quæ actionum hominum voluntariarum conuenientiam aut diſconuenientiam cum regula, h. e. lege diuina, quam actionibus hominum DEVS præſcripſit, ** ad quam iſtæ referuntur, & iuxta quam iudicium de iis fertur, demonſtrant.

* In hoc omnem eruditionem noſtram conſiſtere ſtatuit D. THOMASIVS *Diſſertat. proœmial. Inſt. Iuriſprud. diu. §. 23.*

** Siue per lumen naturæ aut reuelationem eadem nobis promulgata eſt. Audiamus acutiſſimum LOCKIVM *de intellectu L. II. Cap. XXVIII.* §. 8. in pia hæc verba erumpentem: *DEVM hominibus regulam tradidiſſe vitæ gubernandæ, nemo, arbitror, immanis adeo atque barbarus eſt vt inficiari velit. Id iure poteſt, eius enim creaturæ ſumus: in eo bonitas eſt & ſapientia ad actiones noſtras ad illud quod optimum eſt dirigendas; atque potis eſt nos ad illud ſtimulare præmia proponendo virtutibus & ſupplicia vitiis, quæ, in alia vita, molis ſunt & durationis infinitæ: neminem etenim penes eſt nos e manibus eius eripere. In hac vnice, tanquam Lydio lapide, moralis rectitudinis iudicium omne conſiſtit; atque actiones ſuas ad hanc legem comparando, de præcipua illarum bonitate aut malitia morali homines iudicium ferunt, hoc eſt, vtrum propter pietatis opera, aut peccata a Deo omni-*

omnipotente beatitudine aut miſeria afficiendi ſint.

XXXIV.

Propoſitiones iſtas iuris naturalis principiis naturalibus inniti, translatitium eſt. Hoc tamen non ita capiendum, ac ſi rerum quædam notiones in animis noſtris inſitæ eſſent & in primo ortu quaſi conſignatæ: huic enim aſſerto experientia & ſenſus cuiuslibet communis repugnat: * ſed quia illarum ideæ nullius non intellectui ſtatim ſemet offerunt, eorumque veritates ſine diuturna ratiocinatione oriuntur, quamprimum propoſitiones ex iis mente conficiuntur, & ab omnibus, qui viribus & facultatibus a DEO conceſſis ad inueſtigandas, recipiendas, retinendasque veritates rite vtuntur, vnanimi conſenſu approbatæ ſunt: non ipſæ propoſitiones, ſed facultas ſola ad easdem percipiendas homini a natura ineſt, eodem modo quo obiectorum viſibilium ideæ non poſſunt dici congenitæ nobis, quamuis facultate gaudeamus ſtatim, ac nobis offeruntur, easdem recipiendi. **

* Fatetur hoc CONRADVS HORNEIVS *L. II. Philoſophiæ moralis Cap. II. §. III. Quomodo autem natura illa doceat*, (principia quæ innata appellantur) inquiens: *id ita conſiderandum eſt. Equidem non debet hoc ſic intelligi, quaſi ſtatim ſimul ac in lucem edimur, iſta omnia actu cogno-*

ſca-

ſcamus: id enim fieri nullo pacto poteſt. Et notum eſt, quod ex Ariſtotele de anima adferri ſolet, intellectum noſtrum cum primo naſcimur, raſæ tabulæ ſimilem eſſe, in qua ſcriptum nihil dum eſt, etſi inſcribi quiduis poteſt: cum enim ante vſum rationis mens hominis nullas omnino propoſitiones imo nec ſimplices earum terminos apprehendat (mente enim aliquid apprehendere & nondum tamen ratione vti contradictoria ſunt,) fieri quoque nequit vt tum veritatem vllius propoſitionis cognoſcat. Sic infans non nouit, qui dicantur parentes, quid ſit honorare aliquem, vtique nec propoſitionem hanc: Parentes ſunt honorandi: intelligit. Certe componere conceptus nequit & multo adhuc minus de compoſitione eorum iudicare, rectene illa an ſecus fiat, qui nullos dum conceptus mente format.

** Fuſius hoc declarat. IOH. LOCKIVS *l. c. lib. I. Cap. II. III.*

XXXV.

Ex dictis ſequitur ad cognoſcenda Naturalis Iuris principia neceſſum eſſe vt vires animi in eadem dirigamus ad eorum veritatem recipiendam, * nec quicquam pro tali agnoſcamus, niſi quod experti fuerimus noſtra animaduerſione ipſi. hoc namque neglecto, admodum lubrico fundamento ſtat naturalis Iuris cognitio; dum educatio & mos patrius efficere poſſunt, vt quæ abſurda & inania a nutricibus audiuimus,

mus, vel quos parentes aut præceptores errarunt errores nobis communicatos, pro principiis Iuris huius amplectamur, iisdemque propria intellectus lumina obſcuremus. **

* Sic ipſe Saluator pro diuina plane ſapientia ſua, dum fundamentalem propoſitionem Iuris naturalis officiorum erga proximum denuo inculcare vult MATTHÆI *VII. 12.* non ad principium aliquod innatum prouocat, ſed cogitare nos & perpendere iubet alios homines, qui oculis noſtris obuerſantur, tanquam creaturæ eadem ac nos natura præditæ, iisdemque corporis & animi ſubſidiis conſeruandæ, quæ non permittunt vt aliter de iisdem ſentiamus, quam vt quicquid ab iſtis nos exigimus, iidem viciſſim tantundem a nobis expectent.

** Hoc autem faciunt omnes illi qui per ſuam ignauiam opiniones vulgo introductas amplectuntur ſine diſquiſitione ſolida antecedente, vident ſolum quomodo itur, non quomodo eundum ſit. Interim certum eſt, facultates eos poſſidere ad omnia inueſtigandanda efficaces, quibus DEI & quæ vſui ipſis ſunt, rerum omnium cognitionem acquirere poſſunt.

XXXVI.

His vero qui non rite vtuntur, atque propterea ex infantili ignorantia minus eluctantur, aut peruerſa dogmata hauriunt, non alio loco, ſi querantur, habendi ſunt, ac ille, qui, cum nudus in hanc lucem miſſus, ve-

veſtimentis, quæ facili labore comparare ſibi potuiſſet, carere deprehenditur: vtrique nempe ſuæ ignauiæ & imprudentiæ, quæ hac de cauſa ipſos premunt mala, vel olim manebunt, imputent, neceſſe eſt.*

* Conferatur LOCKIVS l. c.

XXXVII.

Aſt cum nulla propoſitio facile intelligi queat, niſi cognitione ſingulorum, qui eandem ingrediuntur, terminorum probe fueris imbutus. Ideoque & hoc loco de ſimplicium, qui in tractatione Iuris naturalis occurrent, terminorum perceptione prima vtique cura exiſtere debet. * Ita quidem vt nulla vox vſurpetur ſine clara & diſtincta idea rei quæ per illam indigitatur, ** neque inutilibus aut nihil ſignificantibus terminis memoria repleatur. Hæc obſeruatio eo ſæpius venit inculcanda, quo facilius eandem migrare ſolent ſtudiis dediti, ſimulque omnem ſolidioris eruditionis ſpem, imprudentes ſibi præſcindunt. ***

* Quid enim quæſo iuuabit didiciſſe, Actiones hominis ſecundum leges naturales eſſe inſtituendas, niſi diſtincte prius quid ſingulæ iſtæ notiones ſignificent, fuerit cognitum: Vt ſciamus, quænam actiones dirigendæ ſint, nec non, quid per leges naturales intelligere debeamus. In ſpecie, quo ſenſu auctor, qui præ manibus eſt, ſingulas voces adhibeat, niſi oleum & ope-

operam perdere, aut eidem falſam plane mentem affingere velis, principio indagandum erit. Facit huc omnino præceptum Dn. de Crovsaz *dans ſa Logique* Tom. II. part. IV. *Cap. I. §. V. p. 181. Dans le grand nombre de choſes dont nous cherchons la connoiſſance, il faut touiours commencer par l'étude des plus ſimples & s'y affermir auant que de entreprendre celles des plus compoſées; l'on ne doit jamais ſe hazarder à reſoudre vne queſtion auant que d'auoir connu tres-exactement les principes neceſſaires pour ſon éclairciſſement.*

** Neminem fortaſſe pigebit hac occaſione in memoriam reuocaſſe doctrinam, Iohannis Lockii quam: *De intellectu humano L. III. Cap. X. §. 4. editionis Londinenſis de anno 1701. p. 218 ſqq.* propoſuit. *Homines, quibus ab ineunte ætate vſu venit voces, quæ memoriæ traduntur & nullo negotio retinentur, prius diſcere, quam ideas complexas, quibus annexæ erant, animo comprehendiſſent, priſtinum iſtum morem per vitæ totius curriculum plerumque retinent, & quidem claras diſtinctasque ideas mentibus ſuis formare haud ſatis laborantes, verba adhibent ad eas quas habent incertas & confuſas notiones ſignandas, & quidem ſatis habent iisdem cum aliis vocibus vti; perinde quaſi ſono ipſarum idem ſemper ſenſus neceſſario ſubeſſet. Etiamſi hoc ſatis eſt ad vitæ communis vſus, vbi rationibus hominum conducit ab aliis intelligi, & pro-*

& proinde ad illud ſignorum adiumento vtuntur: Tamen cum voces, quas proferunt hoc modo ſignificationis plane ſunt expertes, neceſſe eſt, vt quoties de opinionibus quas amplexantur, aut rebus quæ ad commoda ſua attinent controuerſia oritur, inſtitutus ſermo multi ſtrepitus inanis & loquacitatis ſine ſenſu refertiſſimus ſit, præſertim in rebus mores ſpectantibus; hic etenim, cum voces plerumque idearum multitudinem denotant ad hominum arbitrium congeſtarum non in natura ſibi inuicem conſtanter cohærentium, ſoni illarum inanes tantum cogitatione ſæpe comprehenduntur, ſaltem obſcuræ valde incertæque notiones ad eas attexuntur. Homines voces approbant quæ apud vicinos communi ſunt in vſu; atque ne forte quæ iis ſententia ſubiecta ſit ignorare videantur, fidenter eas vſurpant, certæ ſignificationis earum prorſus ſecuri; quo pacto, præter operæ compendium, illud etiam lucrifaciunt, quod ſicut in eiuſmodi ſermonibus vere rariſſime loquuntur, ita ſe in errore verſari haud facile conuincantur; & quidem ſi quis eos erroribus expedire conaretur, quorum errores & vaga ſententia eſt, illi ſimiliter faceret, qui erronem, qui ſedem ſtabilem & domicilium certum non habet, domo exturbatum iret. &c.

XXXVI.

Cognitis propoſitionum terminis ſimplicioribus de horum nexu & cohærentia iudicandum. In hoc enim doctrinæ noſtræ veritas & omne fundamentum requieſcit.

Et ex clara demonſtratione conuenientiæ aut diſconuenientiæ, quæ eſt inter terminos iſtos, poſtea formantur axiomata certa & euidentia, quibus vniuerſum naturalis iuſti ſyſtema inædificatum eſt methodo, quam dicunt, mathematica. * Nam diſtinctæ rerum omnium definitiones ad normam rectæ rationis compoſitæ, heic in probandis axiomatibus idem officium præſtare queunt atque numeri & figuræ ſcientiis mathematicis. ** Nec enim maiori certitudine demonſtrari poterit, totum omnibus ſuis partibus æquale eſſe, quam, quod tibi non vis fieri neque alteri faciendum eſſe. Vnde patet hanc diſcendi rationem maximum hoc commodum ſecum trahere, vt, qui eadem rite vtuntur, nunquam incerti fluctuent, ſed firmo talo conſiſtant. ***

* Quæ illuſtri THOMASIO *Inſtit. Iuriſprud. diu. Diſſert. proœm.* §. 23. naturaliſſima videtur. De ordine vero procedendi prudentiſſime ſubiicit: *Quoniam vero ad ſingulas propoſitiones ſaltem duo termini pertinent, adeoque aliquod tædium parere ſolet, ſi omnium terminorum definitiones continua ſerie tradantur, ac porro propoſitionum connexio non ita bene videatur oſtendi poſſe ſi plura axiomata in vna linea proponantur; putaui iſta duo incommoda commodiſſime me euitare poſſe, ſi definitiones & axiomata miſcerem & ſingulis propoſitionibus ſubiecti & prædicati definitiones præmitterem, vel mox ſubiunge-*

gerem, ipſa autem axiomata perſpicue connecterem incipiendo a primo aliquo principio ac inde deducendo reliqua per modum concluſionum.

** Proinde laudatus ſæpe LOCKIVS L. III. C. XI. poſtquam §. 15. demonſtraſſet; quomodo ſingulæ ideæ in moralibus occurrentes definiri debeant. §. 16. ſubiicit: *Hinc eſt, quod probabile mihi videtur, res in morali philoſophia aque ac Matheſi demonſtrari poſſe: Rerum etenim qua vocibus moralibus deſignantur determinata eſt eſſentia: atque ita rerum ipſa conuenientia aut repugnantia ſciri certiſſime poteſt; in hoc vero perfecta cognitio poſita eſt. &c.* & §. 17. *Hae vero hic obiter, vt oſtenderem, quam maximi momenti illud inſtar obtinet, vt homines in omni diſquiſitione, iis præſertim quæ circa mores verſantur, propriam vocis vniuscuiuſque vim definitione declararent: Cum ſcientia morali hoc lucis tantum allatum ſit. Hoc ſi quis aſpernabitur, is parum ingenuus ſaltem dicendus eſt: Definitio enim vnica eſt ratio, per quam verborum moralium propria ſignificatio noteſcit; hoc tamen modo ſenſus illorum certo adeo ſciri poteſt, vt nullus controuerſiæ locus ſit relictus. Quare generis humani ignauia & pertinacia excuſationem non habet, ſi quæ in morali, non iis magis ſint luculenta & perſpicua quæ in naturali philoſophia traduntur. &c.*

*** Tamen pro modo cognitionis humanæ quæ erroribus obnoxia eſt. Nam quemadmodum mathematici ſi de cubo aiūt globo auri aut

alio quouis corpore loquuntur, hanc ideam in ſe quidem claram nonnunquam corpori, ad quod neutiquam ſpectat, per errorem tribuere poſſunt; ſic etiam contingit, vt idea rectitudinis inconvenienter actionibus nonnullis iungatur, & vice verſa, quod rectum eſt, pro illicito habeatur. Hoc ipſum autem per præcipitantiam vel docentis auctoritatem aut receptam neque ſatis examinatam hypotheſin innumerasque alias cauſas fieri experientia toto die commonſtrat. Neque tamen propterea certitudini doctrinæ noſtræ quid decedit, quia Meuius vel Titius intellectus ſui lumine hic & nunc non recte fuerunt vſi, ſtant enim principia rectæ rationis immota, quibus iſti ad meliorem mentem adducantur. Quod etiam agnoſcit D. KLEPPERBEIN ſcripto iam laudato n. 8. p. 8. *Zum Theil ſind die Gedancken eines Menſchen vnd die geſunde Vernunfft ſehr von einander vnterſchieden; Allermaſſen ein vernünfftiger Menſch ſehr thœrichte Gedancken zuweilen haben kan, deſſen ohngeachtet er dennoch ſeine geſunde Vernunfft behelt, vnd wenn ihm Vorſtellung geſchiehet, die vernünfftigen Vrſachen des Gegentheils manchmahl flugs, manchmahl doch zuletzt nach Proportion ſeiner natürlichen Fæhigkeit, ob nehmlich das iudicium bey ihm geſchwind oder langſam iſt, begreiffet, vnd ſolches alles ſeiner angebornen allgemeinen Vernunfft gemæß findet.*

XXXVII.

De propoſitione aliqua fundamentali

quæ

quæ omnia Iuris naturalis præcepta compendio in ſe complectatur, vt facili & perſpicua ſubſumtione deduci in eamque reſolui poſſint, cuius veritas ex ſolo rationis lumine innoteſcat, ac a quolibet, quamcunque circa religionem habeat perſuaſionem, admittatur; plurimi operoſe admodum fuerunt ſoliciti. * Non tamen eſt cur in veſtibulo huius ſtudii perveſtigatio iſtius principii nos diu detineat: ne dum generale illud axioma omnis noſtræ ſcientiæ fundamentum conſtituimus, magis de ordine, quo ſingulas propoſitiones particulares ex eodem deducamus, quam de ipſa rerum natura cogitemus. Ita enim nosmet ipſos libertate ſentiendi & ratiocinandi facile priuamus, ad minimum ſtudia noſtra moramur. Certe ipſa rerum, quæ huius ſunt conſiderationis, contemplatio rite inſtituta, certiſſimas ſimpliciſſimasque propoſitiones breuiſſima via ſuppeditabit. Cogita DEVM, omnium rerum optimum Creatorem, ſapientiſſimumque vniuerſi huius moderatorem, ſi ſanus es mente, ſtatim videbis, obſequium, quod tanto Numini debes, ſupremam omnium actionum tuarum legem & vniuerſæ ſocietatis humanæ normam eſſe, ſecundum quam tuum Creatorem colas, tuæ conſeruationi, temperanter viuendo, ſtudeas & officia aliis hominibus, qualicunque in ſtatu cum iſtis vi-

vas, debita, ſocialiter viuendo, exhibere tenearis.

* Confer. KVLPISII *Colleg. Grotian. Exer. I. §. IV. ſqq.* add. REIMMANN *l. c.*

XXXIIX.

Atque hæc omnium legum naturalium ſumma eſt, vnde qualescunque concluſiones ratio noſtra deriuare poterit. Hæ autem omnes eo tendant, vt mens ægra naturaliter ac tot morbis præiudiciisque corrupta ſanetur, veraque ſapientia ac recte viuendi ratione, ſeque in varias officiorum humanarum ciuiliumque partes diſpenſandi notitia imbuatur. * Multum autem hic iuuabit vſus & exercitatio, ** ſi, dum naturali iuri ſtudemus, crebro in caſus quotidie obuenientes, vel quos hiſtoriarum monumenta nobis ſuggerunt, oculos mentis conuertamus, iisdemque placita iuris naturalis cum iudicio applicare annitamur. Inprimis autem propriæ actiones ſecundum hæc præcepta ſunt dirigendæ, ita enim non ipſi ſolum de rectitudine atque vtilitate eorundem certi euademus, ſed & alios noſtro exemplo facilius emendabimus.

* Vid. ANDREÆ ADAMI HOCHSTETTERI *Collegium Puſendorfianum Exercitat. I. §. XXIII.*

** HERTIVS *de Iuriſprud. uniuerſali in genere* §. *XXIII.*

XXXIX.

XXXIX.

Optime quidem rebus ſuis conſulunt, qui de Materiis ad ſtudia ſua ſpectantibus, qua fieri poteſt modeſtia, cum commilitonibus ſermones miſcere ſolent, eo fine vt ſi quæ dubia remanſerint, hæc ſibi inuicem eximere & in vera ſententia ſemetipſos confirmare annitantur. Abſit tamen diſputandi pruritus &, quod ſæpe oſtentandi ingenii cauſa ſuſcipiunt, paradoxorum dogmatum patrocinium. Hoc quippe efficit, vt ad intempeſtiuam auctorum diuerſa ſentientium lectionem dilabantur, atque animis nondum ſatis præparatis contrarias ſententias tractantes, confuſas ideas forment, ſibique ipſis imponant, tempus, atque ingenii neruos fruſtra impendendo.

XL.

Rectiſſime autem faciunt, qui Doctori fideli & erudito ſub ſtudiorum horum initium conſtanter adhærent, eiusdemque ductum ita ſequuntur, vt ſaniora dogmata addiſcant, eadem propria animaduerſione confirment, & acri meditatione ſibi propria reddant. Tum demum ſi volupe erit, absque ſeductionis periculo aliorum opera euoluere licebit, ſiue vt meliora inde excerpant, diuerſasque tractandi methodos cognoſcant, aut, ſiquidem e re viſum fuerit, ſtabiliendæ veritatis cauſa, ſolidis rationibus, a quibus tamen aculeorum virus

abeſſe iubeant, ipſi meliora docentes, quæ ſiniſtre impie & aduerſus rectam rationem alibi dicta ſunt, refutare poſſint.

XLI.

Tandem, quia vtplurimum iis, qui diſcendæ Iurisprudentiæ cauſa hodie in Academias mittuntur, certus terminus præfigi ſolet, intra quem curſum ſuum, quem vocant, Iuridici ſtudii abſoluant; etiam hoc loco temporis maxime habenda ratio. Neque enim ſufficit perſpicue, plene atque ſolide hoc ſtudium Iurisprudentiæ vniuerſalis tractaſſe, ſed vlterius & illud, ſi recta via incedere velimus, requitur; vt breuitati conuenienter ſtudeamus: ne maleuolis huius doctrinæ obtrectatoribus calumniandi anſam præbeamus, ac ſi excolendo iure naturali, ciuile obumbraretur ac negligeretur, vniusque incrementum diminutio alterius exiſteret. ſed quemadmodum Ius naturale ad ciuile vltro, quaſi manu, ducit, ac præparat animum futuri Iureconſulti inſtruitque, & a diuinis ad humana, ab vniuerſalibus ad particularia naturali quodam ordine dimittit; ita & nos hanc normam ſecuti, poſtquam ſolida naturalis iuſti principia hauſimus, ſtatim omnibus ingenii viribus hoc agamus, vt his quaſi fulcris particularium Iurium ſcientiam inædificemus. Hæc enim quaſi canalis quidam exiſtit, cuius ductu vniuerſalium dictatorum riuu-

riuuli in ſingula ſocietatis humanæ ac ciuilis membra deriuantur. Eadem hæc ratio eſt, cur in præſentia tractatio noſtra ad particularium Iurium fontes præceps devoluatur.

CAPUT II.

DE

IVRISPRUDENTIA ROMANA ANTE IVSTINIANEA.

I.

Leges Romanæ in Germaniæ foris vſum obtinentes, vel a vetuſtate repetitæ ſunt, vel Iuſtinianum auctorem habent. Vtræque huius Imperatoris cura in certam quidem formam fuerunt redactæ & coniunctim propoſitæ, ſingulæ tamen vt rite intelligi & applicari queant, ſeparatim conſiderandæ veniunt. * Ex iſtarum quippe confuſione innumeri ferme næui Iurisprudentiam omni tempore inuaſerunt. ** Ab his, vt liberemur diſtincta & accurata tractatione opus eſt. ***

* *Cum enim ius illud, in quo interpretando occupamur, Iuſtinianeum, tam ex variis partibus, iuriumque ſpeciebus, quæ in veteri Romana Republica ſenſim exſtiterunt, compoſitum, inde-*

que tot antiquitatis formæ, vt ſic loquar, figuræque paſſim toto iure noſtro contineantur ac obuiæ ſint, quid vtilius iuuentuti, quam illas pernoſſe, eoque vt hanc notitiam conſequantur, eas fideliter & quam dilucidiſſime repræſentari? Quid præſtabilius, quam compendio peruidere totam vetuſtatem, ſeriem omnium magiſtratuum, rationem regiminis iuriumque maieſtatis a primis vsque ad extrema tempora, inſtituta varia ad reipublicæ adminiſtrationem pertinentia, admirandas conuerſiones earumque cauſas, denique innumera, quæ exhibuit potentiſſima Reſpublica, ſapientiæ, prudentiæ, fortitudinis, grauitatis, conſtantiæ, fidei, iuſtitiæ, temperantiæ cunctarumque virtutum, neque minus crudelitatis, profanitatis, ſuperbiæ, perfidiæ, ambitionis, pertinaciæ, ambitus, iniquitatis, luxus exempla, horumque omnium tam felicia tum infauſta & vindictam Numinis monſtrantia conſectaria? ſcribit GERHARDVS COCCEIVS *in præfat. Commentarii ad Tit. Pandectarum de orig. Iuris.* Et antiquitates iſtas a Iuris Profeſſoribus honeſte ignorari non poſſe, quia obſcuriorum locorum in ff. & C. occurrentium ſenſum, adhibitis licet longioribus interpretum commentariis, ſine earundem notitia nemo niſi diuinando adipiſcitur; monuit IANVS VINCENTIVS GRAVINA *Origin. Iur. ciuil. præfat. ad cupidam Legum iuuentutem.*

** Vid. THOMASII *Nauorum Iuriſprud. ante-Iuſtin. libri duo.*

*** Conſentit laudatus GRAVINA l. c. poſſe

vе-

vetuſtatis notitia obſcuros atque perplexos ſenſus expediri, atque barbarorum interpretum notari lapſus. *Multa enim in iure tradendo*, addit ibidem: *peccarunt illi, quæ notata ſunt ab eruditis, multosque in forum errores intulerunt ignoratione morum, legumque vetuſtarum, ac temporum, quorum notitia hiſce prabetur originibus: quas Tribonianus, cum ſuo tempore paterent omnibus, parum in poſterum proſpiciens, reliquis ſubtraxit ætatibus: atque illis abſciſſis, tanquam ademto capite, totoque iuris corpore diſſoluto, conciſi cadaueris membra poſteris reliquit.* Idem dicit M. AVRELIVS GALVANVS *de vſufructu, in præfatione ad Papinianiſtas, Lytas Prolytasque Italos.*

II.

Igitur temporis ſeruata ſerie prius de legibus ante Iuſtinianum latis diſpiciendum. Sed & hæ pro diuerſitate ſtatus Romani variant. Proinde quænam quouis tempore illius reipublicæ facies fuerit? * Quid legislatores, vt diuerſa ſtatuta conderent, commouerit? ** principio ſtatim inueſtigare oportet, ſi legis mentem, verumque ſenſum penetrare optamus.

* Notum quippe eſt illud politicorum brocardicon, leges conuenire debere vnicuique ſtatui, quo mutato & iſtas mutari neceſſum eſt. aliæ enim leges conueniunt Regno, aliæ Ariſtocratiæ, alæ denique Democratiæ. vid. CONRING *de Rat. Stat. §. XIX.*

** Cer-

** Certe verba legum antiquarum aliquando clara ſunt, nec tamen mens earundem & ſententia ſatis percipi poteſt, niſi cauſam propter quam ſcriptæ ſunt indagare valeas. Vnde CELSVS *in l. 17.* ff. de LL. notat: *Leges ſcire, non eſt verba tenere ſed vim ac poteſtatem.* Et ANTONIVS FABER *in Rational.* ad hanc legem ſubiicit: *Vis & poteſtas legis plerumque aut maior aut alia eſt quam verba præ ſe ferant: eamque vim & poteſtatem niſi quis bene teneat, vix eſt, vt de lege illa poſſit reſpondere, ſi quando aliqua opus ſit interpretatione, cum ratio legis, quæ vix vnquam verbis exprimitur, potiſſimum ſpectanda ſit, vt ſciatur an ad caſus poſtea emergentes verba legis trahi poſſint.*

III.

Triplici autem mutatione Roma oculis noſtris ſiſti poteſt: primo ſub regibus, deinde libera republica, & tandem ſub imperatoribus. Hic vero auctorum fide dignorum notitia ad recludendos fontes ceu clauis inſeruire poterit. Circa iſtos ergo merito primus noſter labor verſatur.

IV.

Infantiam Imperii Romani ſub regibus fuiſſe, præter Tacitum * alii Romanæ Hiſtoriæ ſcriptores teſtantur. Inprimis Florus, & quos ad eundem annotauit Camers, quorum agmen ducunt Liuius & Dionyſius Halicarnaſſenſis & qui vitas Regum ſcripſit Plutarchus; quibus accedit

ex

ex recentioribus diſputatio Bœcleriana, cui titulus, Roma ſub ſeptem Regibus. in qua omnium ſeptem Regum Hiſtoria ex collata Liuii & Dionyſii lectione proponitur. Addendæ ſunt Marci Zuerii Boxhornii diſſ. politicæ de Imperio Romano, quibus eruditas notas adiecit Ioan. Schmidelius.

* *Annal. l. I. c. I. & Annal. l. III. c. 26. Nobis Romulus*, inquit: *vt libitum imperitauerat.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *L. X. in print. editionis ; quæ opera & ſtudio* FRIDERICI SYLBVRGII *Francofurti 1586. prodiit. p. 627. Quamdiu regnatum eſt in vrbe, Regum arbitrio lites dirimebantur; quod tunc erat pro legibus.*

V.

Leges Regiæ potiſſimum conſeruationem ſtatus monarchici reſpiciebant. Huius autem validiſſimum fulcrum apud Romanos hoc tempore erat ſuperſtitio. vnde non mirum, quod etiam ipſi Reges de ſacris ordinandis & falſo Deorum cultu pluſcula ſanciuerint. Tandem quia Imperium per turbas & diſſidia ciuium peſſum ire ſolet, & hoſtibus ad idem euertendum fores aperiuntur, de ſtabilienda concordia & pace publica priuataque peculiaribus legibus cautum erat.

VI.

Quæ diximus nunc ipſis rerum argumentis confirmanda veniunt. Quæſo, quorſum referenda ſingularis illa Romuli mo-

modeſtia, qua cum iam Rex creatus eſſet, reſpondit: delectari ſe quidem iſto hominum iudicio, quod dignus regno ſit habitus, non tamen aſſumturum ſe eum honorem antequam Deus auſpicio certo comprobauerit: niſi, vt, ſubſecuto, poſt mactatas rite victimas votaque Ioui regi & cæteris diis, quos coloniæ Duces fecerat, peracta, felici ſigno, diuinæ voluntatis interprete, pro quali fulgur, quod peractis precibus a ſiniſtris ad dextra emicuiſſe ferunt, habebatur: * ſuorum animos eo certius firmiusque ſibi deuinciret, regiæque maieſtati eo magis proſpiceret. Hæ vero cum ex voto cederent, primæ legi regiæ materiem præbuerunt, quam Romulus nouus Rex conſtituit: ne quis regnum aſſumeret magiſtratumue iniret, niſi & DEVS idem probaret, quæ ſublata licet Monarchia, quia ſtabiliendæ potentiæ admodum commoda videbatur, in conſulum, Imperatorum ceterorumque magiſtratuum legitimorum comitiis obſeruata fuit. **

* Fuſius rem narrat DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *Antiq: Rom.* L. II. p. m. 80.

** Teſtatur hoc Idem l. c. p. 81.

VII.

Secunda Romuli legislatio poſt tribuum & curiarum inſtitutionem, atque diſtinctionem ciuium in patricios & plebeios præſcripſit quid vtrisque his faciendum eſſet;

ſet: vt patricii ſacra curarent, magiſtratus gererent, ius redderent, ſecum rempublicam adminiſtrarent, res vrbanas obirent: plebeii vero ab his negotiis immunes, (quippe qui talium imperiti eſſent, nec vacare per inopiam eis poſſent) agros colerent, pecora alerent, exercerent quæſtuoſa opificia; ne ſeditiones orirentur. Hinc patriciorum patrocinio plebeios commendauit, optione cuique e vulgo data, vt quem vellet, Patronum ſibi legeret, * graviſſima hac ſanctione addita, ſei Patronos clienti fraudem faxit, ſacer eſtod. ** h. e. confictum huius criminis, cuius fas eſſe, vt diti ſacrum, interficere. ***

*Dionysivs Halic. l. c. p. 83.

** Hoc legis regiæ fragmentum Servivs ad Virgilii L. VI. Æneid. verſ. 622. *aut fraus innixa clienti.* citat. Ex lege inquit XII. tabularum venit, in quibus ſcriptum eſt. *Si Patronus Clienti fraudem fecerit.* Sed idem Romulo in MSC. Seruio adſcribi, adſtipulante Calpvrnio Pisone *de continentia veterum Poëtarum L. I.* obſeruauit diligentiſſimus antiquitatum harum ſcrutator Pavlvs Mervla *de Legibus Romanorum Cap. II. p. m. 31.* vbi, ſi priſcorum verborum luculentam aucs ſcire interpretationem, quæ tuo deſiderio ex aſſe reſpondent, inuenies.

*** Per legem Romuli quam de proditoribus ſanxit. Dionysivs Hal. l. c. p. 84. in fin.

Mos

Mos enim erat Romanis, quos vellent impune occidi, eorum corpora deuouere DEO cuipiam præcipue diis inferis. Quantum hoc ipſo amicitia & beneuolentia mutua inter patronos creuerit, eodem loco prolixis laudibus, celebratur. *Adeoque ab his initiis ex auctoritate Romuli firma Romanis coaluit concordia, vt per DCXX. annos nunquam ventum ſit ad ſanguinem & cædem mutuam, multis licet ac magnis inter plebem & honoratos exortis controuerſiis de republica*, ibidem ſubiicitur.

VIII.

Tertio Deorum cultum hic Rex inſtituit, fabulas de ipſis a maioribus traditas, probra eorum continentes ac crimina, improbas cenſuit, iisdemque repudiatis ad bene & præclare de Diis ſentiendum & loquendum ciues induxit, nihil eis affingi paſſus, quod beatæ illi naturæ parum eſſet conſentaneum. Adeo vt ſeminaria & initia probatiſſimæque de cultu deorum leges ſoli Romulo tribuantur. Quin & cetera præclara inſtituta, per quæ Romani felicitatem ſuam retinuerunt tot ſeculis, ad eundem referuntur vt auctorem legum honeſtarum & vtilium, quarum ſcriptæ quædam, pleræque ſcriptis mandatæ non ſunt. In hanc claſſem referenda conſtitutio, qua mulierem nuptam, quæ iuxta ſacras leges conueniſſet cum viro, participem eſſe omnium bonorum & ſacrorum voluit. Hæc com-

communio primi & ſacri quondam habiti cibi, farris, atque fortunæ quamuis optimæ a communi farre nomen inuenit, farracia, vinculum efficiens inſolubile, nec vlla res tale matrimonium dirimere poterat. Vxor marito ſine liberis inteſtato mortuo ex aſſe ſicut filia ſuccedebat, cum liberis ex æquo. Si peccaſſet vxor, pœnam luebat ex mariti læſi arbitrio. De huiusmodi criminibus cognati cum ipſo cognoſcebant, in quibus erat violata pudicitia, & ſi deprehenſa eſſet vinum bibiſſe mulier, nam vtrumque damnauit Romulus vt delictorum muliebrium maxima: ratus ſtuprum deſperatæ audaciæ principium eſſe, temulentiam vero ſtupri. Sequuntur leges quibus patriam poteſtatem confirmauit ampliauitque. Romanus enim legislator omnem poteſtatem patri dedit in filium, idque toto vitæ tempore ſiue in carcerem eum detrudere, ſiue flagris cedere, ſiue vinctum ablegare ad ruſtica opera, ſiue necare libeat; etiamſi filius tractet rempublicam, etiamſi Magiſtratus geſſerit maximos, etiamſi ſtudii erga rempublicam laudem ſit promeritus. Porro & hoc patri datum vt terna filii venditione pecuniam quærere poſſet, in quo liberi deterioris conditionis erant quam mancipia, ſeruus enim ſemel venditus deinde libertatem adeptus, in poſterum ſui Iuris eſt. Filius vero a patre venditus, ſi

liber fieret, rurſus ſub patris poteſtatem redigebatur. Iterum quoque venundatus, & liberatus, ſeruus vt ante patris erat: poſt tertiam demum venditionem eximebatur e patris poteſtate. Hæc lex in duodecim tabularum quartam a decemuiris poſtea relata fuit. *

* De his ſingulis legibus aliisque Romuli inſtitutis legendus DIONYSIVS HALIC. *l. c. p. 94. ſqq.* PLVTARCHVS *in Quæſt. Romanis quæſt. XXVII.* de murorum ſanctitate legem Romuli citat, de qua & vid. *l. vlt. ff. de Rer. Diuiſ.* LIVIVS *Hiſt. L. I. Cap. VIII.* inſtitutum ius aſyli recenſet. Ex his aliisque optimæ notæ ſcriptoribus hanc vetuſtatis legalis particulam magna ſolidioris doctrinæ laude explicauit laudatus modo PAVLVS MERVLA *de Legibus Romanorum Cap. II. & ſqq.*

IX.

Alter Romanorum Rex e Sabina gente electus Numa Pompilius, imperium a Legatis Romanorum ſibi oblatum initio recuſauit, tandem ſuaſu fratrum & hortationibus Patris, Pomponis Pompilii, poſtquam ad extremum augures quoque fauſta ſibi diuinitus oblata eſſe ſigna affirmarent, idem aſſumpſit. Totus pacis artibus intentus ciuitatem optimis inſtitutis ornaſſe fertur. Cuncta vero quæ promulgauit ſcita credulæ gentis Romanæ ſuperſtitioni ſuperpoſuit. Familiariter enim ſe cum Dea Ege-

ria verſari ſub initium regni iactitabat, vt conficta hac religione deuincti ciues leges ipſius velut ex auctoritate Deorum latas libentius admitterent. * Hinc variis inteſtinorum motuum tam inter Patres quam plebem procellis ſedatis, cultum exauxit, & quicquid legum ac conſuetudinum a Romulo traditum accepit, immotum reliquit. vbi vero ab illo quid animaduertit prætermiſſum, de ſuo addidit, multas areas iis aſſignans diis quibus nulli dum honores tributi eſſent, multa etiam templa & aras erigens, attributo ſuo cuique Numini feſto, & inſtitutis qui ſacra curarent Sacerdotibus, latisque legibus permultis de caſtimonia, de ceremoniis, luſtrationibus, ceteroque cultu & honore Deorum. Romulum ſub Quirini nomine coli voluit. Omnia vero quæ ad religiones & ceremonias pertinent, Numa octo libris complexus eſt, ſecundum ſacrorum claſſes. Harum primam tradidit Curionibus, ſecundam Flaminibus, tertiam Tribunis celerum, quartam occupabant Augures, quintam Virgines Veſtales, quas Numa primus ſacrorum miniſtras eſſe iuſſit eisdemque templum apud Romanos conceſſit. Sexta pars legum ad religiones pertinentium attributa erat iis quos Romani vocant ſalios, qui ſacra in palatio celebrabant Palatinorum cognomine choreis &

hymnis armatos DEOS venerantes. qui non confundendi cum Agonalibus ſiue Collinis Saliis poſt Numam inſtitutis a rege Hoſtilio. Septima ſacrarum legum pars dicata erat collegio fecialium ** quos Græci εἰρηνοδίκας dicerent. Cuius ſacri Magiſtratus itidem Numa primus auctor extitit. Vltima in ſacris ordinibus ab hoc Rege inſtitutis, eſt claſſis maximi apud Romanos Sacerdotii. ***

* Rationes atque modum quibus hoc figmentum Romanis perſuadere conatus eſt recenſet DIONYSIVS *Halic. l. c. p. 122.*

** FESTVS *L. VI. Feciales*, inquit: *a faciendo dicti. Apud hos enim belli paciſque facienda ius eſt.* Et PLVTARCHVS *in Numa. Feciales pacis cuſtodes ſunt & ab re ipſa nomen adepti. Controuerſias enim verbis ſedabant, quum non permitterent prius militare, quam omnis iudicii ſpes abſciſſa eſſet.* Munera Fecialium deſcribit DIONYSIVS l. c. p. 131. *Longum autem eſſet recenſere omnia Fecialium officia, quæ permulta ſunt, ſed in ſumma ſunt hæc: cauere ne Romani vlli fœderatæ ciuitati iniuſtum bellum inferant. Quod ſi qua prior contra fœderis conditiones aliquid commiſerit, legatos agere, & verbis primo ius ſuum repetere. Quod ſi dedignetur facere poſtulata, tum vero bellum ratum habere. Itidem ſi qui a Romanis illatam ſibi contra fœdus querantur iniuriam, cauſſam eorum cognoſcere; & ſi iure queri comperiantur, ſontes comprehen-*

ſos

ſos læſis dedere. Iudicare item de legatorum iniuriis; & dare operam vt religioſe ſeruentur conditiones fœderum: pacem etiam conficere, aut, ſi iuxta ſacras leges non eſſe facta videatur, irritam reddere. Præterea ſi quid Imperatores contra iuriſiurandi, & fœderum leges patrauerint, cognoſcere atque expiare &c. Add. PLVTARCHVS l. c, VARRO L. IV. de vita pop. Rom. NONIVS MARCELL. *Feciales apud veteres Romanos erant qui ſancto legatorum officio, ab iis qui aduerſum populum Romanum aut rapinis aut iniuriis hoſtili mente commouerant, pignora facto fœdere iure repetebant; nec bella indicebantur, quæ tamen pia vocabant, priusquam fuiſſet id fecialibus denunciatum.* Præſes huius Collegii ſiue Fecialis Maximus dicebatur Pater patratus. In huius appellationis cauſſas inquirit PLVTARCHVS *in quæſt. Rom. qu. LXIII. Vel quod & liberi reuereantur, & timeant genitores, vel quod ſint perfecti vt ipſum nomen ſonat. Patratum eſt eſſe quaſi perfectum & abſolutum: perfectiorem autem eſſe, qui viuo patre Pater eſſet factus: vel quod iuriſiurandi & pacis præſidem oportet ſimul prorſum & retrorſum videre, id vero maxime præſtare poſſe eum, qui & filium habeat, de quo conſulter, & Patrem qui cum deliberet.* Præcipuum Fecialium munus erat bellum indicere teſte VARRONE *de vita Pop. Rom. L. II.* Clarigare in ſpecie veteribus dicebantur, quando res repeterent, vnde PLINIVS

vs *L. II. C. II. Clarigatum* exponit, *res raptas clare repetitum.*

*** Singulas ſacrorum claſſes recenſet Dionysivs Hal. l. c. fuſius exponit Pavlvs Mervla *de Sacerdotibus Romanorum* vbi ſolida plane eruditione veterum huc facientia teſtimonia cumulat, atque huic tractationi inſignem lucem affundit.

X.

Porro & alias leges publice priuatimque vtiles promulgauit Numa. Et quidem de terminandis prædiis lege cauit, vt ciues contenti propriis aliena non concupiſcerent. Proinde vnum quemque iuſſit ſuas poſſeſſiones circumſcribere, ac in finibus ſtatuere lapides, quos Ioui terminali ſacros eſſe voluit, vnde Terminalia * Romanorum ortum trahunt. Si quis autem terminos transferre aut tollere auſus fuiſſet, eius caput lege lata deo terminali deuouit, interfectori ipſius tanquam ſacrilegi impunitate promiſſa & puritate a ſcelere. Hoc non ſolum Iuris erat in priuatorum poſſeſſionibus, verum & in publicis, vt Romanum agrum a vicinarum vrbium agris terminales dii diſcernerent, & publicum a priuato. Tandem & fidem publicam introduxit, eidemque tanquam nouæ diuinitati templum ſacrauit, aſſignatis ex ærario ſacrificiis quemadmodum cæteris diis. Eo quidem fine vt publicus ciuitatis

mos

mos in fide hominibus conſtanter ſeruanda, priuatorum etiam hominum mores ad idem ſtudium progreſſu temporis conformaret. ** Plures quoque conſtitutiones atque ordinationes politicas eundem compoſuiſſe vero ſimile eſt. ***

* Sic appellabant Romani feſtum, quo Diis terminorum tutelaribus, auctore Numa Pompilio, in ſolenni cœtu quotannis ſtato die rem diuinam faciendo, ſacrum honorem exhibere ſoliti fuerunt. DIONYSIVS l. c. p. 133. add. DN. STRVVII *ſyntagma antiquitatum Romanarum Cap. IX. p. 429.* *Feſtus* inquit: *Termino ſacrificabant, quod in eius tutela fines agrorum eſſe putabant: denique Numa Pompilius ſtatuit eum, qui terminum exaraſſet, & ipſum & boues ſacros eſſe.* PAVLVS MERVLA *de ſacrificiis Romanorum Cap. X. p. m. 83. ſqq.* etiam hanc materiam ex variis antiquitatum antris feliciſſime eruit.

** DIONYSIVS *l. c. p. 134.* LIVIVS *Hiſt. L. I. C. XXI.*

***. Huc referendum præter alia, quod dies faſtos & nefaſtos fecit: quia aliquando nihil cum populo agi, vtile futurum erat. LIVIVS *l. c. Cap. XIX.* Item diuiſio regionum in pagos quibus ſingulis ſuos magiſtros præpoſuit, qua de vid. DIONYSIVS *ſub finem Lib. II. p. 135.*

XI.

Tullus Hoſtilius tertius Romanorum Rex beneficiis magis quam ſuperſtitione ciuium animos ſibi conciliauit * Sed bel-

bellorum ſtrepitu præpeditus ** multas in republica nouas leges haud ſancire potuit. Interim notatu dignum quod ſub hoc rege occaſione parricidii, quo Horatius ſororem interemerat, populus Romanus primum capitalis iudicii poteſtatem nactus ſit. *** Et propter victoriam quam trigemini Romani Horatii aduerſus conſobrinos trigeminos Albanos Curatios reportarunt, lex ſancita, iubens, vt quoties naſcantur trigemini alimenta ex publico vsque ad puberbertatem accipiant. ****

* Rem ſic narrat DIONYSIVS *L. III. p. 137. Hic Rex a facto longe munificentiſſimo imperium auſpicatus, deuinxit ſibi vniuerſam operariam & egenam plebeculam. Superiores reges agrum habuerant magnum & vberem ex cuius reditibus & ſacra Diis faciebant & domi victitabant ſplendide; Primum Romulus, qui eum iure belli parauerat; deinde Numa Pompilius, qui, cum ſine liberis deceſſiſſet Romulus, per ſucceſſionem fruendum acceperat: habebaturque non publicus ſed propria Regum ſors & poſſeſſio. Eum Tullius permiſit diuidi viritim inter Romanos inopes, profeſſus patrimonium ſibi ſufficere in ſacrificia ſumptusque domeſticos. Sed & cælium collem vrbi adiunxit: vbi quotquot Romanorum lare caruerant, adepti quantum ſufficeret ſpatii, ædificabant, Rege quoque eodem in loco habitante.*

** Sic LIVIVS L. I. C. XXII. inquit: *Hic non ſolum proximo Regi diſſimilis, ſed ferocior etiam*

etiam Romulo fuit. Tum ætas viresque, tum auita quoque gloria animum ſtimulabat. Seneſcere igitur ciuitatem otio ratus, vndique materiam excitandi belli quærebat.

*** Dionysivs Halicarnassensis *l. c. p. 159.* Livivs *L. I. C. XXVI.*

**** Dionysivs *l. c. p. 160.*

XII.

Ancus Martius ſacra atque ciuilia Numæ inſtituta hactenus neglecta in vſum reuocauit. * L. Tarquinius priſcus præter bella quæ geſſit ſplendidis potius ædificiis quam nouis legibus vrbem exornare ſategit. ** Vtrosque tamen hos Reges conſtitutiones inprimis politicas promulgaſſe ex hiſtoriarum circumſtantiis vero videtur ſimile. Interim per turbas bellicas & Regum conniuentiam Patricii antiquiores leges in fauorem plebis latas ferme proculcarunt. *** Aſt Seruius Tullius, cui initio regiminis patricii, quaſi callidis machinationibus ipſe ſibi poteſtatem regiam illegitimo modo aſſeruiſſet, iniquiores erant; vt ope plebis Imperium, de quo abrogando iſti iamiam cogitarant, retineret, ad promerendum huius fauorem & ſubleuandos inopes adiecit animum. Ære alieno grauatis, propter inopiam vero non ſoluendo exiſtentibus, de ſuo pecuniam promiſit, qua creditoribus ſatisfacerent. Præter alia popularia edictum regium propoſuit, vt

omnes qui publicum agrum priuatim vſurpaſſent intra certum diem eo decederent; & ciuium, qui nulla ſortiti eſſent prædia, deferrentur ad ſe nomina. Et quod præcipuum eſt, leges Romuli & Numæ Pompilii vetuſtate neglectas reſtituit, & nouas ipſe tulit. **** Huc referendæ quinquaginta leges quas de contractibus & iniuriis ſanxit. † Neque in eo tantum ad plebem fauendam viſus eſt procliuior, quod Senatus ac Magiſtratus potentiam moderatus eſt, verum etiam quod de regia poteſtate detraxit dimidium. Cum enim priores Reges ad ſe reuocarent iudicia omnium litium, & de omnibus criminibus tam ad priuatas iniurias quam ad rempublicam pertinentibus ſuo more decernerent, ille ſeparauit hæc, læſæque reipublicæ criminum ſe fecit iudicem, priuatarum perſonarum querelas ad alios relegauit iudices, quibus leges a ſe conditas ceu limites ac regulas præſcripſit, quas ſequerentur in iudiciis. †† Quæcunque vero ab anteceſſoribus rite fuerunt conſtituta potius omnino euertere quam vel tantillum prouehere ſtuduit vltimus Romanorum Rex L. Tarquinius ſuperbus, qui contempta plebe, contemptis etiam patriciis per quos ad regnum prouectus fuerat, confuſiſque legibus ac moribus patriis & omni decoro corrupto, quo ciuitas ſub prioribus Regibus

bus floruerat, principatum in manifeſtam vertit tyrannidem. †††

* DIONYSIUS *Halic. L. III. p. 178. Cumque his ac ſimilibus verbis omnium animos a bellis ad magnum quietis ſobriæ induſtriæ ſtudium perduxiſſet, convocatis deinde pontificibus ſumptos ab eis commentarios quos Numa de ſacris conſcriptos reliquerat, tranſcripſit in tabulas, & in foro propoſuit legendas quibuslibet; quæ tandem vetuſtate ſunt abolitæ nondum enim in vſu erant columnæ æreæ: ſed in quernis tabulis incidebantur tam leges quam ſacrorum ritus: quæ tabulæ poſt exactos Reges rurſum in publicum vſum reuocatæ ſunt per ſummum Pontificem C. Papirium. Porro cum ſacra neglecta reuocaſſet, vulgus otioſum ad ſua quemque opera ablegabat.*

** Sed & ſelectos ex omni plebeiorum numero viros centum patricios fecit ob bellicam virtutem atque propter ciuilis prudentiæ teſtimonium in ſenatorum numerum cooptauit. DIONYSIUS l. c. p. 199. Forum vbi ius redditur concionesque fiunt & cetera ciuilia negotia peraguntur ab illo rege ornatum eſt, officinis circumdatum & ceteris ornamentis publicis. Mœnia vrbis prægrandibus lapidibus ad regulam ſectis exſtruxit. Locos ſpectaculorum ſplendidiores redidit, eosdemque ita adaptare curauit, vt centum quinquaginta millia ſedentium ſpectatorum caperent. Idem *p. 200. ſqq.*

*** De

*** De hoc legi merentur elegantiſſimæ orationes Seruii Tullii adpud DIONYSIVM *L. IV. p. 214. ſqq.*

**** Idem *l. c. p. 216.*

† Idem p. 218. de his legibus agunt verba p. 245. ibid. *Nam leges a Tullio ſcriptas quæ ius æquum faciebant vtrique ordini nec ſinebant a Patriciis (vt ante) plebeios circumueniri in contractibus, omnes ſuſtulit.* Tarquinius nempe ſuperbus.

†† Videtur huc reſpexiſſe TACITVS *annal. L. III. C. XXVI.* quando ſub capitis finem inquit: *ſed præcipuus Seruus Tullius ſanctor legum fuit queis etiam Reges obtemperarent.*

††† DIONYSIVS *L. IV. p. 244.* LIVIVS *L. I. c. 49.*

XIII.

Sed in recenſendis legibus iſtis regiis plures eruditi operam ſuam collocarunt.* Pomponius in l. 2. ff. de O. I. earundem primum collectorem facit Papirium, ** vnde leges regiæ Papiriani iuris nomen ſortitæ ſunt. Commentarium huic operi adieciſſe Granium Flaccum Paulus auctor eſt. *** Sed vtrumque opus cum ipſis legibus periit.

* Dum ex antiquitatis naufragio aliquas ſaltem tabulas & fragmenta producerent. Reliquis palmam præripere conatus eſt FRANCISCVS BALDVINVS ICtus Gallus, aſſerens octodecim Romuli leges ſe habere ex columna quadam antea

tea Romæ in capitolio erecta. vid. IACOBI GOTHOFREDI *Manuale Iuris parte altera bibliothecam iuris ciuilis Romani exhibente, Cap. I. n. I.* Hinc annotata ad leges iſtas Romuli Balduinus publicauit, confer. GEORG. SCHVBARTVS *de fatis Iuriſprudentiæ Romanæ Exercit. I. §. XXXIII. p. 64.* Sed mero figmento omnia iſta ſuſtineri, ex hiſtoriarum monumentis pateſcit. Alii vero præter pauciſſima ipſarum legum verba, quæ ad nos venerunt, earundem præcipue ſententiam inter reliqua Regum geſta ſcriptoribus probatiſſimis obſeruatam, conſignarunt. In hunc ordinem referendi, IVSTVS LIPSIVS, FVLVIVS VRSINVS, (quorum collectanea Dionyſio Halic. ſubiunxit in editione ſua Francofurtenſi FRIDERICVS SYLBVRGIVS.) PAVLVS MERVLA *de Legibus Romanorum* aliique GOTHOFREDO & SCHVBARTO locis citatis laudati.

** De mira Diſſenſione auctorum circa huius viri prænomen & alia huc ſpectantia erudite tractat CHRIST. ADAMVS RVPERTVS *ad enchiridion Pomponii de origine Iuris L. I. cap. III. p. 53. ſqq.* SCHVBARTVS *l. c. §. XL. ſqq.*

*** *In lege 144. ff. de V. S. Granius Flaccus in libro de Iure Papiniano.* Quem ipſum Granium Flaccum Licinianum allegari a Feſto Arnobio, quin & Macrobium L. III. *Satur.* C. II. locum integrum ex hoc iure Papiniano apponere, obſeruauit IACOBVS GOTHOFREDVS *l. c.*

XIV.

Poſt Regifugium * ſecutus in Republica

lica eſt ſtatus popularis, & Imperium Conſulum. ** Sub cuius initium Regibus omnis quidem recuperandi Imperii ſpes ademta.*** Sed leges Regiæ, quatenus huic rerum ſtatui conueniebant, adeo non exoleuerunt, vt potius de nouo in Rempublicam, tanquam popularia inſtituta, plures earundem vſu & obſeruantia fuerint reuocatæ, quæ ſequioribus etiam temporibus pleniſſimam vim ſuam obtinuerunt. ****.

* Florvs *L. I. C. VII.* de Tarquinio ſuperbo inquit: *Tamdiu ſuperbiam Regis populus Romanus perpeſſus eſt, donec aberat libido. Hanc ex liberis eius importunitatem tolerare non potuit. Quorum cum alter ornatiſſimæ Feminæ Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedecus ferro expiauit. Imperium tum Regibus abrogatum.* Plures facti circumſtantias congeſſit Dionysivs Halicarnassensis *L. IV. p. m. 261. ſqq.* Livivs *Hiſt. L. I. c. 57. ſqq.* Dies vero quo Romani a Regis iugo fuerunt liberati poſtea quotannis feſto celebrando tranſigebatur, Ovidivs,

Nunc dicenda mihi Regisfuga, traxit ab illa,
Sextus ab extremo nomina menſe dies.

Festvs *Regifugium*, inquit: *dies notatur in faſtis VI. Calendas Martias, vt ait Verrius.* Et Avsonivs *in Ecloga de feriis Romanis verſ. XIII.*

Nec Regifugium pulſis ex vrbe Tyrannis
Lætum Romanis fas reticere diem.

Erant adhuc duo Regifugia Romæ cognita, vnum

vnum a Régis ſacrorum ex foro vel comitio fuga dictum, alterum ipſis Kalendis Iunii celebrabant, ſed de his videndus PAVLVS MERVLA *de ſacrificiis Romanorum Cap. X. p. m. 85. & cap. XIV. p. 112.*

** Significanter & in compendio rem narrat FLORVS *L. I. Cap. VIII. Igitur Bruto Collatinoque Ducibus & auctoribus, quibus vltionem ſui moriens matrona mandauerat*, POPVLVS ROMANVS *ad vindicandum libertatis & pudicitiæ decus, quodam quaſi inſtinctu Deorum concitatus Regem repente deſtituit, bona diripit, agrum Marti ſuo conſecrat*, imperium in eosdem libertatis ſuæ vindices transfert *mutato tamen & iure & nomine. Quippe ex perpetuo annuum placuit, ex ſingulari duplex, ne poteſtas ſolitudine vel mora corrumperetur, conſulesque appellauit pro Regibus, vt conſulere ſe ciuibus ſuis debere meminiſſent.* Neſcio autem quid mouerit BOXHORNIVM *vt in Diſſert. VIII. de imperio Rom.* §. IV. diceret: *Qui igitur vel Ariſtocraticam vel Democraticam imperii formam tum cœpiſſe ſtatuunt, egregie falluntur; vel Monarchia hæc dicenda eſt, vel ſtatuendæ plures quam Monarchia, Ariſtocratia & Democratia ſpecies rerumpublicarum.* quippe præter locum adſcriptum ex Dionyſio & Liuio conſtat omne Imperium conſulare a populo peti & impetrari debuiſſe. Appoſite CICERO: *Maiores noſtri ita Magiſtratus annuos crearunt, vt Conſilium Reipublicæ præponerent ſempiternum, deligerentur*

tur autem in id conſilium ab vniuerſo populo, *aditusque in illum ſummum ordinem, omnium ciuium induſtriæ pateret.* Idem confirmat lex P. Valerii Poplicolæ quam primo libertatis anno tulit. Huius enim legis capite primo cautum fuiſſe notant ſcriptores, *vt aduerſus omnes magiſtratus ad populum libere prouocaretur*, altero, *ne quis magiſtratus ciuem Romanum aduerſus prouocationem verberaret, aut vocaret, aut pecunia multaret:* deinde, *ne quis imperium haberet*, niſi cui a populo datum eſſet, *adiecta capitali pœna.* Ea vero quæ a ſenatu ſolo agebantur, præuio vniuerſi populi, tam patriciorum quam plebis, conſenſu ita placuerant. Nam & ius belli in hac eadem populi poteſtate fuiſſe Scriptores Romani vnanimi conſenſu aſſerunt. Sed tractationem ampliorem eorum, quæ hic tradimus, PAVLVS MERVLA *de legibus Romanorum Cap. III.* ſuppeditabit. Vnum hic adiiciam, L. Tarquinium, qui & ipſe expellendorum Regum auctor fuerat, ob id dignitate conſulari ornatus, propter ſolum nomen & genus regium, cui aliquantulum fauebat, non tantum conſulatu, ſed etiam vrbe eiectum fuiſſe, ſubſtituto in eius locum P. Valerio Poplicola, condocentibus hoc ſcriptoribus romanis ſupra iam laudatis.

*** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *L. V. p. m. 277. Poſthæc luſtrata vrbe cæſisque victimis primi ipſi* (Conſules) *ſuper extis ſtantes iurarunt, nunquam ſe reducturos ab exilio regem Tarquinium, neque eius filios, neque illorum*

rum

rum poſteros: regem Romæ poſthac creaturos neminem, neque creari paſſuros. atque hæc pro ſe proque ſuis liberis ac poſteris iurauerunt.

**** Secus plane ac POMPONIVS vel quicunque alius auctor *l. 2. ff. de orig. Iur. §. 3* ſcribit: *Exactis deinde Regibus lege Tribunicia omnes leges hæ exoleuerunt.* Diſertis enim verbis theſin noſtram firmant dicta DIONYSII HALIC. *L. V. p. 278. Leges enim Tullii de contractibus humanas admodum & populares, quas in vniuerſum Tarquinius ſuſtulerat, reuocauerunt in vſum: & ſacrificia, quæ tam in vrbe quam in agris communi cœtu ab vrbanis & paganis fieri ſolebant, rurſus ea diligentia qua ſub Tullio iuſſerunt peragi. reddiderunt eis etiam ius comitiorum & ſuffragiorum de rebus maximis; ceteraque omnia iuxta priſcas conſuetudines facere permiſerunt.* Et quid clarius illis MARCELLI traditis *in l. 2. ff. de mortuo inferendo. Negat lex Regia* (nempe Numæ Pompilii) *mulierem, quæ prægnans mortua ſit, humari, antequam partus ei excidatur: qui ſecus fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videtur.* Denique inſtituta Romuli de patria poteſtate & alia eiusmodi, duraſſe ad poſteriora tempora euidens eſt. Imo pleraſque Regum Romanorum leges in XII. tabulas relatas, præter Dionyſium, teſtantur CVIACIVS obſeruat. L. III. C. 40. & SCALIGER *in caſtigat. in Feſtum.* ROSINVS antiq. Rom. *L. VIII. C. V. in fin.* add. GERH. COCCEIVS ad laudatum Pomponii paragraphum.

P XV.

XV.

Sed turbatiſſimus, qui hac tempeſtate ortus eſt, reipublicæ Romanæ ſtatus & contraria plane patriciorum & plebeiorum ſtudia * plurimis inſtitutis & legibus, pro diuerſarum partium ſingulari vtilitate inter ſe mire diſcrepantibus, anſam præbuiſſe deprehenditur. Namque primum in fraudem legis Valeriæ, ** ad decipiendam plebem patricii Dictatorem, qui commodis ipſorum inſeruiret, iſtam vero ſupprimeret, aſſentiente fraudis ignara plebe conſtituerunt. *** Hic dignitate aſſumta mox magiſtrum equitum ſibi creauit. **** Aſt cognitis patriciorum malis artibus, * ſuperbiæ atque contemtus erga paupertatem plebeiorum velamentis, tandem Sicinio Belluto inſtigante raptis ſignis hi a conſulibus defecerunt, ſeceſſione in montem ſacrum facta. ** Neque prius cum patribus in gratiam redierunt, quam proprium magiſtratum ſacroſanctum, Tribunos *** nempe plebis & ædiles **** plebis ipſis concederent.

* Et quidem, quantum ex Liuii & Dionyſii Halicarnaſſenſis collatione aſſequor, hæc talia fuerunt; vt patricii regimen Ariſtocraticum quouis modo ſtabilire contenderent, huic enim fini omnes eorundem conatus debebant inſeruire. iura populo in vniuerſum a Regibus iam conceſſa, lege inprimis Poplicolæ aucta & confirmata

mata heic impedimentum erant haud leue, iſtas aperta vi tollere vires ſuperabat, ſecutæ ergo tot clandeſtinæ inſidiæ, quibus mox reipublicæ diſcrimen, nunc iuſtitiæ ordinisque politici ſtudia & ſexcenta alia prætexentes Patricii, plebem omni libertate & iuribus ſenſim ſenſimque exuere ſategerunt. At contra plebs libertatis ſuæ tenaciſſima ſemel iterumque iſto artificio detecto, poſtea hoc vnum agebat, vt a Patriciorum machinationibus ſibi caueret, vnde conſtans diffidentia & mutua harum partium odia, quovsque hic ſtatus liberæ reipublicæ perdurauit, romanam rempublicam miſere diuexarunt. quod quidem crebræ ſeceſſiones, fœneratorum iniquitates, & deteſtabiles iſtæ forenſium actionum ambages ſatis ſuperque faciunt teſtatum.

** Hanc refert DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *L. V. p. m. 292.* eiusdem tenorem nos §. ſuperiori adſcripſimus.

*** Occaſionem creandi huius magiſtratus pete ex DIONYSIO *L. V. p. 327. ſqq.* verba vero quæ noſtram theſin illuſtrant ex p. 333. ſq. huc tranſcribere iuuat. *In hoc rerum ſtatu Senatus diſpiciens, quo pacto effici poſſet, ne quas amplius res nouas moliretur populus, decreuit conſulari poteſtate in præſens ſublata, alium Magiſtratum creare penes quem belli pacisque & omnium aliarum rerum plena poteſtas eſſet, & a quo conſiliorum factorumque rationem repoſcere non liceret, ei ſemeſtre tempus præſtitutum; quo exacto conſules reipublicæ gubernacula reciperent. Vt*

autem ad depellendum tyrannorum bellum ſponte ſubirent tyrannidem, inter alias præcipue cauſa fuit lex Valeria quam ante diximus latam a Poplicola conſule; quæ non permittebat conſulibus vt ante cauſæ dictionem pro ſuo arbitratu, ſupplicium de quopiam ſumerent: facta reis poteſtate, vt antequam ad ſupplicium ducerentur, ad populi iudicium prouocare liceret; Et tantiſper, dum populus de ipſis ſuffragia tuliſſet, tam bona eorum quam corpora in tuto eſſent: eum vero, qui contra hanc legem feciſſet, impune liceret occidere. Itaque videbatur manente hac lege ad nulla munia per magiſtratus cogi poſſe inopes: nimirum ſublato metu ſupplicii, quod non ex re nata ſumi poterat, niſi populus ſuo calculo reum condemnaſſet: ceſſante vero lege, neceſſario iuſſa facturos. Et ne obſiſterent pauperes ſi quis legem propalam violaret, decreuit Senatus in rempublicam introducere poteſtatem tyrannicæ parem, omnibuſque legibus ſuperiorem. Atque ita conſcripſit eiuſmodi Senatus conſultum quo latenter & inopes circumuenirentur; & lex Valeria quæ libertatem eorum tuebatur, eneruaretur. Fuit autem tale: Largium & Clœlium conſules & ſi quis alius magiſtratu aliquo aut publico munere fungeretur, poteſtatem deponere: vnum autem virum a Senatu electum, populique ſuffragiis, approbatum, habere ſemeſtrem poteſtatem rerum omnium, ampliorem quam ſit conſulum. Hoc quid ſibi vellet non ſatis intelligentes plebeii, Senatus conſultum ratum fecerunt: quamuis maior

ior eſſet huius magiſtratus poteſtas quam legitime tyrannidis; ſimulque Senatui permiſerunt vt priuato conſilio magiſtratum illum legeret. Mox ſollicite agitatum in Senatu de viro ad hoc idoneo. &c. Cumque hæc omnia, quæ requirebant adeſſe viderent alteri conſulum T. Largio &c. (LIVIVS L. II. Cap. XVIII. T.Lartium vocat.) *Hic primus omnium Romæ Monarcha deſignatus eſt, cum plenaria belli ac pacis omniumque aliarum rerum poteſtate; & Dictator appellatus.* add. St. PIGHIVS *in annal. Romanorum ad ann. v. c. 253.*

**** DIONYSIVS l. c. p. 338. *Ergo mox vt magiſtratum iniit equitum magiſtrum creauit Sp. Caſſium, qui conſulatum geſſerat circa Olympiadem ſeptuageſimam. qui mos vſque ad noſtram ætatem ſeruatur a Romanis; nec vllus hucuſque dictator Imperium abſque magiſtro equitum geſſit.* add. LIVIVS *l. c.*

* Inprimis inde a tempore Dictaturæ L.Cornelii Syllæ. DIONYSIVS *l. c. p. 340. Sed Patrum ætate, elapſis a Dictatura T. Largii annis circiter quadringentis, odioſa res viſa eſt omnium mortalium iudicio, quando L. Cornelius Sylla primus & ſolus acerbe crudeliterque ea vſus eſt; vt tum primum ſentirent Romani quod ſuperioribus temporibus ignorauerant, dictaturam eſſe tyrannidem.*

** De hac ſeceſſione eiusdemque cauſis vid. DIONYSIVS L. VI. p. 371. ſqq. LIVIVS *L. II. C. XXXII.*

*** DIONYSIVS l. c. p. 409. inprimis hic notanda quæ p. 410. obſeruauit: *Plebs in eas quæ tunc erant, tributa curias, annuos Magiſtratus creauit L. Iunium Brutum, & C. Hicinium Bellutum quos & antea duces habuerat; & præter hos C. & P. Licinios, & Sp. Icilium Rugam. Hi quinque primi Tribunitiam poteſtatem acceperunt quarto die ante Idus Decembres; quemadmodum fit & noſtro tempore: &c. Brutus vero concione aduocata plebi vt cum magiſtratum ſacroſanctum & inuiolabilem eſſe decerneret, lege in hoc lata & iureiurando addito quo confirmaretur hæc ſecuritas. Placuit hoc omnibus lexque ab eo & collegis ſcripta eſt hæc: Tribunum inuitum nemo, vt vnum e vulgo, quidquam facere cogito; nec verberato, nec alium verberare iubeto: ſi quis contra fecerit, ſacer eſto. Et ne in poſterum plebi poteſtas eſſet abrogare hanc legem, ſed perpetuo maneret immobilis, adacti ſunt omnes ciues iurare per ſacra omnia, vtique hac lege in ſempiternum vſuros & ſe & poſteros; additaque imprecatio, vt eius obſeruatoribus ſuperi & inferi eſſent propitii: transgreſſoribus vero a diis & dæmonibus accideret contrarium tanquam grauiſſimo obſtrictis piaculo. Indeque mos apud Romanos obtinuit, vt tribunorum corpora ſacroſancta ſint.* Et LIVIVS *L. II. C. XXXIII. Agi deinde de concordia cœptum, conceſſumque in conditiones, vt plebi ſui eſſent magiſtratus ſacroſancti quibus auxilii latio aduer-*

verſus conſules eſſet; neue cui Patrum capere eum magiſtratum liceret.

**** DIONYSIVS l. c. p. 411. *Vbi vero & vrbanis Diis gratias ac ſacra perſoluerunt, impetrata ſui magiſtratus confirmatione a Patriciis, petunt inſuper a Senatu, permitti ſibi vt quotannis duos e plebe viros deſignent, qui tribunis ſubminiſtrent, quidquid opus ſit; & lites, quas tribuni eis commiſerint, iudicent: ædiumque ſacrarum, locorum publicorum atque annonæ curam habeant. Hoc quoque per Senatum conceſſo, creauerunt quos tunc miniſtros & collegas ac iudices tribunorum appellabant: nunc vero ab officiorum vno vernacula lingua Ædiles (id eſt ſacrarum ædium curatores) vocant, poteſtatem habentes alterius magiſtratus miniſtram, vt antea.*

XVI.

Poſthæc inteſtinæ ſeditiones plebis aduerſus patricios ſæpius recruduere. * Tandem cum Tribuni plebis viderent, Patriciorum vires ac eminentiam exinde potiſſimum augeri, quod certis legibus æqualitatem ciuium ſuffulcientibus non adſtringerentur, ius in virorum poteſtate præditorum præiudiciis maxima parte conſtaret, perpauca ſaltem in ſacris libris haberentur, quæ vim legum obtinerent: & horum ipſorum ſcientia penes ſolos Patricios eſſet, ** qui propterea imperitum vulgus facili opere circumuenire poſſent: ***

Non melius ſuæ cauſæ conſuli poſſe arbitrati ſunt, quam ſi certæ leges componerentur omnis iuris menſuram exhibentes. **** Hoc ipſum quidem ægerrime tulerunt Patricii, † Tribunorum propoſita nunc palam, nunc vero clandeſtinis ſtratagematibus politicis, †† irrita reddere conati; his tamen non obſtantibus tribunorum ſententia ſucceſſum feliciorem obtinuit.

* Quemadmodum literis conſignauit DIONYSIVS HALIC. paſſim, velut L. VII. p. 428. 433. L. VIII. 537--548. 553. 556. ſqq. tandem L. X. p. 627. idem ex LIVII libris duobus prioribus videre eſt.

** Sic DIONYSIVS ſub initium libri X. p. m. 627. docet: *Turbabatur enim rurſus* (plebs) *a ſuis tribunis aſſerentibus nihil eſſe liberæ reipublicæ conuenientius quam æquum ius agendi de republica: eoque volebant omnia tam priuatim quam publice ex legum præſcripto geri, nondum enim erat apud Romanos ius æquum omnibus ciuibus, nec omnibus ex æquo dicendi poteſtas erat, nec in tabulas relata erant iura omnia: ſed olim quamdiu regnatum eſt in vrbe, regum arbitrio lites dirimebantur, & quod iuſtum illi iudicaſſent id erat pro lege. Translato deinde a regibus ad annuos conſulatus Imperio, inter cetera officia regia, iuris quoque reddendi munus ad eos deuenit: ita, vt quacunque de re orta eſſet inter ciues controuerſia, illi de iure reſponderent. Id ius maxima ex parte conſtabat virorum poteſta-*

te

te præditorum præiudiciis; & perpauca in ſacris libris habebantur, quæ legum vim obtinerent, & horum ipſorum ſcientia penes ſolos erat patricios, quod hi ſoli in eius cognitione verſarentur. At promiſcuum vulgus, quod negotiationibus & agriculturæ operam dabat, nec niſi mercatus gratia per interualla in vrbem veniebat prorſus imperitum erat rerum talium.

*** Hinc etiam tribuni Conſulibus, nouum inſtitutum hoc improbantibus, reſpondent; nihil ſe indignúm maioribus nihil indignum aut noxium moliri, quippe qui bonas leges & æquabilem ſui iuris tuendi poteſtatem introducere cuperent: ſed conſules & patricios ſeditionis auctores fore, qui legum confuſionem & immoderatam eminendi libidinem in vrbe fouerent, tyrannicosque mores affectarent. DIONYSIVS l. c. p. 619.

**** Hoc patet ex rogatione de decem viris & legibus quam tribuni miſſis altercationibus & expoſtulationibus Patriciorum propoſuerunt. Eiusdem capita hæc erant: *Decem viros legitimis comitiis a populo eligi, qui ætate ac prudentia præſtantes, honoris quoque atque bonæ exiſtimationis rationem haberent maximam. Eos viros leges de omnibus negotiis tam priuatis quam publicis conſcribere, & conſcriptas ad populum referre: hasque leges in foro poni; vt quid annuis magiſtratibus & priuatis ciuibus inter ſe iuris eſſet, ceu limites definirent.* Idem ibid.

† Et ipſi conſules, Senatus & reliqui ciues

qui plurimum in vrbe poterant, nihil non quotidie tentarunt, ne id fieret, neue ex legum præſcripto rempublicam adminiſtrare cogerentur. Quamobrem crebro Senatus habitus, conciones pene continuæ, vtriusque partis magiſtratibus nihil intentatum relinquentibus. teſtis eſt DIONYSIVS l. c. p. 627. ſq.

†† In horum numero eminet C. Claudii conſulis, acerrimi plebeiorum antagoniſtæ, vaframentum fallaciſſimum. Huius Collega Valerius, poſtquam plebem ad fidelem operam, adverſus Herdonium rebellem tum capitolium occupantem, Reipublicæ præſtandam eſſet hortatus, iuramento promiſerat: ſi plebs cum patriciis alacriter id bellum ſuſciperet, & res vrbanæ in integrum reſtitutæ eſſent, permiſſurum ſe tribunis vt legis de æquali iure cœptam rogationem ad populi iudicium ferrent; daturumque operam vt in ſuo conſulatu plebiſcita ad finem perducerentur. Ipſe autem Virgilius hac expeditione occubuit. Finito bello tribuni a ſuperſtite conſule, quæ Collega Valerius in pugna interemptus de lege ferenda promiſerat, poſtulant; Claudius vero ne promiſſis ſtare cogeretur, nunc luſtrationibus vrbis, nunc ſacrificiis ad agendas diis gratias; interdum etiam ludis & ſpectaculis oblectans populum, negotium hoc protraxit aliquandiu, tandem conſumptis omnibus tergiuerſationibus, opus eſſe dixit, vt alius in defuncti locum ſubrogaretur, quod enim a ſe vno ageretur, nec legitimum, nec ratum

tum futurum : quod vero ab ambobus, id demum & legitimum futurum & pondus habiturum. Hac cauſatione nil aliud egit, niſi vt tribunos repelleret & collegam nanciſceretur iisdem partibus fauentem L. Quintium, qui, dum pleraſque cauſas ex æquo & bono diiudicaret, tota die pro tribunali ſedens, facilemque, lenem, & humanum ſe præbens iis, qui ad cauſam dicendam venirent. Plauſibilem reddidit optimatium potentiam, vt pauperes, ignobiles & alioquin humiles a potentioribus preſſi, tribunos non requirerent. Nec novas leges de Iure æquando deſiderarent; ſed præſenti reipublicæ ſtatu, in quo bonæ leges ita vigerent, contenti ac læti eſſent. Sed in his & id genus aliis patriciorum technis recenſendis prolixus eſt DIONYSIVS *l. c. p. 640. ſqq.* Quæ ſimul confirmant ea, quæ paulo ante de diuerſis romanorum ſtudiis diximus, & ipſius ſtatus arcana quam luculentiſſime produnt. Hæc vero noſſe, tyronibus eo inſeruiet, vt de plurimis Romanorum inſtitutis, fallaciarum pleniſſimis, rectius quam vulgo fieri ſolet, ſentire diſcant.

XVII.

Namque Sp. Tarpeius & A. Terminius Conſules A. V. C. 300. cum viderent Patres impediendo nihil conſequi præter odium & invidiam, & eos, qui patrum cauſſas promptiſſimis animis agerent, priuatim male mulctari, * tum aliis obſequiis plebem delinierunt, tum Senatus conſultum de legatis

gatis in græciam petendarum legum cauſa mittendis fecerunt, quo per plebiſcitum confirmato deſignati ſunt qui a græcis leges peterent, ** Sp. Poſthumius, Seruius Sulpicius, A. Manlius, iis triremes ex ærario inſtructæ ſunt, additusque ceterus ornatus pro maieſtate Imperii Rom. His, elapſo anni ſpatio e Græcia reuerſis, *** mox Tribuni plebis conſules adierunt poſtulantes, vt ex S.C. Legumlatores crearentur, quod tamen non niſi poſt varias patrum tergiuerſationes **** tandem obtinuerunt. Nunc demum ex Ap. Claudii ſententia Tribunis approbata, placuit decemuiros eligi e Senatus primoribus: eorum annuum eſſe Imperium, ex eo die quo creati fuerint; & penes eos eſſe rerum ſummam vt modo penes conſules, & olim penes reges. Interim ceſſare omnes magiſtratus ceteros, donec rurſum iuxta leges creati fuerint. Eosque decemuiros tum priuatas controverſias dirimere, tum Reipublicæ tutelam adminiſtrare. * Sequente anno V.C. 303. decemuiri gubernaculis ciuitatis aſſumptis ** leges tum ex Græcorum Iure, tum e Patriis conſuetudinibus conſcriptas in decem tabulis propoſuerunt cuilibet cognoſcendas. *** Proximo vero anno Appius nouus decemuir cum collegis ſuis, quæ legibus iſtis deeſſe videbantur, in duas tabulas coniectis, **** has prioribus addidit,

dit, vnde ius duodecim tabularum enatum eſt.

* Nam non ita pridem Siccius Tribunus plebis T. Romilio conſuli pro concione diem dixit, eumque apud populum publicæ iniuriæ cauſam iuſſit dicere. Eodem nomine C. Veturium L. Halienus ædilis arripuit. Priori mulcta pecuniaria aſſium decem millia omnium tribuum ſuffragiis irrogata; poſterior quoque pecunia mulctatus eſt aſſium XVM. Hæc conſiderantes præſentis anni conſules, haud leuiter ſibi timuerunt, caueruntque ne idem ipſis poſt conſulatum a plebe accideret. Quare nihil diſſimulantes rempublicam aperte ad plebis fauorem adminiſtrare perrexerunt. DIONYSIVS *L. X. p. 673.* LIVIVS *L. III. C. XXXI.* idem notat. ea tamen differentia, vt, quem nos cum Dionyſio A. Terminium diximus, ille *A. Aterium* vocet: in Plinii & Gellii codicibus *A. Thermus* legitur. Sigonius in Scholiis Liuianis adnotat, vetuſtos libros Liuianos habere *Tercinium.* Alii aliter notante FRID. SYLBVRGIO ad Dionyſium proxime laudatum p. 673

** Ita DIONYSIVS l. c. qui p. ſequente ſubiicit: *Primum itaque centuriatis comitiis lex lata eſt; Licere omnibus magiſtratibus ſuæ poteſtatis læſæ reos mulctare: nam antea ſolis conſulibus id licuerat. Mulctæ tamen modus, non mulctantium arbitrio relictus eſt, ſed ab ipſis præfinitus; ne ſcilicet mulcta quantumuis grandis, duos boues & triginta oues excederet. Quæ lex diu*

diu ſeruata eſt apud Romanos. *Deinde ad Senatum retulerunt de legibus quos Tribuni in omnes æque Romanos ferri, atque in perpetuum obſeruari ſummopere cupiebant.* *Dictæ ſunt variæ & quidem a proceribus in vtramque partem ſententiæ: ſed vicit Romilii ſuffragium, quod contra omnium tum patriciorum tum plebeiorum opinionem populi magis quam optimatium partibus fauit.*

*** Hoc factum ſub finem anni V.C. 300. ſecundum illa DIONYSII *p. 676.* vbi, poſtquam de legatione hac dixiſſet, addit: *atque ita annus exiit.* LIVIUS *L. III. C. XXXI. miſſi, inquit: legati Athenas Sp. Poſthumius Albus, A. Manlius, P. Sulpitius Camerinus. Iuſſique inclitas leges Solonis deſcribere & aliarum Græciæ ciuitatum inſtituta, mores, iuraque noſcere.*

**** Cum enim neſcirent quomodo aſſiduis obnixisque precibus obtundentes ablegarent, ægre ferentes iſtam importunitatem, nec volentes optimatium potentiæ officere, honeſto prætextu rem diſtulerunt; inſtare comitiorum tempus, deſignandosque ſibi prius eſſe conſules: quod futurum eſſe perbreui, deſignantes vero conſſ. vna cum illis ſe relaturos ad ſenatum de legumlatoribus. Hinc ſolito maturius habitis comitiis conſſ. deſignarunt Ap. Claudium & T. Genucium, vt poſita omni reipublicæ cura, quaſi ad alios iam pertinente, mentem amplius tribunis adhibere non cogerentur, ſed reliquum conſulatus tempus eo facilius fallerent. Sed &

Col-

Collegæ Menenii morbo vſus Seſtius, quaſi ipſe dimidiata poteſtate nihil poſſet agere, tribunorum preces eludebat, in nouos magiſtratus differens. DIONYSIVS *l. c. p. 678.*

* Idem *p. 679.* LIVIVS *L. III. C. XXXII. Iam redierant legati, cum Atticis legibus. eo intentius inſtabant Tribuni, vt tandem ſcribendarum legum initium fieret. Placet creari decemviros ſine prouocatione, & ne quis eo anno alius magiſtratus eſſet. Admiſcerenturne plebeii, controuerſia aliquamdiu fuit. Poſtremo conceſſum patribus, modo ne lex Icilia de Auentino, aliaeque ſacratæ leges abrogarentur.* & c. XXXIII. *Anno trecenteſimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab conſulibus ad decemuiros, quemadmodum ab regibus ante ad conſules venerat, translato imperio.*

** DIONYSIVS l. c. p. 680. Ibidem & nomina decemuirorum leguntur hoc ordine. Appius Claudius, & T. Genucius (qui in ſequentem annum deſignati conſules fuerant) cumque his P. Seſtius eius anni Conſul, & tres legati qui a græcis leges attulerant, P. Poſthumius, Ser. Sulpicius, A. Manlius; & vnus ex ſuperioris anni conſulibus T. Romilius, qui accuſante Siccio damnatus a plebe, poſt auctor popularis ſententiæ fuerat: ex reliquo deinde Senatu C. Iulius, T. Veturius P. Horatius. (LIVIVS l. c. cap. XXXIII. Curatium vocat.) An conſulares omnes, ſicvt vult Dionyſius, dubitat SYLBVRGIVS ad h. l. Ex dictis elucescit quanta ſit *ἀνιςορησία* Pomponii

nii vel cuinſuis alius in *l. 2. §. 4. ff. de O. I.* dicentis: *Poſtea ne diutius hoc fieret: placuit publica auctoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur leges a græcis ciuitatibus & ciuitas fundaretur legibus &c.* niſi tamen dicere velis figuratam hic eſſe orationem, qua per ellipſin, ſed ſatis grandem, momenta iſta hiſtorica ſubintelligantur. Vereor autem ne aliis hoc ridiculum videatur. Pluribus hæc exequitur RVPERTVS ad h. l. p. m. 75. ſqq. quem vide.

*** Hinc populum ad concionem aduocauerunt, & quod bonum, fauſtum felixque reipublieæ, ipſis, liberisque eorum eſſet, ire, & legere leges propoſitas iuſſere. Se quantum decem hominum ingeniis prouideri potuerit, omnibus ſummis infimisque iura æquaſſe. plus pollere multorum ingenia conſiliaque. Verſarent in animis ſecum vnamquamque rem, agitarent deinde ſermonibus: atque in medium, quid in vna quaque re plus minusue eſſet, proferrent. Eas leges habiturum populum romanum quas conſenſus omnium, non iusſiſſe latas magis quam tuliſſe videri poſſet. LIVIVS *L. III. C. XXXIV.* Vbi vero viſæ ſunt ſat recte habere, primum Senatu coacto, nemine amplius de vlla lege conquerente S.C. de eis fecerunt: deinde conuocato ad centuriata comitia populo, pontificibus, auguribus cæterisque ſacerdotibus præſentibus & ſacra de more præeuntibus, calculos dederunt centuriis. Tum plebiſcito quoque confirmatas, & in æreas columnas inciſas, vna

vna ſerie propoſuerunt in loco fori maxime conſpicuo. DIONYSIVS *p. 681.* LIVIVS *l. c.* breuius inquit: *Quum ad rumores hominum de vno quoque legum capite edito ſatis correctæ viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ ſunt: qui nunc quoque* in hoc immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo fons omnis publici priuatique eſt iuris.

**** Ad hæc notandum eſt ex DIONYSIO *p. 681. ſq.* quod finito primorum decemuirorum annuo magiſtratu, in eorum locum noui fuerint conſtituti. videbatur enim aliquantum deeſſe legum numero, propter breuitatem temporis quo perlatæ erant. Appius Claudius ſingulari artificio auram popularem conſecutus, denuo in magiſtratu hoc retentus atque rurſum centuriatis comitiis decemuir factus eſt, & cum eo Q. Fabius Vibulanus, Conſulatu ter functus vir inculpatus hactenus: e reliquis vero patriciis ipſius Appii fauore creati ſunt M. Cornelius Maluginenſis, M. Seruilius (LIVIVS habet: M. Sergius) L. Minucius, T. Antonius Merenda, Manius Rabuleius, viri non admodum clari: ex plebe vero Q. Petilius, (ſiue vt Liuius, Pœtilius), Cæſo Duellius, (Liu. Duilius.) Sp. Oppius, quos tres Appius aſſumpſit vt maiorem ſibi conciliaret plebis gratiam: æquum dicens, magiſtratus eius qui omnibus præeſſet etiam plebem eſſe participem. altero autem hoc decemuiratus anno Appius cum collegis ſuis, legibus quæ deerant binis

tabulis conſignarunt, easdemq; prioribus adiunxerunt. Inter nouas leges & hæc erat, ne patriciis cum plebeiis licita eſſent connubia. Cauſa non alia, quam ne per mutua familiarum connubia atque affinitates coaleſceret inter ordines concordia. Hoc enim introducendæ tyrannidi ad quam Appius adſpirabat nimis videbatur incommodum.

XVIII.

Diſputant alii cuinam materiæ leges iſtæ fuerint inſcriptæ. * Noſtra vero magis intereſt illud noſſe, quid tum ſcriptum ſit, quoue ordine, quam auctoritatem obtinuit, nec non cui bono inſeruire poſſit. Complectebantur autem tabulæ non ſolum græcorum leges ** per legatos allatas, quæ ad ſtatum romanum quadrare viſæ ſunt, ſed etiam plures regias nec non ea quæ hactenus conſuetudine in republica fuerunt introducta. *** Verbis exaratæ ſunt propter autiquitatem obſcuris. **** Cuilibet tabulæ certa aſſignata argumenta † omnis iuris ſacri & profani, publici atque priuati fundamenta debebant conſtituere. Vnde ſublato licet decemuiratu †† leges iſtæ vim ſuam retinuerunt, ††† vt in iudiciis tanquam certiſſima iuſtitiæ norma adhiberentur, & plures leges ex hoc quaſi fonte a ſuperioribus legumlatoribus deriuatæ in libris Iurisprudentiæ Iuſtinianeæ occurrant, quas qui vel interpretari vel intelli-

ge-

gere cupit, niſi ad priſcas origines iſtas vsque aſcendat, inanes auras aucupari, fumum vendere ſe ſciat. Rectius ſibi conſulunt, qui excellentiſſimorum virorum huc collocatis fruuntur laboribus, quibus adiuti ſolidæ iuris ſcientiæ, ſuo nitori reſtitutæ, cum fructu ſummo & voluptate ſtudebunt.

* Eboreas fuiſſe tabulas dicit POMPONIVS *l. 2. de O. I. §. 4.* CVIACIVS primum roboreas deinde æneas, denique eboreas fuiſſe tabulas tradit. SCALIGER *Animaduerſ. in Melchioris Guilandini Papyrum* ſolas roboreas ſubſtituit ſiue ligneas. Sed quia lex Pomponii hoc paſſu fidem non meretur, rectiūs faciunt, qui ex hiſtoricorum omnium conſenſu tabulas fuiſſe æreas aſſerunt vid. RVPERTVS *ad Pompon. l. c. p. 77. ſqq.* Quamuis autem certum, iſtas leges dum conciperentur, in alias tabulas vilioris pretii antequam æri inciderentur, fuiſſe coniectas, attamen quia & hæc variant *vid. l. 52. pr. ff. de Legat. III.* quales fuerint, determinate non licet pronunciare hiſtoriarum ſubſidio deſtitutis. Interim ligneas priores has tabulas fuiſſe ſuſpicatur GERH. COCCEIVS *ad Pompon. l. c. p. m. 46.*

** Vnde Romani notitiam habuerint legum Solonis, & quales in ſpecie Græcorum leges deſcripſerint Romanorum legati, ex veſtigiorum cum ſuis fontibus conuenientia, antiquitatum Græcarum Romanarumque ope adiutus erudite docet G. SCHVBARTVS *de factis Iuriſprud. Romanæ. Exerc. II. p. 160. ſqq.*

 *** Flu-

*** Huius aſſerti fundamenta præbent, quæ PAVLVS MERVLA *De Legibus Romanorum C. VIII.* & ſqq. inculcat. vt alios legum XII. tabb. commentatores nunc taceam.

**** CICERO *de oratore L. I. plurima eſt*, inquit: *in omni iure ciuili, & in pontificum libris & in XII. tabulis antiquitatis effigies, quod & verborum priſca vetuſtas cognoſcitur, & actionum genera quædam, maiorum conſuetudinem vitamque declarant;* Et SENECA *Ep. CXIV. Multi ex alieno ſeculo petunt verba. Duodecim tabulas loquuntur.* vid. SCHVBARTVS *l. c. pag. 230. ſqq.*

† IANVS VINCENTIVS GRAVINA Tabulas hoc ordine proponit *origg. L. II. in fin.*

Tab. I. de in ius vocando II. de Iudiciis & furtis. III. de Rebus creditis. IV. de iure Patrio & iure communi. V. de hæreditatibus & tutelis. VI. de dominio & poſſeſſione. VII. de delictis. VIII. de iuribus prædiorum. IX. de iure publico. X. de iure ſacro. XI. ſupplementum V. prior. tab. XII. ſupplementum V. poſteriorum tabularum.

An vero dura nimis & acerba ſuppliciorum genera in his tabulis comprehendantur, quod vult Fauorinus contra Sextum Cæcilium apud A. Gellium Lib. XX. diſquirit SCHVBARTVS l. c. p. 236. ſqq.

†† Conſtituerant hi decemuiri ex annuo, perpetuum ſibi reddere imperium, nec vllum alium dum viuerent ad reipublicæ gubernacula ad-

admittere. Hinc valere iuſſis Patriis conſuetudinibus, ſimul & nouis legibus, neque Senatus neque populi ſuffragiis expectatis in magiſtratu permanſerunt. Ante ceteros Appius Claudius eo inſolentiæ elatus eſt, vt ingenuam virginem ſtupro deſtinaret, oblitus & Lucretiæ, & regum, & iuris quod ipſe compoſuerat. Itaque cum oppreſſam iudicio filiam trahi in ſeruitutem videret Virginius Pater, nihil cunctatus, in medio foro manu ſua eam interfecit: admotisque ſignis commilitonum, totam eam dominationem obſeſſam armis, in carcerem & catenas ab Auentino monte detraxit. FLORVS *L. I. Cap. XXIV.* Poſt abdicatum decemuiratum anno V. C. 306. Conſules iterum creati L. Valerius & M. Horatius, quorum conſulatus popularis ſine vlla Patrum iniuria, nec ſine offenſione fuit. quicquid enim liberati plebis caueretur, id ſuis decedere opibus credebant. Omnium primum; quum veluti in controuerſo iure eſſet tenerenturne Patres plebiſcitis; Legem centuriatis comitiis tulere, vt quod tributim plebs iuſſiſſet populum teneret. Sed & aliæ leges in gratiam plebis tum promulgatæ dicente LIVIO *L. III. C. LIV.* qui & de modo quo decemuiri ſua poteſtate abuſi turbas excitarunt ſibi exitiales, videndus ibidem C. XXXV. ſqq. add. DIONYSIVS HALIC. *ſub finem Lib. X & Lib. XI.*

††† Audiamus Ciceronem: *ſiue quis ciuilem ſcientiam contempletur, totam hanc, deſcriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus ac partibus,*

duodecim tabulis contineri videbitis: ſiue quem iſta præpotens & glorioſa philoſophia (Iurisprudentia) *delectat, dicam audacius, hoſce habet fontes omnium diſputationum ſuarum, qui iure ciuili & legibus continentur. Fremant omnes licet, dicam quod ſentio; Bibliotheca mehercle omnium philoſophorum, vnus mihi videtur duodecim tabularum libellus, ſi quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere & vtilitatis vbertate ſuperare.* Idem *Lib. II. de LL.* ſcribit, *quod ſe puero moris fuerit, vt iuniores illas leges didicerint tanquam carmen neceſſarium.*

*/Non quidem ſine ratione dolent eruditi iſtarum legum theſaurum periiſſe, & nihil niſi fragmenta quædam tabulasque parum cohærentes ex immani illo naufragio ſupereſſe, hinc inde apud varios ſcriptores diſperſas. Laudes tamen eximias meriti, qui in colligendis, emendandis, illuſtrandis his reliquiis ſuam operam poſuerunt. Ex veteribus Sex. ÆLIVS, SERVVS SVLPITIVS, LABEO & CAIVS easdem ſuis commentariis illuſtrarunt. Horum omnium autem vix nomina ſunt reliqua, ſcripta autem cum maxima omnium ſtudioſorum iactura interciderunt. P. MERVLA *l. c. C. VIII. p. 103.* CONRADVS RITTERSHVSIVS ἐν προλεγομένοις C. VI. data opera tabularum interpretes recenſet. Qui poſt hunc idem egerunt potiores eminent PAVLVS MERVLA atque IACOBVS GOTHOFREDVS. quorum prior Iuſti Lipſii ſucceſſor in academia Leidenſi

denſi magna perſpicuita teverſatus eſt in colligendis explicandisue decemuirorum legibus. Quidquid occurrebat vſpiam, in ſcriptoribus priſcis, ac vel nomen vel ſenſum iuris illius præferebat, tanquam fidus interpres adduxit, inque ordinem redegit. Quidquid in marmoribvs comparebat aut Lapidibus quibuscunque inſcriptis, eadem induſtria conquiſiuit. In laciniis veterum prudentum excutiendis, & cum tabulis comparandis, plane inſignis eſt. Hic vnus inſtar omnium eſto! nemo tanto iudicio digeſſit operas ſuas & idoneis vbique documentis confirmauit. Nemo feliciori ſucceſſu diſcernere valuit, quid in his ſincerum, quid ſuſpectum foret aut ſuperfluum. Nemo fiducia ſui maiore pronunciauit de ſerie tabularum. Hoc tanti viri præconium egregium ſed verisſimum publicauit SCHVBARTVS *l. c.* §. *50. p. 257. ſq.* Nec minus his temporibus noſtris de hac iurisprudentia meritus IANVS VINCENTIVS GRAVINA celebris Anteceſſor Romanus, qui *Lib. II. Origg. Iuris ciuilis* (tertia iam vice Neapoli 1714. auctius editarum, confer. *Iournal literaire Mars & Auril. 1714. p. 464.*) ex genuinis fontibus magno eruditioris orbis applauſu eandem illuſtrauit.

XIX.

Sed paucitas atque obſcuritas iſtarum legum fecit, vt plurima reſtarent plane indeciſa, quæ poſtea legali prudentum expoſitioni relinquebantur. * Inde diſputatio fori & prudentum auctoritas orta, cui iu-

ris ciuilis, & mediæ iurisprudentiæ nomen obtigit, eadem a Q. Mutio Scæuola in octo libros relata eſt. **

*Schubartus *l. c.* § *LI. ſqq.* Ill. Thomaſius *Nau. Iuriſprud L. I. C. III.*

** *Neque enim dubito*, inquit M. Aurelius Galvanus *de vſufructu Cap. XLI. p. m. 642. quin iuris ciuilis nomine Pomponius intelligat mediam Iuriſprudentiam, quæ preſſim appellatur a veteribus ius ciuile. Et hoc velit Pomponius, quod cum P. Mutius & Manilius & Brutus fundaſſent ius ciuile, ſiue mediam iuriſprudentiam, id eſt, prima velut incunabula & fundamenta ieciſſent, mox Q. Mutius prædicti P. Filius illam ſolidius confirmauit, ſiue (vt hoc ſenſu ſcripſiſſe videtur Pomponius) conſtituit, eam redigendo ad quadam genera (hoc eſt, vt explico, in quædam ſumma capita diſtribuendo) magis vitandæ confuſionis, quam artis adhibendæ cauſa, quam non calluiſſe illum prodit Tullius L. I. de orat. vbi propterea ius eius artem indotatam, incomitatam & incomptam appellat.* add. §. 3. *Inſt. de legitima agn. ſucceſſ.*

XX.

Proxime ſequuntur legis actiones, quæ nihil aliud erant, quam ſolennes formulæ, quibus, quicunque in iure agere vellet, vti neceſſum habebat; ne, iſtis neglectis, cauſa caderet. * Verum hæc myſteria cum Appius Claudius in formam certam redegiſſet, Cn. Flauius propalauit, non tantum legis

gis actiones, ſed & faſtos populo communicans. ** Sed cum ICti novas formulas excogitatas notis incognitis deſcriberent, *** etiam has publicaſſe fertur Sextus Ælius. vnde quid ius Ælianum, quidve ius Flauianum ſit, facile patet.

* CAROLVS SIGONIVS *de iudiciis L.I. Cap. IX.* At vero legis actiones dictæ ſunt, quod earum rerum, de quibus lex XII. tabularum ſcripta erat, priuatim agendarum formulam præſcribebant. Vnde CICERO in defenſione Murenæ aduerſus Sulpicium Iuriſconſultum dixit: *Gloria militaris, veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt.* Et de eodem Sulpicio in nona Philippica: *Neque inſtituere litium actiones malebat, quam controuerſias tollere.* Actiones autem hæ ita ſolennes fuerunt, vt qui agere vellent, & impetrationis rationem habere & formularum deberent. Impetrationis autem ea vis fuit, vt nemini liceret iudicio experiri, niſi prius ab eo, cuius eſſe tiurisdictio, agendi formulam impetraſſet: formularum vero, vt formulæ quædam adhiberentur verborum, quarum ductu in iudiciis experirentur, vt qui vno verbo erraſſet, is tota cauſa cecidiſſe videretur. Hinc & CICERO pro Roſcio Comœdo inquit: *ſunt iura, ſunt formulæ, de rebus omnibus conſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ aut in genere actionis erraret.* QVINTILIANVS *L.III. C.VIII. in omnibus fere cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſunt quæſtiones*, an huic, an cum

hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere? vid. THOMASIVS *l. c. Cap. IV.* vbi politicas horum inſtitutorum rationes luculenter exponit. add. SCHVBARTVS *l. c. §. LIX. ſqq.*

** CICERO *pro Murana. p.m.*475. *Poſſet lege agi, nec ne, pauci quondam ſciebant. Faſtos enim vulgo non habebant: erant in magna potentia qui conſulebantur: a quibus etiam dies, tanquam a Chaldais petebantur. Inuentus eſt ſcriba quidam C. Flauius, qui cornicum oculos confixit, & ſingulis diebus ediſcendis faſtos populo propoſuit, & ab ipſis cautis iureconſultis eorum ſapientiam compilauit.* LIVIVS *L. IX. C. 46.* de hoc ipſo Flauio inquit. *Ciuile ius repoſitum in penetralibus pontificum euulgauit, faſtosque circa forum in albo propoſuit, vt quando lege agi poſſet, ſciretur.* add. COCCEIVS ad tit. *de O. I.* §. 7.

*** CICERO *l. c. Itaque irati illi, quod ſunt veriti, ne, dierum ratione peruulgata, & cognita, ſine opera ſua lege poſſet agi, notas quasdam compoſuerunt, vt omnibus in rebus ipſi intereſſent.* COCCEIVS l. c. & reliqui, quos ſupra iam laudauimus.

XXI.

Poſtea Romani Magiſtratus varias pro re nata promulgauerunt leges, quæ pro diuerſitate auctorum, & materiarum, ferendi modo & tempore a ſe inuicem diſcernuntur. * Nam vel conſules ** popu-

pulum rogarunt, *** hoc iſtas rogationes approbante, **** leges ſtricte ita dictæ oriebantur, quæ a nominibus eorum, qui easdem rogauerant, nunc vnius nunc duorum, denominabantur, ***** diſtinctionis melioris ergo materia ipſa legis adiiciebatur, inprimis vbi iidem auctores leges plures rogaſſent. * Plebiſcita tribuno plebem rogante lata, ab hoc quoque appellationem ſortiebantur. ** Sententia in quam rogante ſenatorio magiſtratu potior ſenatus pars iuit, Senatus conſultum conſtituebat, *** quod ipſum a rogantium magiſtratuum nominibus vtplurimum propriam ſuam appellationem nanciſcebatur. Sed quæ ab honore Prætoris venerant edicta, honorarium ius conſtituebant. ****

* Potiora hæc legum momenta explicarunt iam ſcriptores celeberrimi. PAVLVS MANVTIVS librum ſuum de legibus Romanis ita diſtribuit, vt primo loco, quibus nominibus appellatæ leges ſint, quis cuiusque lator, quæ cuiusque ſententia fuerit, oſtendat, tum quæ ad rationem ferendæ legis pertinent, curet, vt, a quo hominum genere, quibus in locis, quibus temporibus, quibus de cauſſis latæ leges ſint, explicet. ANTONIVS AVGVSTINVS *de legibus*, ad eadem ferme capita reſpicit, nouem claſſes conſtituens, in quas leges romanæ referri poſſent. Aut enim ad ſacras res pertinent; aut ad Magiſtratus; aut de comitiis, de iudiciis, de aliis rebus ciuilibus latæ

latæ ſunt; aut ad mores, ad omnium hominum crimina, ad ſeditioſos legislatores, ad rem militarem, ſpectant. Quando autem temporis heic facimus mentionem, hoc non ſolum eo referendum, vt de prima legis cuiusuis origine debeamus eſſe ſoliciti, ſed etiam vt diſcamus quousque vim ſuam in republica obtinuerit. An vnquam lex abrogata poſtliminio quaſi in vſum reuocata fuerit? niſi enim hanc diligentiam adhibeamus, haud ſperandum, fore vt quicquam ſolidi de legibus queamus pronunciare, infinitæ potius contrarietates errorum monſtroſorum nubem parturient, cuius caliginem ne herculeus labor diſpellere valuerit. In gratiam Tyronum, dictis meis vnico exemplo fidem facere liceat. In veſtibulo ſtatim inſtitutionum noſtrarum §. *4. de Iure Nat. Gent. & Ciu.* docetur: *ſed & plebiſcita lege Hortenſia lata, non minus valere quam leges cœperunt.* Amabo, quid veniet in mentem, ſicubi huic §. quis legem Corneliam de Tribunis plebis opponat: hac enim Sylla Tribunis ius legum ferendarum cum aliis honoribus plane abſtulerat. Niſi didiceris, quinquennio poſt illam abrogationem, Tribunos ex parte fuiſſe reſtitutos lege Aurelia cuius auctor erat C. Aurelius Cotta conſul, & Cn. Pompeio Conſule omne priſtinum decus iisdem denuo acceſſiſſe. Qua de re agit APPIANVS *de bellis ciuil. L. II. p. edit. Tollianæ. 734.* CICERO *de LL. L. III. p. m. 456.*

** Non tamen hi ſoli, nam & Dictatorias &

Præ-

Prætorias leges hiſtoria ſubminiſtrat. Sic lex hortenſia a Dictatore Hortenſio lata, qua plebiſcita non minus quam leges valere cœperunt, & nundinæ, quæ olim feriæ fuerant, faſtæ poſtea eſſe debuerunt, et per L. Aurelium Cottam Prætorem, lege Aurelia iudiciaria iudicia ad equites Romanos translata ſunt. de quibus vid. ANTONII AVGVSTINI *de legibus liber Cap. VII.*

*** Hinc fit, vt ſubinde rogatio pro lege ponatur. PAVLVS MANVTIVS *de Comitiis Romanorum Cap. XV.* in GRÆVII *theſauro Antiq. rom. Tom. I. p. 526. fin.* A. GELLIVS *Noct. attic. L. X. C. XX.* ibi: *Nam & plebiſcita & priuilegia translato nomine leges appellauerunt; eademque omnia confuſo & indiſtincto vocabulo rogationes dixerunt.* Formula rogandi erat: Velitis iubeatis Quirites. Quod omnium actionum cum populo commune fuiſſe principium ex Cicerone, Liuio, aliisq; rerum romanarum ſcriptoribus conſtat. Erat autem legibus cautum vt rogationes de pluribus rebus diuiderentur, nec plus quam de ſingulis rebus ſemel rogaretur, ne populo neceſſe eſſet in coniunctis rebus compluribus, aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet repudiare. ANT. AVGVSTINVS *de LL. C. XIII.*

**** Quod fiebat per ſuffragia, quæ viua voce primum declarabantur in comitiis, & quidem ſi populus legem accipere vellet, vtebatur his verbis ſolennibus, vti Rogas quaſi diceret,

ita

ita volo vti rogat Legiſlator. Si legem accipere nollet, vtebatur ſolenni verbo Antiquo. quaſi diceret, quod rogatur antiquo, ne fiat veto. Sed poſt legem Papiriam tabellarum vſus obtinuit. Dabantur enim cuiuis e populo ſuffragium laturo a Diribitoribus duæ tabellæ, in quarum vna ſcriptum erat Vti Rogas, duobus tantum primis litteris, V. & R. in altera A. h. e. antiquo. ordo ſuffragiorum talis obſeruabatur, ſortitione facta, per præconem centuriæ vocabantur vt diſcederent in ſeptum quoddam prope tribunal, quod ouile dicebatur, erant autem anguſtæ viæ, per quas populus ouile ingrediebatur, quæ pontes vocantur. In pontis initio, ſtabant Diribitores, qui tabellas ſingulis miniſtrabant. Ingredientibus in Ouile, Rogatores ciſtam proponebant, in quam coniicerent, quam vellent, tabellam. Collectis vnius centuriæ omnibus ſuffragiis, educendis iis adhibebantur Cuſtodes, quorum munus erat deſcribere ſuffragia, vt ea centuriæ ſententia renunciaretur, in quam ex tabellis plurimum ſuffragia inclinare cognoſceretur. Si plures reperirentur tabellæ in quibus ſcriptum erat V. R. pauciores vero in quibus A. ab ea centuria legem iuberi renuntiabatur vel contra. ſi paria eſſent, nulla eius centuriæ ſententia pronuntiabatur. Confer. Pavlvs Mervla *de Comitiis Romanorum*, *Cap. III. §. 5.* Ant. Avgvstinvs *l. c. cap. XIV.*

***** Exempla harum legum ordine alpha-

beti-

betico congeſta habes apud ANT. AVGVSTINVM *l.c.* add. P. MERVLA *de LL. rom. cap. XXIV.*

* Sic plures habemus leges Cornelias, vnam Teſtamentariam, quæ de falſis quoque inſcribitur, aliam de ſicariis, de præſcriptione, de captiuis, de iniuriis &c. Permultas etiam fuiſſe leges Iulias conſtat, & hæ pro materiarum varietate diſcriminantur, veluti lex Iulia de adulteriis, de pudicitia, de maritandis ordinibus &c.

** Plebiſcita ſunt ſcita plebis, quæ plebs romana ſciuit vel iuſſit in Comitiis. Legis appellationem etiam antiquiſſimis temporibus plebiſcitis competiiſſe docet DIONYSIVS HALIC. *Lib. IX. p. m. 598.* ubi de P. Volerone Tribuno plebis dicitur: *Hic, cum primum licuit, placata Deorum ira, tractare rempublicam, aduocato in concionem populo* legem *tulit de tribunitiis comitiis vt pro curiatis tributa fierent &c.* add. A. GELLIVS *laudato iam L. X. C. XX.* & CICERO *de L. agraria* leges conſulares & tribunitias nominat. de diſputatione quæ hac de re inter Carolum Sigonium & Nicolaum Gruchium ſuborta, videri poteſt SIGONIVS *de antiquo iure prouinciarum L. III. C. I.* Patricii quidem plebiſcitorum vim omnino eneruare nullo non tempore conati ſunt, ſed cum plebs nullius rei acrior cuſtos quam libertatis fuerit, nullaque in pretium eius potuerit vnquam largitione corrumpi, etiam hoc ſuum ius accerrime propugnauit, vt quæ tributim ſciſceret, omnes romanos tenerent. cuius rei triplicem confirmationem adnotauit LIVIVS primo

L. III.

L. III. C. LV. L. Valerio & M. Horatio Conſulibus. *Quum veluti in controuerſo iure eſſet teneurenturne patres plebiſcitis, legem* (Horatiam dictam) *centuriatis comitiis tulere, vt quod tributim plebs iuſſiſſet populum* (tam patricios quam plebem) *teneret. qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum eſt.* Deinde a. V. C. 416. Q. Publilius Philo aduerſus rebellantes latinos ab Æmilio Collega dictator dictus, legem promulgauit Publiliam: *vt plebiſcita omnes Quirites tenerent.* Idem *L. VIII. C. XII.* tandem a. V. C. 466. cum ſcita ſua contemni legemque Publiliam ſperni plebs indigne ferret, noua lege in Eſculeto lata, Q. Hortenſius Dictator accuratius ſanxit: *vt, quod plebs iuſſiſſet omnes Quirites teneret.* idem *L. XI. C. XXVII.* Hinc recte Pomponivs l. 2. de O. I. §. 8. *Mox cum reuocata eſt plebs, quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebiſcitis, pro legibus placuit & ea obſeruari, lege Hortenſia & ita factum eſt vt inter plebiſcita & legem ſpecies conſtituendi intereſſet, poteſtas autem eadem eſſet.* Hinc etiam legum nomen plebiſcita retinuerunt, veluti Lex Antiſtia, Lex Atilia de dedititiis, lex Aquilia, Falcidia, Labiena, Licinia, & complures aliæ, quas omnes conſtat a Tribunis Plebis latas eſſe. add. Gerhardvs Cocceivs *ad §. Pomponii nunc laudatum. p. m. 96.* Anton. Avgvstinvs *de LL. paſſim.*

*** Decretum ergo aut iuſſus Senatus Senatus conſultum dicebatur. Quod, quin cum ipſo

ipſo Senatu cœperit, non eſt cur dubitemus. Aliud quidem adſtruere POMPONIVM in §. 9. l. 2. ff. de O. I. & TRIBONIANVM in §. 5. Inſt. de I. N. G. & C. notum eſt. Aſt, quantum a veritate hiſtorica, quæ his locis traduntur, aberrent, quilibet rerum romanarum non plane rudis facili negotio viderit. Legatur GERH. COCCEIVS *ad iſtum Pomponii locum. p. 99. ſqq.* RVPERTVS ad eundem Pomponium, huius doctrinam aduerſus Bachouium tuetur, diſtinguendo inter SCta cum lege & ſine lege, de hoc genere intelligendum eſſe Pomponium aſſerens. Hoc ipſo tamen nihil aliud conficit, quam vt demonſtret, quædam ad populum fuiſſe relata in republica romana, velut Magiſtratuum creatio, legum latio, & belli inferendi finiendique arbitrium nec non iudicia. reliquam vero reipublicæ adminiſtrationem ſenatui & Conſulibus relictam. Enim vero de hoc iam non quæritur, ſed potius de tempore, quo iſta cœperint, diſputatur. Pomponius hoc factum dicit poſt legem Hortenſiam, cum tamen contrarium ex DIONYSIO *L. VI. p. 392.* pateat, *ſcitis ſane*, inquiunt ibi Conſules ad Senatum; *legem nobis eſſe iam inde ab vrbe condita, quæ omnia in Senatus poteſtate ponit, præter Magiſtratuum creationem, legumlationem & belli inferendi deponendique arbitrium, horum trium poteſtatem eſſe penes populi ſuffragia.* Ait Rupertus, ſed plerumque inualida fuiſſe Senatus conſulta, ad loca ſcriptorum deperdita prouocans. Sed rectius facere arbitror, qui ex iis, quæ ſuperſunt adhuc, claris ſcriptorum dictis ali-

am ſententiam ſtabiliunt. Hæc vero hic cumulare non vacat. Certe quod L. Valerio & Q. Horatio Coſulibus inſtitutum eſt; *vt Senatusconſulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur. quæ ante arbitrio conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque.* *Vt* LIVIVS *L. II. C. LV.* docet, nec Pomponio nec Ruperto fauet. Fiebant autem Senatusconſulta hoc modo, Conſul, aut is qui cum inſignibus Imperii, & lictoribus erat, conuocato Senatu, cum, qua de cauſa conuocaſſet, retuliſſet, ſententias rogabat. Dictis ſententiis, eam, quam ipſe magis e republica ducebat, primam pronunciabat. tum vt Senatus judicaret, his verbis vtebatur: Qui hoc ſentitis, illuc tranſite, quia alia omnia, (vox contrarium mali ominis habebatur) in hanc partem. His dictis ipſe conſul in alterutram partem diſceſſionem fecit, & ſenatores reliqui, quorum nunc maior nunc minor numerus præſens requirebatur, prout vel magni vel leuioris momenti negotium eſſet, quam quisque probabat partem, in eam tranſibat. ſi frequentiores Senatores ſententiam a Conſule pronunciatam comprobaſſent, in eam Senatusconſultum ſcribebatur: ſin minus, aut abiiciebatur omnino res, aut in aliud tempus reiiciebatur. Alia ſpecies Senatusconſulti obtinebat, quod ſine rogatione ſententiarum ſola diſceſſione imperata fiebat non auditis neque diſputatis ſententiis. Hoc in ſpecie Senatusconſultum per diſceſſionem vocabant, illud ſimpliciter Senatusconſultum dicebatur. Scripta Senatusconſulta

ſulta primum ad ædem Cereris deferebantur, poſtea in ærario cuſtodiebantur. Impedimento ne SCtum fieret erant Tribuni Plebis intercedentes, vnde veteribus SCtis Litera T. ſubſcribebatur ad ſignificandum, eadem quoque Tribunos cenſuiſſe. Porro omnes qui eadem poteſtate, qua ii qui Senatusconſultum facere vellent, maioresue eſſent, obloqui poterant, ſic conſul conſuli, prætor prætori, ſed & conſul prætori obnitebatur. Poſt ſolis occaſum condi SCtum non licebat, quia abeunte die horam quæ ſequebatur intempeſtam appellarunt romani, quaſi rebus agendis minime idoneam. Hunc maxime modum conficiendi SCti exhibet P. MANVTIVS *de Senatu Romano Cap. X.* vbi plura hanc in rem dicta inuenies. Idem egit quamuis hinc inde in diuerſas partes diſcedens FRANCISCVS HOTTOMANNVS *de Magiſtratibus romanorum* L. II. *qui de Senatu & Senatusconſultis inſcribitur.* Cap. VI. ſqq. Ipſa Senatusconſulta, quæ nominibus ſuis nota ſunt, ordine alphabetico digeſta, exhibet ANTONIVS AVGVSTINVS peculiari libro *de Senatusconſultis.* Hic etiam laudandus I. VINCENTII GRAVINÆ *originum iuris ciuilis lib. III. de legibus & Senatusconſultis.*

****Cum legib9 omnia comprehendi haud potuiſſent, factum vt his edictis prætoriis multa permitterentur. Et edicta quidem ius continere debebant quod quilibet prætor dicturus eſſet. Sed etiam formulas agendi proponebant prætores. adeoq; duplex Album notandum vnum edictorum alterum formularum. ſed de tota hac materia,

 & de

& de Edictis Ædilium ampliſſime tractat Illuſtris THOMASIVS *Næuorum Iuriſprud. ante-Iuſtin. L. I. C. VII. & VIII.* ad quem B. L remitto, fontes, vnde, ſi volupe fuerit, plura haurire liceat, ibidem diligenter notatos inueniet.

XXII.

Hi præcipui ſunt fontes, vnde Iurisprudentia romana ante iuſtinianea defluxit. Quia vero, vt modo diximus ipſi magiſtratus iſtas leges promulgarunt, earundemque haud paucæ de magiſtratuum officio & poteſtate agunt, etiam horum cognitio legalis ſcientiæ cupido ad genuinum romanarum legum ſenſum indagandum erit neceſſaria. * Multi textus occurrunt de Iure ciuitatis romanæ, iure municipiorum, iure coloniarum, præfecturarum; Iure Latii, Italico & Iure prouinciarum agentes, quorum mentem nunquam percipies, niſi, quænam inſtituta iſta fuerint, calleas. **

* Hinc patet ratio, quare tituli iſti Pandectarum qui de officiis variorum Magiſtratuum tractant, quaſi ad noſtram praxin nihil conferentes, non ſint negligendi, ſi modo ſolida ratione pertractentur. Singulos magiſtratus recenſere noſtri inſtituti non eſt, egerunt hoc præter Commentatores in Pomponii Enchiridion, alii, & quidem in compendio CAROLVS SIGONIVS *de Antiquo iure ciuium romanorum L. I. Cap. XX.* Vbi non ſolum Magiſtratuum illorum iura, ad qua-

quatuor capita relata, quorum primum in imperando, alterum in iure dicendo, tertium in referendo, quartum in auſpicando, poſita explicat, ſed & ipſorum nomina & origines, quales inde a regibus obſeruantur, perſpicua oratione legendas exhibet. ONVPHRIVS PANVINIVS *de ciuitate romana* hanc doctrinam ſolide exaratam tradit, eleganTiſſimi autem ſunt catalogi ibidem *Cap. LVI. LVII.* conſpicui, quippe qui ordine chronologico magiſtratus maiores & minores, ordinarios atque extraordinarios comprehendunt, & præterea cuiuis magiſtratui adiectos Scriptores probatiores, qui tanquam fontes conſulendi, exhibent. Tanquam promtuarium inſeruire poteſt FRANCISCVS HOTTOMANNVS *de Magiſtratibus romanorum eorumque inſtitutione*. qui facillima methodo pro alphabeti ordine magiſtratus diſtributos explicavit & ex vetuſtis rerum romanarum monumentis ſingula huc ſpectantia in loculos ſuos congeſſit.

** Per omnes ferme iuris romani titulos iurium horum tractatio diffunditur, & experientia loquitur innumeros iſtos errores abſurdos ſæpe & ridiculos qui per hanc ignorantiam, detortis miſere in ſenſum peregrinum legibus, in vulgus ſpargi ſolent. Nobis ſuffecerit aliquos ſaltim ſcriptores iura hæc illuſtrantes heic adieciſſe. Ius Ciuitatis erat vel plenarium, complectens Ius Gentilitatis, Sacrorum, Connubiorum, Hæreditatis, Teſtamentorum, Tutelarum, Adoptionum, atque Honorum &c, de quibus ſingulis elegans eſt tractatio CAROLI SIGONII *de antiquo*

iure ciuium romanorum. Non parum lucis huic loco affundit nomina romanorum noſſe, vt, quæ de gentibus & familiis romanis paſſim docentur eo accuratius perſpiciamus, cui rei inſerviet eiusdem SIGONII *de nominibus Romanorum liber* & ONVPHRII PANVINII *de antiquis Romanorum nominibus liber.* add. ANTONIVS AVGVSTINVS *de familiis Romanorum* & FVLVIVS VRSINVS *de eadem materia;* Ius ciuitatis romanæ ſecundarium inprimis exteris dabatur & ſolum pœne ſuffragiorum ius tribuebat. APPIANVS *de bellis ciuil. L. I. p. 619.* add. ONVPHRII PANVINII *Imperium romanum Cap. IX. circa finem.* De *coloniis & Municipiis* concinne tractat vir politiori litteratura clarus EVERARDVS OTTO *libro ſingulari de Ædilibus Coloniarum & Municipiorum Cap. I. & II.* Optandum eſſet, vt celebris hic auctor eadem via compendiaria etiam alia romanæ antiquitatis capita enuclearet, & ſtudioſæ iuuentutis bono ita conſuleret. Nam verum eſt, rariora eſſe quæ hoc paſſu laudanda ſunt ſcripta & nimio pretio conſtare, quam vt ſub initium ſtudiorum coemantur, breuiora vero ſed ſolidiora compendia huius doctrinæ merito deſideramus. Præfecturæ oppida Italiæ erant, in quibus qui habitabant, nec ſuis legibus viuebant, nec vllos de ſuo corpore magiſtratus creare poterant, ſed a magiſtratibus Roma miſſis regebantur. talis erat Capua, poſt bellum Punicum II. LIVIO teſte apud ONVPHRIVM PANVINIVM *Imper. rom. cap. X.* Qui *Cap. IX. ibidem* Latii ius

ex-

explicat. Facienda etiam mentio de populis fundis, de quibus CICERO *ſed totum hoc*, inquit: *iudices, in ea fuit poſitum ſemper ratione & ſententia, vt cum iuſſiſſet populus romanus aliquid, ſi id adſciuiſſent ſocii populi ac Latini, & ſi ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet, vt tum lege eadem is populus teneretur; non vt de noſtro iure aliquid minueretur, ſed vt illi populi aut iure eo, quod a nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo aut beneficio vterentur.* Huc faciunt NICOLAI RIGALTII, ISMAELIS BVLLIALDI & HENRICI VALESII *obſeruationes de populis fundis. Tomo ſecundo Theſauri antiq. Rom.* GRÆVII *inſerta p. 1925. ſqq.* Latinitate deterius erat ius Italicum vid. SIGONIVS *de antiquo Iure Italiæ L. I. Cap. XXI.* Idem peculiaribus tribus libris *de antiquo iure prouinciarum* agit.

XXIII.

In plerisque negotiis publicis, puta legibus ferendis, magiſtratibus creandis, confirmandisque & id genus aliis, apud Romanos comitia * vſum obtinebant, a quorum ratione plurimarum legum ſenſus pendet. Quemadmodum autem ipſe populus in tribus, curias & centurias erat diſtinctus, & pro iſta diuerſitate ſuffragia ferebat, ſic Comitia vel Curiata vel Centuriata vel Tributa dicebantur. ** Quæ tum ratione numeri votorum, tum ratione or-

dinis votandi & cauſarum atque negotiorum à ſe inuicem diſcernenda ſunt. ***

* Comitia ſecundum P. MERVLAM *de Comitiis Romanorum Cap. I.* ſunt conuentus populi totius, vel partis ad ferendum aliqua de re ſuffragium. Appellantur nonnunquam Concilium LIVIVS *L. III. C. XIII.* *Iudicii die, quum excuſaretur* Cæſo, *ſolum vertiſſe, exſilii cauſa, nihilominus Virginio* comitia *habente, collega appellati, dimiſere* concilium.

** Quorſum vero referenda, dicis; Comitia calata, quorum meminit A. GELLIVS *N. A. L. XV. C. XXVII.* & §. I. *Inſt. de Teſtamentis ordinandis.* ibi. *ſciendum eſt: olim duo genera teſtamentorum in vſu fuiſſe: quorum altero in pace & ocio vtebantur, quod calatis comitiis appellabant.* Ad hæc ſciendum, iſta notatione non peculiare comitiorum genus indigitari, ſed ſolum ritum reſpici, dum in principio populus ad omnia comitia vocabatur, antiqui autem latini a Græco Καλέω calare pro vocare vſurpabant, calata ergo erunt comitia curiata centuriata & tributa. Poſtea quum hoc verbum in vſu eſſe deſiiſſet, manſit tum calatorum comitiorum nomen in duobus tantum, vel in pontificibus creandis, vel in teſtamentis publicis condendis. P. MERVLA l. c. §. 4.

*** Speciatim quid ſingula, quas ob cauſas indici ſolita, per quas perſonas celebrarentur, quis ſingulis conſecratus locus, quod tempus dicatum, quomodo peragi ſolita & quibus ritibus;

bus; breui ſed perſpicuo & ſolido compendio tradit P. MERVLA *de Comitiis Romanorum*. Idem hoc thema elaborauerunt PAVLVS MANVTIVS & NICOLAVS GRVCHIVS *de Comitiis Romanorum* apud Græuium *Theſaur. Ant. Rom. Tom. I. p. 495. ſqq.* Vnum hic ex PAVLO MANVTIO *de legibus Romanorum Cap. XXXIV.* adiicio, in omnibus comitiis de legibus, de magiſtratibus, de reis trinundini rationem eſſe ductam. Nundinæ dictæ ſunt quaſi novendinæ, ſingulis enim novem diebus, qui extra vrbem habitabant, ruſtici mercatus gratia Romam veniebant, igitur conſtitutum, vt inter eum diem quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederent; quo & ſæpius & a pluribus vrbem mercandi vendendique cauſſa viſitantibus promulgata lex cognoſci poſſet.

XXIV.

Si in omni re vſus magiſter optimus, non minus certe idem in diſcendis legum ſententiis præſtat; eum vero demonſtrat iudiciorum praxis, vnde qualis hæc apud veteres romanos fuerit, inueſtigandum ſibi credere debet, qui ſolidam iuris romani ſcientiam acquirere geſtit. Iudiciorum autem appellatione veniunt, quæcunque aut magiſtratus ipſi Ius dicentes decreuerunt, aut iudices a magiſtratu dati de iure ſtatuerunt. Erant autem iudicia alia priuata, alia publica extiterunt. Priuata iudicia fuerunt decreta, ſeu ſententiæ de controuer-

ſiis priuatis, quæ aut magiſtratus ipſi qui ius dicebant, aut iudices a magiſtratibus ius dicentibus dati tulerunt, prout iure erat ſancitum.*

* Controuerſiæ vel ſtatum perſonæ ſpectabant vel res vel obligationes. Hæ diiudicabantur ſecundum leges XII. tabb. omne ius priuatum complexas, aliasque leges quæ poſtea publicatæ fuerunt, & Edicta. Ius autem dixerunt primi Reges, deinde conſules, & qui cum poteſtate conſulari fuerunt, poſtremo Prætores & ædiles curules. Prætores ius dicebant aut de tribunali aut de plano diebus quidem ſeſſionum. quorum alii poſtulationibus alii cognitionibus dicati fuerunt. Cognitionum dies alii aliis legum actionibus exercendis erant conſtituti. Lege agere nihil aliud erat, quam aliquid eorum, quæ lege continerentur, apud prætorem, vel apud eum qui talem iurisdictionem haberet in iure obire, nempe vindicare atque in iure cedere, filium ſuum emancipare alienum adoptare, Servum manumittere, tutorem, poſſeſſionem, interdictum & actionem poſtulare. Ius vero dicere aliquid horum dicere aut addicere aut dare, Quæ Prætor cum faciebat decreuiſſe aut decretum interpoſuiſſe dicebatur. Dies requirebantur faſti. Solennes adhibebantur formulæ in diuerſis actionibus diverſæ. Vbi de poſſeſſione controverſia fuit, poſtulabatur interdictum. Sed ad perſequendum quod ſibi debetur, actio inſerviebat. hanc qui intendere volebat, an-

antequam in ius adiret, per amicos intra parietes, quid proficere poſſet, experiebatur. Vbi vero res ita convenire non poterat, tum die poſtulationum petitor eum vnde petebatur, in ius vocabat, ſi ſequi noluiſſet, eum in ius educebat ſiue rapiebat, obtorto collo. Verum ne iniuriam facere videretur, ante aliquem eius actionis teſtem faciebat, capta ſcilicet hominis forte interuenientis auricula rogabat eum his verbis: *licetne antiſtari.* vbi vocatus in ius venerat, actor impetrata loquendi facultate actionem ei edebat qva adverſus eum vti volebat. Hac edita idem poſtulabat eam a prætore i. e. petebat vt ſibi in aduerſarium liceret intendere. Hinc vadabatur reum i. e. ſponſores petebat. Interim niſi res aut pacto aut transactione fuerit compoſita, tertio inde die, qui cognitionibus erat dicatus & comperendinus appellabatur, Prætor actiones editas ac poſtulatas ex tabulis ordine recitari atque actores reosque citari per accenſum iubebat, vt iudicia actionibus eorum cognoſcendis daret, Concepta actionis intentione actor iudicium ſive iudicem in eam a prætore poſtulabat. Si iudicem, poſtulauit; aut eum qui proprie Iudex appellatus eſt, aut arbitrum poſtulauit; ſi iudicium, aut recuperatores aut centumuiros. Iudex cognouit cauſas omnes & iuris & facti, ſed quæ eſſent & leuiores & ad diiudicandum faciliores. Arbiter quæ bonæ fidei & arbitrariæ appellatæ. Recuperatores tantum dati cum de facto eſſet controuerſia. Centumuiri vero, teſte

ſte Feſto, iudices fuerunt, ex ſingulis tribubus terni ad iudicandum aſciti numero centum & quinque. Sed quo facilius appellarentur centumviri dicti. Iudicia autem fere fecerunt de iis controuerſiis, in quibus non de facto, ſed de æquitate, & iure certatum eſt. ſin iudex quem actor ferebat, à reo, ſententiam dicere rogato, probabatur, tum iudex conuenire dicebatur. Vbi vero iudex conuenerat poſtulabatur a prætore. In huius autem arbitrio fuit aut dare aut non dare, prout in Edicto propoſuerat. ſi dedit, dedit eos qui ſalva lege dari potuerunt. Dedit etiam in ea verba quibus ſunt poſtulati. Hæc vero fuit formula quædam ab ipſa intentione actionis & conceptione ſponſionis accepta, & quidem hoc modo: *Eſto iudex, & ſi pareat rem ita eſſe, pronuncia.* Fuerunt autem hæ formulæ pro diuerſitate intentionum diuerſæ. Vbi prætor iudicem ac iudicium hoc modo dederat, tum deinceps numerum teſtium, quibus denunciaretur teſtimonium, præſcribebat, qui plerumque decem fuerunt. Dato inde acceptoque iudicio ſatisdationes præſtitæ vel ab ipſis litigatoribus vel ab eorum procuratoribus. Fuerunt autem ſatisdactiones duæ, iudicatum ſolvi & rem ratam haberi, quorum alterum ad actorem alterum ad procuratorem pertinebat. His vero rebus omnibus abſolutis litem conteſtabantur. Conteſtari autem litem tum dicebantur, inquit Feſtus, *cum ordinato iudicio vtraque pars dicebat Teſteseſtote.* Atque his demum rebus perfe-

fectis vterque litigator ſibi denunciabat in perendinum diem. nam in eum iudex datus fuerat. Vnde ea denunciatio comperendinatio & condictio dicta. Die tertio iudicium factum, niſi aut iudex, aut alter litigatorum abfuerit. Quod ſi cauſa abſentiæ fuerit morbus ſonticus dies iudicii prolatus eſt. Poſtquam iudex venit, ex templo ad iurandum acceſſit, ſe ex lege iudicaturum. Quodſi alter litigantium non venit, neque morbum excuſavit, tum Prætor peremptorium edictum in eum edidit. Vbi vero vterque litigator aduenit, iudex vtrumque iurare iuſſit iuramentum calumniæ. Hinc cauſa vtrumque perorata poſt meridiem ad ferendam ſententiam, quodcunque fuerit iudicium, ventum eſt. Iudicio cauſæ perfecto, ſecuta ſunt tria iudicia vnum de reo, alterum de petitore, tertium de iudice: Rei iudicium duplex, vnum pro reo, reſtitutio in integrum appellata. Quoniam enim fieri poterat, vt aliquis in actione vel recuſanda vel accipienda multis modis lapſus eſſet, poſt ſententiam ſemel latam dabatur damnato poteſtas litis retractandæ, atque ea dicebatur reſtitutio in integrum. Alterum iudicium contra reum dicitur Addictio, quæ talis fuit. Poſt triginta dies, quam quis debere iudicatus fuerat, iterum in ius rapiebatur, &, ni iudicatum faceret, id eſt, pecuniam debitam ſolveret, a prætore creditori nexus addicebatur, niſi ſponſorem dediſſet, atque a creditore abductus priuatum in carcerem condebatur, donec aut pecunia aut opera ſatisfe-

feciſſet. Iudicium in petitorem fuit, ſi calumniatus fuiſſe argueretur. Erant autem calumniatores qui accepta pecunia litem falſo intenderant aut prætermiſerant. Vltimum iudicium fuit in iudicem: ſi ob iudicandum pecuniam accepiſſet. Qui vero iudex ſciens dolo malo iniuſte iudicabat, is litem ſuam facere dicebatur. Hæc quidem ſumma iudiciorum priuatorum ſunt capita, eo ordine poſita, quo CAROLVS SIGONIVS *de iudiciis L. I.* (vnde eadem excerpſimus) hanc materiam pleniſſime pertractauit. Addenda eſt FRANCISCI POLLETI Duacenſis IC. *Hiſtoria fori romani.* De iudicio centumvirali ſpeciatim duobus libris agit SIBRANDVS TETARDVS SICCAMA apud GRÆVIVM *Theſ. Ant. Rom. Tom. II. p. 1824. ſqq.*

XXV.

Puniendorum criminum cauſa reperta olim fuerunt iudicia publica, quæ veteres ſoliti fuerunt quæſtiones dicere. Fuerunt autem decreta, quæ de criminibus* quæſtore** aliquo iudicium exercente, iudices *** ab eo dati fecerunt, prout leges † de ſingulis criminibus cognoſcendis latæ iuſſerunt. Accuſator reum in ius vocabat, quo facto petebat, vt liceret nomen deferre. hæc poſtulatio erat, quæ non ſolum præſente ſed etiam abſente eo in quem fiebat, proponi poterat. Ex multis accuſatoribus, qui primas egit, is Accuſator eſt dictus, qui

ſecun-

ſecundas & tertias, ſubſcriptor. Sequebatur nominis delatio. Legebantur iudices. Hinc cognitio, quæ in duas ferme actiones diuiſa fuit, primam & ſecundam, quarum hæc a comperendinatione manauit in iis cauſis in quibus comperendinatio eſt permiſſa. Vtraque actio accuſationem & defenſionem complexa eſt. Accuſatio teſtimoniis maxime nitebatur, quarum tres partes, quæſtiones, teſtes, tabulæ. ſequebatur accuſatio, dicendi poteſtate prius accepta; qua perfecta patroni defenſionem rei aggrediebantur. Laudatio vero aliquando defenſioni præpoſita, aliquando in ea inſerta, nonnunquam ipſam ſubſecuta. **

* Crimina maleficia fuerunt, quæ aut adverſus rempublicam commiſſa ſunt e. g. crimen maieſtatis, peculatus, ambitus, repetundarum & vis publica, aut ſaltem populus romanus adverſus rempublicam commiſſa exiſtimauit, atque iudicio legibus conſtituto, pœna vindicanda putauit. e. g. homicidii veneficii, parricidii, falſi, adulterii, plagii. SIGONIVS *de iud. L. II. Cap. II.*

** Quæſtores vel quæſitores dicti qui iudicium publicum exercuerunt, quam quæſtionem vocarunt. Huic autem rei operam dederunt primum Reges, deinde conſules, poſt magiſtratus ii, quos ei muneri Senatus, aut populus præfecit. & quidem ad annum vſque DCIV. quæſtiones publicæ exercitæ in hunc modum, vt quotiescunque res poſceret aut conſules, aut dicta-

tor

tor aut prætor Senatusconſulto aut lege quærere iuberetur. Poſtea vero prætores ſingularum quæſtionum perpetui quæſitores ſunt conſtituti. vid. SIGONIVS *l. c. Cap. IV.* Euerſa republica quæſtio merum Imperium eſt appellata. Idem ibid. add. IANVS VINCENTIVS GRAVINA *origg. I. C. L. I. C. XXXVI. ſq.*

*** Confer. SIGONIVS *l. c. Cap. V. & VI.*

† Singulari diligentia leges huc ſpectantes collegit SIGONIVS l. c. Cap. XXVI. vſque ad finem libri ſecundi.

†† Omnia hæc luculenter explicat SIGONIVS l. c. Cap. VII–XX.

XXVI.

Quod ſi lex comperendinationem haberet, prima actione perfecta poſt tertium diem ſecunda eſt inſtituta, quæ comperendinatio dicta eſt. Interim vero dum cauſa agebatur, quæſitor & dimittere iudices & inuitos retinere pro poteſtate potuit. Poſtquam vterque orator ſe dixiſſe ſignificarit, præco clara voce pronunciauit, dixerunt. Hinc prætor iudicibus tabellas ceratas dedit, &, vt ſententiam ferrent, in conſilium dimiſit. Tabellæ iſtæ, quas in vrnam coniiciebant, ſententiam continebant. Nam primæ quidem inſcriptæ erat Liter. A. Abſoluo alteri triſtis lit. C. Condemno. Tertia literis N. L. non liquet ſignata erat, cuius numerus vbi maior fuit, ſententia differebatur, quæ Ampliatio dicta.

cta. Reus condemnatus vel ad litis æſtimationem tenebatur: vel animaduerſione, quæ in mulcta, vel coërcitione conſiſtebat, puniebatur. Reo abſoluto, duo relinquebantur iudicia contra accuſatorem ambo inſtituta, vnum calumniæ, alterum præuaricationis. Calumniæ, ſi falſum crimen intuliſſe conſtaret; præuaricationis ſi cum defenſore colluſiſſet & vera crimina occultaſſet. *

* Vid. SIGONIVS c. XX–XXVI.

XXVII.

Sequuntur Iudicia, in quibus ipſe populus diſceptator & Iudex fuit, iudicia populi * dicta. Hæc non aliter, ac ſuperiora, priuata & publica fuerunt. Illa de controverſiis aut ad res, aut ad perſonas aut ad obligationes pertinentibus conſtituta ſunt; hæc de criminibus agunt. Duo inprimis fuerunt crimina, quæ a Magiſtratibus ad populum adducebantur, maieſtatis & peculatus. Exercebantur iſta iudicia in comitiis, quæ vel curiata erant tempore Regum, vel centuriatá vel tributa republica libera. Ordo agendi hic fuit: Accuſator magiſtratus, qui reum facere aut accuſare voluit, in Roſtra aſcendit, & populo per præconem aduocato, diem ei, quem reum facere cogitauerat, ad accuſationem audiendam prædixit. Vbi vero prædicta dies venit, e roſtris reum per præconem

citauit, atque accuſationem inſtituit, eam que ter intermiſſa die peregit, poſt trinas nundinas rogatio ad populum ferebatur, deque ea populo ſuffragium permitteba- tur. Reo præter interceſſionem tribuni vel alterius magiſtratus, auxilio erant co- gnatorum amicorumque ſupplicationes & prenſationes, auſpicia & excuſatio, vel ſi ipſe accuſator accepta excuſatione omni- no in cœpto deſiſteret. Actus quo reo mul- ta vel pœna dicebatur, Anquiſitio audit, quæ vel pecunia vel capite fiebat. Summi iu- dicii die, reo citato, rogatione facta, popu- lus in ſuffragia mittebatur, eo modo, qui in legibus ferendis obſeruabatur. Pri- mum viua voce ſuffragia, quemadmodum de legibus diximus, ferebantur, ſequiori æuo tabellarum vſus etiam hoc loco inva- luit. Tabella vero U. R. condemnatio- nem. A. Abſolutionem denotabat.

* De iudiciis his populi & aliis huc ſpectantibus confer. CAROLVS SIGONIVS *de Iud* L. III. adden- di Scriptores de comitiis agentes iamiam laudati. Optimi autem fontes doctrinæ de iudiciis roma- norum inueniuntur apud CICERONEM hominem in foro iſto verſatiſſimum, cuius quidem oratio- nes inprimis hoc nomine commendari meren- tur. LIVIVS, PLVTARCHVS, GELLIVS aliique laudantur a SIGONIO l. c. quem vide.

XXVIII.

Præcipua capita Iuriſprudentiæ Roma- næ

næ antiquæ recenſuimus, allegatis ſimul ſingulorum genuinis fontibus. Iſta, qui penitius meditantur, facile agnoſcunt, quanta in ſtudio Iuris noſtri commoda præſtet antiquarum legum & iudiciorum cognitio, * qua adiuti multas, quæ heic occurrunt, difficultates felici ſucceſſu ſuperabunt. Sed ordine & ſelectu opus eſt. Tempori inſeruiendum, nec omnia omnibus perdiſcenda, ſed quantum ad metam propoſitam attingendam cuique neceſſarium eſſe, deprehenditur. ** Aliter enim in his ſpatiis verſandum illi, qui eruendis antiquitatibus ſe totum mancipare vult. diuerſum modum tenebit, qui ad ea ſe potiſſimum præparat, quæ in actu rerum hodierno vſum obtinent quotidianum, cui ex vaſto illo Oceano rivulos quosdem in ſua arua deriuaſſe ſuffecerit.

* *Magnam, hercule, iuris ciuilis ſcientia veterum rerum memoriam deſiderat, & haud facile a quopiam, niſi qui rempublicam Romanam, qua leges, qua Magiſtratus, ad vnguem nouerit, pro dignitate illuſtrari, deſcribi, explicari poteſt. Hoc adeo verum eſt, vt quisquis contra ſentiat, nil ſentiat. Quod ſi inficias non eant, omnes Iuriſprudentiæ noſtræ rivos ex immenſo legum Romanarum & rituum flumine deductos, quod certe facere non poſſunt, quis neget eum, qui in veterum ICrum libris cum fructu, cum voluptate verſari, & rempublicam in partibus eius credendam*

dam ſibi gubernare volet, totum Romanæ reipublicæ ſtatum tanquam in Appellea tabula depictum, in animo atque oculis circumferre debere? ſic in rem noſtram differit SIBRANDVS SICCAMA *de iudicio centumvirali L. I. C. I.*

** Hæc non diſcentibus ſed docentibus inprimis vnica norma exiſtere deberet, in ita prudentiſſime monente Illuſtri THOMASIO *Introductione ad Philoſophiam aulicam C. XII. §. 35. Vti autem licet, poſt honeſtatis regulas circumſpicere etiam de vtilitate priuata. Ita & docenti id permiſſum erit. Sed hic tamen plerumque primario reſpicere debet magis ad vtilitatem Auditoris, quam ad vtilitatem propriam, quoniam docentes communiter fere conſiderantur vt conſiliarii ſtudiorum rite inſtituendorum. At conſiliarius in conſiliis ſuppeditandis non ſuam perſonam ſed eius cui conſilium ſuppeditat, attendere debet. Igitur præter ſtatum informandi, præprimis expiſcari debet ſcopum quem ſibi auditor propoſuit, quo eo aptius doctrinas ad ſcopum obtinendum aptas vel ad ſtatum quadrantes poſſit ſeligere &c. Aliter informandus ſtudioſus iuris ad eius profeſſionem adſpirans, aliter ille qui ad praxin tendit, aliter iſte qui ad miniſterium aulicum.*

XXIX.

Pedem mouemus ad ſtatus Monarchici * Romanorum tempora: hæc enim ſtudioſus Iuris eo diligentius notare debet, quia noua facie leges & Iurisprudentia hoc

æuo apparent. ** In præſenti enim rerum ſtatu Fons omnium legum vnius Principis nutus exiſtit. *** Equidem per modum Senatus conſultorum principum placita initio proponebantur, vt priſtinæ libertatis **** vmbra relinqueretur, ſed cuncta ad orationes principum * in Senatu habitas accommodabantur, eorundemque conſtitutiones vim legum obtinebant. **

* De iniuſtiſſima vi, clandeſtinis inſidiis, turbis infinitis atque tot innocentium diriſſimis cædibus, quibus iniquiſſimæ pariter atque truculentisſimæ illæ mortalium triades priorem libertatis ſtatum evertere, ſibi vero ſummam rerum ſolis aſſerere ſunt conati, nec non, quas ſinguli pro iuſtiſſimo DEI iudicio, pœnas dederint, fuſius tractant Scriptores, qui horum temporum hiſtorias conſignarunt. APPIANVS *de bellis ciuil.* LIVIVS *Lib. CIII. ſqq.* in compendio FLORVS *L. IV. Cap. II.* & alii. Et hæc via fuit ad Monarchiam Romæ introducendam, de qua neruoſe agit TACITVS *annal. L. I. Cap. I. Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio: & Pompeii Craſſique potentia cito in Cæſarem; Lepidi atque Antonii arma in Auguſtum ceſſere. qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa nomine Principis ſub Imperium accepit.* FLORVS l. c. Cap. III. inquit: *Gratulandum tamen in tanta perturbatione eſt, quod potiſſimum ad Octauium Cæſarem Auguſtum ſumma rerum rediit: qui ſapientia ſua atque ſolertia perculſum vndique & perturbatum ordi-*

ordinauit Imperii corpus: quod ita haud dubie nunquam coire & conſentire potuiſſet, niſi vnius præſidis nutu, quaſi anima & mente regeretur. Marco Antonio, Publio Dalabella conſulibus imperium Romanum iam ad Cæſares transferente fortuna varius & multiplex ciuitatis motus fuit. Ipſe vero Auguſtus prudentiſſima ſtatus præſentis ratione ſingularis modeſtiæ atque beneuolentiæ popularis ſpeciminibus editis animos ciuium ſibi conciliauit, imperium ſuum hoc ipſo quam firmiſſime ſtabiliens. Præter SVETONIVM *in vita Auguſti C. XXVIII.* LIVIVM *Lib. CXXXIV. C. VII. ſqq.* SENECA *de breuitate vitæ* teſtatur, Auguſtum in quadam ad Senatum miſſa epiſtola ſe rempublicam redditurum declaraſſe, rationem addit LIVIVS l. c. vt obiectam ab Antonio cupiditatem dominandi rebus refelleret. Prudens ibidem cap. LXX. legitur P. Maronis Poëtæ conſilium, interrogatus enim ab Auguſto expediatne priuato rempublicam occupare, ſi caſus detur? hunc in ſenſum reſpondiſſe fertur: *Quicunque hactenus Romæ rerum potiti ſunt, ita ſe geſſerunt, vt ſeque & ciues magno in timore viuere, perpetuisque ſuſpicionibus cogerent. At ſi quis exoriretur & gratus a principio ciuibus, & quem ſibi iuſte præfuturum confiderent; eius imperium ipſi populoque perinde iucundum ac ſalubre fore. Tu igitur, ſi quemadmodum inſtituiſti, iuſtitiam atque liberalitatem conſtanter amplecteris, te dominari, & tibi conducet & orbi.* Hanc normam eundem

ſecu-

ſecurum eſſe docet elegans oratio ad ſenatum apud LIVIVM l. c. *Cap. LXXXV. ſqq.* qua Patribus conſcriptis rempublicam reſignavit. tota quippe ad conciliandos animos compoſita, quos etiam adeo ſibi devinxit, vt ipſi mox acclamarent, ne rempublicam vt vnus ei rector munere DEVM oblatus deſtitueret; & ob ingentia facta Dictator perpetuus & Pater patriæ diceretur. Tractatum etiam in Senatu, an, quia condidiſſet imperium, Romulus vocaretur; ſed ſanctius, & reverentius viſum eſt nomen Auguſti, vt ſcilicet iam tum, dum colit terras ipſo nomine & titulo conſecraretur. FLORVS *L. IV. C. XII. in fine.*

** *Hæc ſane tempeſtate etſi imperatorum conſtitutionibus potiſſimum profecerit Iuriſprudentia, attamen & aliis rationibus ex eorundem Principum authoritate maximum incrementum ea cepit.* dicit IACOBVS GOTHOFREDVS *Manualis iuris parte I. Cap. III.* Quales autem rationes iſtæ fuerint, mox videbimus.

*** Adſtipulatur VLPIANVS *in l. I. ff. de Conſtit. princ. Quod principi placuit, legis habet vigorem, vtpote lege regia quæ de Imperio eius lata eſt, populus ei & in eum omne ſuum Imperium & poteſtatem conferat.* Diverſas eruditorum de lege regia, cuius hic mentio, ſententias congerit & examinat GERH. COCCEIVS *ad hanc legem,* vbi etiam fragmentum legis regiæ tempore Veſpaſiani latæ reperies *p. 520.* ſubiectis doctorum de eadem ſententiis.

**** Quia Senatus contentiſſimo ſtudio formam antiquæ reipublicæ affectabat, ad eiusdem ſpeciem ſuum imperium redigere ſtudebat Auguſtus, hinc eadem magiſtratuum vocabula retinuit. TACITVS *Annal. L. I. C. III.* ſed etiam leges ritu veteri tulit.

* Quarum hiſtoriam & politicas rationes ſtylo pereleganti ſolidiſſimisque rerum argumentis referto expoſuit CHRISTIANVS OTTHO a BOEKELEN peculiari diſſertatione ſub præſidio Bœcleriano Argentinæ habita, *de orationibus principum*, quam poſt fata litteratiſſimi huius viri cum aliis eiusdem opuſculis anno 1678. Lugd. Batav. edidit defuncti frater IOHAN. GOTHARDVS de BOECKELEN.

** Vlpianus in dicta *lege* §. *I.* *Quodcunque igitur Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. Hæc ſunt quas vulgo conſtitutiones appellamus.* confer. COCCEIVS *ad h. l.* Add. G. SCHVBARVS *de fatis iuriſprudentiæ Rom. Exercitat. III.*

XXX.

Noui quoque hic obſeruandi ſunt magiſtratus * primus erat Præfectus Prætorio, ** qui cohortibus Prætorianis præerat. Sub Auguſto vnus primum, mox duo hunc magiſtratum geſſerunt, *** qui tamen, cum nimiam poteſtatem ſibi arrogarent, potiorem auctoritatis ſuæ partem

ami-

amiſerunt, cum Conſtantinus M. quatuor præfectos partibus Romani Imperii gubernandis conſtitueret. **** Orti quoque fuerunt Magiſtri ſcriniorum, Procuratores & Aduocati fiſci, varii Curatores, Præſides prouinciarum, dicti Correctores, aliique officiales Palatini.

* Ratio ſtatus exigit, vt is ordo, iſti homines qui præſenti reipublicæ ſtatu maxime contenti ſunt, fiant potentiores. Hac ipſa vſum fuiſſe Auguſtum diſerte docet TACITVS *annal. I. C. II. Poſito Triumviri nomine, Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio iure contentum; vbi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine pellexit, inſurgere paulatim, munia Senatus, magiſtratuum, legum in ſe trahere; nullo aduerſante; cum ferociſſimi per acies aut proſcriptione cecidiſſent: ceteri nobilium, quanto quis ſervitio promptior, opibus & honoribus extollerentur: ac novis ex rebus aucti, tuta & præſentia quam vetera & periculoſa mallent.* Et paucis interiectis; *Ceterum Auguſtus ſubſidia dominationi Claudium Marcellum, ſororis filium admodum adoleſcentem, Pontificatu & curuli ædilitate; M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia, & victoriæ ſocium geminatis conſulatibus extulit &c.* Idque egit non ſolum retentis priſtinorum officiorum nominibus, ſed novis etiam magiſtratibus pro abſoluta poteſtate inſtitutis, vt in præſentia monuimus.

S 5 ** Olim

** Olim quoscunque militares magiſtratus Prætores vocatos Aſconius, Iuſtinianus Nov. 25. & 28. & Feſtus ſcribunt. Ab his tentoria exercituum Ducumque Prætoria ſunt nuncupata, & Prætoria cohors, quæ ante eorum tentorium excubabat. Navis quoque qua præfectus claſſis vehebatur, Prætoria eſt appellata. Qui igitur Principis Prætorio ſeu tentorio & militibus prætorianis illud cuſtodientibus præerat, præfectus prætorio eſt vocatus. De militibus prætorianis HERODIANVS *L. V. A. Macrino*, inquit: *pugnabant corporis cuſtodes ac ſtipatores, quos prætorianos vocant, fortiter ſtantes, reliquum omnem exercitum ſoli ſuſtinebant, videlicet proceri homines, atque ex omni numero electi.* In hos prætorianos præfectus prætorio ſummum habebat Imperium, cuius conſilio cuncta Principes gubernabant. Hanc huius magiſtratus explicationem ſuppeditat GVIDVS PANCIROLVS *in notitia dignitatum Imperii orientis Cap. V.*

*** Duos ab initio ſtatim creatos ab Auguſto fuiſſe Præfectos prætorio quidam ſtatuunt cum Pancirolo l. c. moti conſilio Mœcenatis quod Auguſto dediſſe legitur apud DIONEM *L. LII.* vt nimirum duos præſtantiſſimos Præfectos prætoriis cohortibus inſtitueret: quod vni committere periculoſum eſſet. duo igitur vt eſſent, ſuadebat, vt ſi alter inſidias parare conaretur, haberet tamen adhuc alterum, qui illum tueretur. Sed ex eodem DIONE *L. LV.* conſtat, Auguſtum illud conſilium ſecutum non eſſe, ſed vnum

vnum ſolum creaſſe ab initio præfectum Prætorio, & tum demum cum Tiberius Rhodum ſeceſſiſſet, alterum ordinaſſe. Reliqui Imperatores vſque ad Conſtantinum, nunc vnum, nunc duos, nunc tres habuerunt præfectos prætorio. Vid. IACOBI GVTHERII *de officiis domus Auguſtæ publicæ & priuatæ L. II. Cap. IV. p. m. 332. ſqq.*

**** Tantam enim Præfecti Prætorio auctoritatem obtinuerunt, vt non modo res belli & arma adminiſtrarent ſed & cauſas appellatione ſuſpenſas iudicarent, & cuncta Imperii negotia tractarent. ZOSIMVS *L. II. Cum eſſent*, inquit: *duo Præfecti Prætorio qui hoc officium communiter gerebant: nec Palatini, tantum ordines eorum cura poteſtateque gubernabantur, ſed etiam ii, quibus vrbis erat commiſſa cuſtodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim Præfectorum Prætorio Magiſtratus, qui poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur, annonas erogabat, & contra militarem diſciplinam admiſſa conuenientibus pœnis corrigebat. Conſtantinus autem hunc Magiſtratum in quatuor Imperia diſcerpſit*, nempe vnum orientis, alterum Illyrici, tertium Italiæ, quartum Galliarum. quintum addidit Iuſtinianus Prætorii Africæ Præfectum de quibus ſingulis agit GVTHERIVS *l. c. cap. V. ſqq.* & PANCIROLVS *l. c.*

* De his ceteriſque magiſtratibus conſulendi ſunt præter iam laudatos, IAN. VINC. GRAVINA *origg. I. C. L. I. paſſim.* & commentatores ad Pomponii Enchiridion. Rupertus, Cocceius aliique.

XXXI.

Ad intelligendas conciliandasque leges Romanas haud leuę momentum adfert familias nôſſe Iuris Conſultorum, quorum effata in pandectas fuerunt relata. Iſtarum vero hoc ipſo tempore mentionem facimus, quia Auguſtus * Iuris Conſultis reſpondendi de Iure facultatem conceſſit, ea quidem auctoritate, vt iudici recedere ab eorum reſponſis non liceret. ** Sed exinde diuerſæ antinomiæ, hinc maxima Romani Iuris incertitudo deriuanda eſt. ***

* Iacobvs Gothofredvs *in Comment. ad l. I. Cod. Theodoſ. de reſponſ. prudent.* Quod nos Auguſto tribuimus, Valentiniano adſcribit, ſed eidem iam ſatisfecit Illuſtris Thomasivs *nev. Iuriſprud. Ante iuſt. L. II. C. II. p. 67. ſqq.*

** Qui plura de familiis ſiue ſectis ICtorum veterum ſcire cupit, adeat præter Commentatores ad Pomponii l. 2. ff. de O. I. laudati iam Christiani Otthonis a Boekelen diſſertationem peculiarem *de diverſis familiis vet. Iurisconſultorum.*

*** Add. Thomasii *nev. Iuriſprud. anteiuſtin. L. II. Cap. II.* & quos ibidem laudat.

XXXII.

Præter alias mutationes * quæ ſub Imperatoribus ſequentibus Romæ contigerunt, inprimis adnotandus eſt novus Iurisprudentiæ fons, Edictum perpetuum **

Ha-

Hadriani Imperatoris auctoritate a Salvio Iuliano Iuriſconſulto compoſitum. Ab eodem Hadriano Imperatore initium repetendum, ex quo ſolæ Imperatorum conſtitutiones, *** ſublatis Senatus Conſultis, obtinuerunt. Easdem collegerunt poſtea duo Iuris Conſulti gentiles, Gregorius & Hermogenianus, auctores tum Gregoriani cum Hermogeniani Codicis. Hos imitatus Theodoſius Iunior, Chriſtianorum Imperatorum conſtitutiones ad ſua vsque tempora, in vnum volumen, Codicem Theodoſianum redigi curauit. Sequentium deinde imperialium conſtitutionum ad Iuſtinianum vſque collectio Nouellarum nomine venire ſolebat. **** Idem Imperator reſponſa prudentum ita limitauit, vt certorum ſaltim ſcripta valere iuberet. *****

* De quibus agit SCHVBARTVS *l. c.*

** Iam libera republica per legem Corneliam de edictis perpetuis latam, iuſſi ſunt prætores ex edictis ſuis perpetuis ius dicere, de qua DIO *L. XXXVI.* *Legem perfecit Cornelius & alteram huiuſmodi: Prætores omnes & iura ſecundum quæ ius ipſi dicturi eſſent, albo inſcripta proponebant. Nec enim iura & leges omnes ad contractus pertinentes exprimebant, nec vno id eodemque tempore faciebant; nec ab ſe ſcripta ſeruabant; ſed albi ſcripturam mutabant ſæpius, & in hac re multa, ceu facile creditu, ad* gra-

gratiam vel odium quorundam fiebant. *Igitur rogationem tulit, vt & ſtatim a principio prætores prædicerent, quo iure eſſent vſuri, & deinceps ab eis ne quaquam deflecterent.* Sed etiam plus centum annis ante hanc legem L. Æmilio Paulo II. & Caio Licinio Craſſo Coſs. Senatusconſultum in Hoſtilia factum eſt, *vti Prætores ex ſuis perpetuis edictis ius dicerent.* PIGHIVS *ad ann. 587.* Sed ne doctrina hæc perplexa fiat; notandum, in lege Cornelia & allegato Senatusconſulto perpetuum dici; quod toto magiſtratus anno adeo teneret, vt interea temporis mutari nefas eſſet: ſequenti vero anno non niſi noui prætoris auctoritate reviviſceret, more pontificiarum conſtitutionum quas Cancellariæ regulas vocant: quæ quamuis maneant ſemper eadem, tamen a noui pontificis confirmatione recipiunt auctoritatem proximi pontificis morte iam amiſſam. Edictum autem, de quo heic ſermo eſt, Adriani perpetuum appellari; quia eius poteſtas ſine novi prætoris approbatione ſuopte robore, in omnem tendebat poſteritatem, ſingulisque prætoribus proponebatur obſervandum. Quemadmodum diſtincte hanc rem explicat I. VINC. GRAVINA *Origg. I. C. L. I. C. XXXVIII.* Nempe inter arcana dominationis Imperatoriæ erat, paulatim inſurgere omnemque in ſe poteſtatem transferre, qua de cauſa Tiberius comitia e campo ad patres tranſtulit, TACITO teſte *Annal. L. I. C. XV.* & munia Senatus, Magiſtratuum, legum præcipue

in

in ſe tracturus, non in foro, aut Comitio, exemplo Patris Auguſti, totius populi ſuffragiis, leges propoſuit, ſed cum Senatu quam enixiſſime principi adulante de ſingulis communicans nullo refragante ſolus nihil non arbitrio ſuo peregit. Et, vt alia nunc mittam; Adrianus noſter cum vileſcente prætorum auctoritate eorundem edicta conſervare vellet, hoc edictum perpetuum colligi curauit, opera vſus Salvii Iuliani ICti. Collectio hæc erat edictorum anteriorum, quæ in poſterum tanqvam lex Imperatoria maximam obtinuit auctoritatem adeo, vt antiquata iam lege XII. tabularum in quamplurimis hæc maior & potior Iuriſprudentiæ pars extiterit, hicque iam fundus eius habitus; eoque velut æquiſſimo iure Imperatores vti voluerint. vnde non ſolum plurimæ eiusdem ſententiæ in pandectas relatæ, ſed ipſæ etiam Pandectæ ad eiusdem edicti ordinem compoſitæ creduntur. vid. *Conſt. DEO auctore. de conceptione digeſtorum.* §. *V.* Ex dictis etiam demonſtrari poteſt, quænam inter hoc edictum perpetuum & Collectionem Auli Ofilii, de qua *l. 2. ff. de O. I.* §. *44.* ſit differentia, quippe hæc ſolum privata auctoritate facta vim legis non obtinuit, ſicut prior illa, Confer. IACOBI GOTHOFREDI *manuale iuris P. I. C. III.* THOMASII *nau. Iuriſprud. Ante iuſt. L. II. C. III.* SCHVBARTVS *l. c. pag. 623. ſqq.*

*** Conſtitutionis vox vel generalis eſt, & omnia Principum placita notat. *vid. l. I.* §. *I. ff. de*

de Conſtit. Princip. vel ſtrictiori ſignicatu conſtitutio dicitur, qua ius nouum, quod hactenus non fuit, inducitur, aut priſtinum, obſoletum vel abrogatum reſtituitur. COCCEIVS *ad h. l. p. 550. ſq.* vbi & alias conſtitutionum ſpecies ab Vlpiano non adnotatas reperies explicatas. Nolo ex priorum Imperatorum ſcriptoribus exempla hic congerere, quibus & ante Hadrianum conſtitutiones promulgatas fuiſſe comprobem. Illud tamen non eo inficias, parciorem tum vocabuli conſtitutionis occurrere mentionem. vid. & THOMASIVS l. c. cap. IV.

**** De ſingulis his collectionibus legendus Illuſtris THOMASIVS *l. c. cap. V. & VI.* GOTHOFREDVS *l. c. cap. IV. ſqq.*

***** THOMASIVS *l. c. cap. VII.*

XXXI.

Summo, quod aiunt, digito hactenus fontes, vnde tandem ius Iuſtinianeum defluxit tetigimus. Paucos ſed probatos vbique ſcriptores adiecimus, vt in ipſo ſtatim ſtudii huius limine tyrones intelligant, per quos proficiendum, ſi ad ſolidam iuris ſcientiam peruenire velint, ſimulque videant, quanta diligentia ad veræ iuris Philoſophiæ cognitionem requiratur. hinc animum obfirment; vt ſtrenue laborando, intimiora Themydis ſacraria penetrare poſſint. *

* Hoc autem tum demum fiet, ſi nullius aucto-

auctoritati donent fidem iuriſprudentiæ: ſi cuncta ſerio cognoſcant; excutiantque adhibita ope hiſtoriæ & temporum diſcrimine, ſimul ratione civili & naturali: ſi leges moresque romanos potius romanis, quam neſcio quibus peregrinis & barbaris moribus ac verbis interpretentur. ſi inveniant viam, qua leges, plebiſcita, Senatusconſulta, Prætorum edicta concinnari, & legum momenta magis ratione, quam pictis in pariete nebulis nugisque gubernari poſſint. Equidem inveniuntur, qui nimiæ, ac miſeræ & ſtultæ diligentiæ eſſe iſta antiquitatum ſtudia opinantur: ſaltem minus tuta, inutilia & dediſcenda eſſe, vbi ex vmbra in ſolem & pulverem atque adeo in aciem deſcendendum, ibi ſeculi moribus, & novo atque inviſo ordine vtendum ſit. Perinde quaſi tutum ſit, quod non ſit verum; aut quod pro iure ſcripto obſervetur, recte intelligi, inutile ſit; aut tantum inſulſa vſu placere atque obtinere poſſint. Hæc & conſimilia plura habet GERARDVS NOODT *de cauſis corruptæ iuriſprudentiæ p. edit. operum huius auctoris lugdun. 765.* vbi ſubiicit: *Verum multi aut inertia, aut ignorantia, aut ſpe mercedis, & ambitione frequentis auditorii adeo transverſi aguntur: vt nihil penſi habeant, cum ſuis auditoribus quotidie conſimiles miſcere fabulas; hisque ignauiæ ac deſidiæ illecebris pulcherimam ſubvertere artem; &, quod indignum eſt, animos iuvenili credulitate fluxos atque obnoxios corrumpere, inprimisque parentum vota, & rei-*

publicæ ſubſidia fruſtrari. aliudne efficiunt hac verborum ſpecie ac fraude? quam vt iuvenes egregiæ ſpei atque indolis, dum in Academiis non audiunt veteres leges, neque bonos euoluunt auctores, neque per ſtudiorum gradus ad præclara quæque & ſublimia educuntur, neque ad verum atque honeſtum laborem exercentur, ætatem ſtudiis aptam ac deuotam, luxu aut otio conſumant, atque ex his egreſſi ſpatiis, & ſui iuris facti, deinde in ea, quæ ante non audiverint, legerint, didicerint, inquirendi neque libidinem habeant, neque copiam, adeo ad ſenectutem nihil præcipuum adferant præter ſtultitiam & pœnitentiam.

CAPUT III.

DE

IVRISPRUDENTIA IVSTINIANEA.

I.

IUrisprudentiæ pars, quæ a Iuſtiniano * nomen habet, & tanquam commune oraculum in foris Germaniæ fuit recepta, partim Romanis ita propria eſt, vt ad alias rerum publicarum formas plane non quadret, ** partim ex naturali iure petita, æquitatem omnibus omnino ciuitatibus ma-

maximopere commendandam ſpirat. ***
Hæc vero, vt inuicem a ſe rite diſcernantur, in hoc ſtudio noſtro multum intereſt, ne iſta obtorto, quod aiunt, collo in iudicia noſtra impertinenter trahamus, aut, quæ ex limpidiſſimis rectæ rationis fontibus deriuata ſunt, tanquam ad ſolos Romanos ſpectantia reiiciamus.

* Ante-Iuſtinianum ius civile ad certum modum redigere, atque ex immenſa diffuſaque legum copia optima quæque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros, iam deſtinaverat Iulius Cæſar, ſed talia meditantem mors prævenit. SVETONIVS *in vita Iulii Cæſaris cap. XLIV.* de eadem re etiam notum eſt Ciceronem cogitaſſe: nam & liber eiusdem de iure civili in artem redigendo laudatur ab A GELLIO *L. I. C. XXII.*

** Huc ſpectat HERMANNI CONRINGII *de iuris publici iuſtinianei in Germania auctoritate diſſertatio* vbi inter alia ſic infit: *Iam vero ne illud quidem, eam reipublicæ formam, quæ Iuſtiniano Cæſare obtinuit, aut eſſe omnium optimam, aut convenire moribus noſtris atque huic ætati, quod proximum, temere quis civilis prudentiæ conſultus affirmaverit. Pari autem modo & alterum dictu ridiculum fuerit; omnes promiſcue leges illas, aut vero illas iuris publici, vltro ceu reipublicæ normam eſſe admiſſas. Principio enim conſtat, ne forum quidem vllum, in privatis controverſiis finiendis ſolo ſtare illo iure romano, ſed ad hoc leges ſæpe plane adverſas*

conſuetudinesque domeſticas obſervare: tantum abeſt, vt omnes illius Tribonianei corporis vlla reſpublica approbaverit. Quo vero tempore, Imperium noſtrum Germano Romanum iuravit in ius publicum illud Iuſtinianeum? &c.

*** Hoc nomine, capite ſuperiori I. iam laudavimus D. Keſtnerum & D. Klepperbein qui erudite, quæ hic aſſerimus, comprobant. Egregium plane opus eſt, IOH. DOMAT *Loix civiles dans leur ordre naturel.* quod leges civiles ad æquitatem naturalem & prudentiæ regulas revocat.

II.

Hunc in finem ante omnia iuris a Iuſtiniano compoſiti & promulgati ordo atque hiſtoria * commendanda eſt, vt, quo loco ſingula, quæ ibidem occurrunt, habenda ſint, eo melius pernoſcamus. Primum autem opus, quod aggreſſus eſt Imperator Iuſtinianus, collectio fuit conſtitutionum imperatoriarum tam in tribus iſtis anterioribus codicibus comprehenſarum, quam Nouellarum, quæ poſt Codicem Theodoſianum ad tempora vſque Imperatoris noſtri fuerunt promulgatæ. *

* Cuius ſubſidia conſignavit Illuſtris STRVVIVS *in Bibliotheca iuris ſelecta Cap. VII.* MORHOF *polyhiſtor. Tom. III. L. VI Sect. IV.* Præter eos qui iuris hiſtoriam dederunt, præcipue notandi horum temporum hiſtorici, unde ſtatum Imperii Iuſtinianei politicum cognoſcere queа-

queamus. hos addiſcere potes ex CHRISTOPH. ADAMI RVPERTI *obſervationibus ad Synopſin. Beſoldianam minorem* Cap. XV. p. m. 465. ſqq. De ipſo Imperatore Iuſtiniano inprimis PROCOPII *hiſtoria arcana* notanda, de qua vid. D. STRVVIVS l. c. §. III.

** Hinc Iuſtinianeus Codex fuit conflatus, quem cum ipſe Iuſtinianus poſtea abolevit, repetitæ prælectionis Codice edito, de eodem non eſt cur nunc ſimus ſoliciti. Quale fuerit hoc inſtitutum, expoſitum in duobus conſtitutionibus, de novo codice faciendo. & de Iuſtinianeo codice confirmando. quæ in corpore iuris Codici præmittuntur.

III.

Diuerſæ Iuriſconſultorum ſententiæ ex duobus pene librorum millibus * auctoritate Iuſtiniani conquiſitæ, & quæ proximiores iſtis temporibus erant in Pandectarum volumen relatæ ſunt, plurimis reiectis, quæ magnam Iurisprudentiæ lucem affundere potuiſſent, niſi per nimiam feſtinationem Triboniani fuiſſent neglecta. ** In libros & titulos hoc opus diſtinctum eſt maxime quidem ad ordinem Edicti perpetui, licet negandum non ſit, ab iſtius tramite idem ſubinde deflectere. ***

* Confer. *l. II. §. I. Cod. de Vet. Iure enucl. Poſtea vero* inquit Iuſtianus: *maximum opus adgredientes, ipſa vetuſtatis ſtudioſiſſima opera, iam pene confuſa & diſſoluta eidem viro excelſo*

 per-

permiſimus tam colligere quam certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, a præfato viro excelſo ſuggeſtum eſt, duo pene millia librorum eſſe conſcripta & plus quam recenties decem millia verſuum a veteribus effuſa, quæ neceſſe eſſet omnia & legere & perſcrutari, & in his ſi quid optimum fuiſſet, eligere. add. *l. III.* §. *I. ibid.*

** Idem conqueritur I. VINC. GRAVINA in fin. *Vnde ſubductis primæua iuriſprudentiæ capitibus, extinctaque originum luce, eam iuri civili uubem offudit; vt vix veterum Hiſtoricorum, Poëtarum, & Oratorum lectione, atque eruditorum interpretum induſtria, & acumine diluatur.*

*** Diligenter hæc adnotauit IACOBVS GOTHOFREDVS *in Manual. Iur. P. IV.* vbi ſeriem Digeſtorum & Codicis exhibet.

IX.

Quamuis autem fruſtra laborare videntur, qui omnium omnino in Digeſtis occurrentium titulorum cum antecedentibus & conſequentibus connexionis rationem reddere volunt, * attamen ſtudioſo iuris perutile fuerit qualemcunque etiam nexum adhibere, vt eo facilius ſedes ſingularum materiarum memoriæ mandare queat. Ita enim in evoluendis digeſtorum textibus omne tempus, quod alias indicum perluſtratione perdendum, lucrabitur. ** Namque nec libri nec tituli numerum allegando

do ſolemus indigitare, ſed legis ſolum verba initialia, vel numerum cum rubro, ſub quo quærenda, addita nota vel Græce literæ Π. vel maiuſculæ literæ D. vel quod ſcribarum errore introductum eſt, ff. quibus Pandectarum volumen ſignificatur. ***

* ANTONIVS CONTIVS non meliorem viam & methodum quærendam putat, quam eam, quæ in inſtitutionibus primo generaliter deſignata, deinde ſubtilius & effuſius in latioribus Pandectarum libris deducta & expreſſa eſt. CVIACIVS autem *cohærent*, inquit: *digeſtaque ſunt omnia arte mirabili, & qui aliam deſiderant ac comminiſcuntur artem, næ quam illi ſunt ineptiſſimi & imperitiſſimi: Nam neque quid ars ſit, ſciunt, neque artem digeſtorum aut principia certa iuris vlla perceperunt vnquam, ſuaves tamen ad ridendi materiam.* An vero hæc elogia pandectarum œconomia vbique mereatur, hoc ſeculo plurimos dubitare, in vulgus notum, idemque ſuperiori §. adſcripta conſultiſſimi, neque Cuiacio inferioris, Grauinæ querela teſtatur.

** En conſilium IACOBI MÆSTERTII *Diſſertat. de imminuendo labore ſtudii iuridici §. III. p. m. 26. Si de compilando iure Romano quæreretur, eos audire poſſes, qui alium ordinem deſiderant: ſed quia de intelligendo, quod iam ſuo ordine compilatum eſt, agitur, de alio ne ſis ſollicitus: alioquin labor, qui ſimplex & vnicus eſſe poterat, duplex fieret. Nam vt allegatas leges*

ges reperias, easque ipſas vel in ſchala vel foro alleges, Tribonianeum ordinem vt memoriter & perfecte calleas omnino neceſſe eſt, cui ſi novum, quem aut ipſe inveniſti, aut ab alio inventum tibi propoſuiſti, addideris, laborem ſine neceſſitate & fructu auges. Quod ſi tuo ſoli acquieveris, eum autem, quem in corpore iuris habemus, ſpreveris, nihil præſtare publice poteris, niſi tuus vbique locorum recipiatur; quod nunquam aut difficulter admodum continget.

*** De modo allegandi confer. *Brevis introductio in hiſtoriam iuris privati, quo hodie in terris Germaniæ vtimur. Guelferbyti impreſſ. A. 1682.*

V.

In ſeptem partes Imperator Iuſtinianus ipſe digeſta diſpeſcuit in l. II. §. 2. C. de V. I. E. ſed ſequioris ævi Doctores aliam diſtinctionem * propoſuerunt, in digeſtum vetus, quod ab initio vsque ad titulum ſoluto matrimonio pertingit; infortiatum, quod libros, qui ſequuntur vsque ad titulum, de noui operis nuntiatione, continet; & nouum, quo reliquos libros vsque ad finem complectitur.

* Quæ certe aliam cauſam præter iuſtam voluminum molem vix habere videtur. hinc Carolus du Fresne *in Gloſſario med. & infimæ latinitatis; voce infortiatum. Pars vna* inquit: *Digeſtorum iuris, quod barbari noſtri Iuriſconſulti in tres partes diviſere Digeſtum novum infortiatum & vetus: quæ nomina Bulgari & Azo-*

Azonis ſeculo nota tum primum aiunt; nomenclationis etymo hactenus incerto; cuius quidem meminit Robertus de Svvapham, qui vixit ſub Henrico III. Rege Angliæ, in chronico Monaſterii Petroburgenſis, quo loco ait, Benedictum eiusdem Eccleſiæ Abbatem, qui mortuus eſt anno 1194. deſcribi feciſſe plures libros iuridicos, atque in iis Inſtitutiones Iuſtiniani, ſic, cum authenticis & infortiato Digeſtum vetus, tres partes cum Digeſto nouo, ſummam Placentini totum corpus iuris in duobus voluminibus. *Apud Seldenum in præfat ad Angliæ hiſtoricos editos anno 1652. num. 8.* Media vero ætate infortiare dicebatur pro munitum reddere. Vincentius Belvac. L. XXXII. C. 98. de Damiata: *Erat quoque civitas ipſa fortiſſima, multumque poſtquam alias capta fuerat*, infortiata. Charta Raimundi comitis Toloſæ in 30. Regeſto Archiui regii Ch. 121. *Ita etiam quod nos nec dictam villam infortiare poterimus.* add. Du FRESNE *l. c. voce fortia.* Itaque infortiatum digeſtum dicetur, quod inter vetus & novum quaſi munitum exiſtit. Reliqua ad hiſtoriam Digeſtorum facientia potiſſimum repetenda ſunt ex ipſius Imperatoris conſtitutionibus. *Conſt. Deo auctore. de Conceptione digeſtorum ad Tribonianum. Conſt. Tanta, & Dedit nobis Deus. de Confirmatione Digeſtorum.* nec non ex *Digeſtorum proœmio.*

VI.

Epitomen Digeſtorum Inſtitutiones

 com-

complectuntur, quas abſoluta iſtorum compilatione, cura inprimis Triboniani, Iuſtinianus componi iuſſit, imitatus anteriorem Iure Conſultum Caium, cuius libros Inſtitionum hoc loco adhiberi voluit. Licet autem inſtitutiones, ſi compoſitionem ſpectas, Pandectis ſint poſteriores, menſe tamen ante has fuerunt promulgatæ, publicamque auctoritatem obtinuerunt. *

* Confer. *procemium Inſtitutionum.* add. *Præcognita Iuris vniverſi* IOACHIMI HOPPII *Comment. Inſtit.* ſub finem adiecta p. m. 22. ſq.

VII.

Sequitur Codex repetitæ prælectionis, cui quinquaginta Iuſtiniani deciſiones, * ſingulares controuerſias Iurisconſultorum reſpicientes, occaſionem dederunt. Has enim non ſolum locis conuenientibus priori Codici inſeruit, ſed eodem tempore primam iſtam editionem emendauit, nouamque protulit auctiorem & emendatiorem, quam ſolam publica auctoritate muniuit, abrogata priori. Publicatio facta eſt anno 534.

* GVIL. LVDWELLI *diſput. inaugural. de 50. Deciſion. Iuſtiniani.* & IOAN. STRAVCHIVS *in Exercit. ad 50. Deciſion.* Secundas autem editiones veteres vocabant repetitas prælectiones : quo nomine Vlpianus retractos ſuos libros ad Sabinum appellauit: Prælectiones dicebantur lectiones, quibus præceptores præibant diſcipulis.

GRA-

GRAVINA *O. I. C. L. I. C. CXXXIV.* Add. *Conſt. Cordi. de emendatione Codicis Domini Iuſtiniani.* Et hic eſt Codex quo nos hodie vtimur. Temporis ordo, quo ſinguli huius iuris libri prodierunt, talis deſcribitur a IACOBO GOTHOFREDO *Manual. iur. part. I. cap. VIII. p. m. 31.*

A. D. DXXVIII. Iuſtiniano A. II. Coſs.
DXXIX. Decio V. C. Coſ.
DXXX. Lampadio & Oreſte Coſs.
Codicem fieri mandauit Iuſtinianus Idib. Febr.
Codex editus idib. April.
Deciſionum L. initium ab hoc anno.
Digeſta componi mandat Decembr. menſe
DXXXI. Poſt Coſ. Lamp. Or. I.
DXXXII. Poſt Coſ. Lamp. Or. II.
DXXXIII. Iuſtiniano III. Coſ.
Inſtitutiones eduntur menſe Nouembri.
Digeſta eduntur menſe Decembri.
DXXXIV. Iuſtiniano & Paullo Coſs.
Codex repetitæ prælectionis editur menſe Nouembri abrogato priori.

VIII.

Quæ poſt hæc promulgatæ fuerunt conſtitutiones, Nouellarum nomine veniunt. græco idiomate, paucis exceptis, * iſtæ fuerunt conceptæ, ſed hodie Anonymi verſio ceu Authentica auctoritatem ſola obtinet. Nullus plane in hac collectione ſeruatur ordo. Compendium Nouellarum

rum continent Nouellæ Iuliani, Anteceſſoris Conſtantinopolitani. Vbi Codicis leges per ius nouum immutantur ſubinde quædam Nouellarum particulæ eidem inſertæ ſunt, quæ Authenticæ appellantur, eandemque, quam Nouellæ, vnde depromtæ ſunt, vim habent. **

* Confer. præcognita iuris apud HOPPIVM *l. c. p. m. 30. ſqq.*

** Vid. GRAVINA *l. c. C. CXXXV. ſqq.* vbi ſimul C. CXXXVII. quid de Triboniano ſentiendum, imo, quænam ipſi Iuſtiniano, habenda ſit fides, fuſius explicatur. add. D. STRVVII *Bibliothec. Iur. Sel.* C. III. §. IX. ſqq.

IX.

Edicta Iuſtiniani tredecim, aliorumque Imperatorum Nouellæ Conſtitutiones, quæ in calce Corporis Iuris apparent, quamuis in foro nullam auctoritatem habeant, ad explicationem tamen legum nonnullarum inſeruire poſſunt. * Idem iudicium eſto de fragmentis nonnullorum ICtorum corpori iuris additis. **

* Add. D. STRVVIVS *l. c.* §. *XIII.*

** Præcognita Hoppiana p. m. 36. ſqq.

X.

Eodem modo Codicis, quo Pandectarum leges allegantur, ſubſtituta in locum notæ Pandectarum lit. C. Codicis ſigno; Nouellarum allegatio ſecundum ordinem, quo in collectione poſitæ ſunt, per nume-

ros

ros fieri ſolet. De Authenticis notandum, quod ad iſtas euoluendas verba initialia cum tituloCodicis, ſub quo collocatæ ſunt, indicentur. *

* Ioh. Serpilii *compendioſa delineatio totius iuris canonici & ciuilis in vtroque tam allegandi, quam abbreviationes legendi modum exhibens. p. 44 ſq.*

XI.

Inter fata Iuris Iuſtinianei præcipue illud obſeruandum, quod Pandectæ & Codex auctore Thalelaeo in Græcum ſermonem fuerint translatæ, inſtitutiones vero Theophylus eodem habitu induerit, addita paraphraſi, cuius non infrequens apud doctores mentio. Hinc ſequentium Imperatorum aliæ conſtitutiones græcæ publicatæ ſunt, vnde tandem ius Græcum ſuam traxit originem. *

* Confer. Gravina *O. I. C. L. I. Cap. CXXXVIII.*

XII.

Hoc in explicando iure Iuſtinianeo, emendandaque Iuriſprudentia cum fructu adhibetur, neque a Doctore iuris temere negligi debet. * Primus Baſilius Macedo ex vſitatioribus Iuſtinianeorum librorum legibus, ** Codicem Baſilicum compoſuit, eundemque *πρόχειρον νομικόν*, ſiue promtuarium iuris vocauit, quem Leo imperator auxit, Conſtantinus vero Porphyrogenetus

netus repetita prælectione in meliorem ordinem redegit. Iidem Imperatores ediderunt etiam πρόχειρον μικρὸν, quod inſtar Inſtitutionum eſſet, Eclogæ & Synopſis nomen ſortitum. Secuta fuerunt alia promtuaria parua *** priuatim collecta. Huc etiam referendus Photii Patriarchæ Nomocanon, qui locum iuris Canonici Græcorum occupat.

* GRAVINA teſtis eſt, Cuiacium ex Græcorum ICtorum ſuperſtitibus notis, & interpretatiunculis, multos iuris ciuilis locos reſtituiſſe, explicaſſe & illuſtraſſe: ita vt illius eruditio Græcorum luminibus adſperſa germanam Romanorum iurisprudentiam, caligine temporum intermortuam ſuſcitarit.

** Hunc cum præfatione & interpretatione edidit CAROLVS HANNIBAL FABROTTVS, *Pariſiis 1647.* VII. voluminibus.

*** Vid. Grauina l. c. add. D. STRVVII *Bibliotheca iur. ſel. Cap. IV.* quod totum de iure græco poſt Iuſtinianum agit.

XIII.

Noſtra vero potiſſimum intereſt, ſcire, qua tandem ratione Ius illud Romanum Iuſtinianeum ad Germanos peruenerit, nec non, quanta eidem conceſſa a primoribus noſtris auctoritas. De his vero, vt rectum ferre poſſis iudicium, hiſtoria reperti in Amalphitana vrbe Pandectarum Codicis, * aliarumque iuris partium ex ſcriptoribus fide di-

digniſ ſedulo inueſtiganda. Putant nonnulli Lotharium Imperatorem Ius Romanum in ſcholis & forum Germaniæ introduxiſſe: ** alii ſuauiter ſomniant, ſublatas eſſe per leges Romanas patrios mores *** Tu vero caue ne talia pro veris accipias, tibique imponi patiaris.

*Quippe primum hoc exemplar eſt, cum quo nullum aliud integritate aut fide comparandum eſſe omnes confitentur. ANGELVS POLITIANVS *Epiſt. L. X. epiſt. 4.* ſcribit, illud eſſe ipſum Iuſtiniani Digeſtorum ſeu Pandectarum volumen dubio procul Archetypum, in ipſa Curia Florentina a ſummo Magiſtratu publice aſſeruatum, quod magna veneratione, quanquam raro id, etiam ad funalia oſtendebatur, ex Piſana præda eo delatum. Quando autem, & quomodo liber iſte in Florentiam vrbem fuerit translatus, ex Volaterrano, Reinero Gracchia, Ploto, Gryphio & Franciſco Taurello MARQVARDVS FREHERVS *in epiſtol. ad Rudolphum II. præfix. iur. civil. Græco-Rom. Ioh. Leunclavii* refert, Pandectarum antiquiſſimum illud exemplar, quod, ſi non Iuſtinianiani ætate (vt quidam putant, propter notas a Iuſtiniano ſub pœna capitis prohibitas ibidem occurrentes) & ipſius Triboniani prototypon, ſaltem non ita diu poſt, in ipſa Græcia ſcriptum, ſiue in Biſantina aut Rauennate Bibliotheca aliquamdiu aſſeruatum, ſiue aliter Amalphin Apuliæ oppidum peruenerit, in eius vrbis direptione (de qua poſt BLONDVM *L. XV.*

hiſt.

hiſt. &alios teſtatur PANDVLPHVS COLLENVTIVS *hiſtor. neapolit. Lib III. ſub anno MCXXV.*) inuentum circa annum ſalutis, vt Freherus MCC CXXXVI. (ſed qui perperam tranſcriptus pro anno MCXXV.) Piſanis a Lothario II. Imperatore & Innocentio II. Pontifice, in monumentum egregiæ nauatæ operæ donatum fuiſſe, quod ipſos aduerſus Rogerium claſſe iuuiſſent, magnaque antiquitatis veneratione ab eis domum relatum, idemque Florentinos tandem per Guinum Caponium anno MCCCVI. Piſis in poteſtatem redactis, in ſubiectionis ſymbolum ad ſe tranſtuliſſe. Quo tempore nulla præterea tam probatæ fidei exempla ſuperfuiſſe neceſſe eſt. quum ex hoc vnico omnia cetera quotquot vel manu exarata in Bibliothecis viſuntur vel typis formata proſtant, tanquam per traducem dimanaſſe, docti viri liquido demonſtrauerint. conſentit ANTONIVS AVGVSTINVS *L. I. emend. Cap. I.* ANTONIVS CONTIVS *Lib. I. diſput. cap. VII.* Quæ de vetuſtiſſimo hoc Codice diximus, ne quem ſua laude fraudemur; debemus SIMONIS VAN LEVVEN *de origine progreſſu vſu atque auctoritate iuris civilis Romani eiusdemque varia editione atque emendatione hiſtoricæ narrationi p. m. 46. ſqq.* Exinde ratio patet quare Pandectæ iſtæ promiſcue vel Piſanæ vel Florentinæ vocentur. Iisdem temporibus repertum Rauennæ fuiſſe conſtitutionum Imperialium volumen, qui Codex appellatur, indeque ceteros libros iuris, immo &, vt quidam putant, aliud

Dige-

Digeſtorum exemplar in lucem rediiſſe, obſervat I. VINC. GRAVINA *origg. I. C. L. I. Cap. CXXXX. p. m. 169.* vbi ſubiicit: *Nouellæ vero conſtitutiones etiam antea per Italiam vagabantur: vtque mea fert opinio, multi iuris ciuilis libri, poſtquam inceſſit hominen cupido recipiendi iuris Romani, cogniti potius fuere quam reperti. nam & aliquot ante Lotharium annis, ius ciuile Iuſtiniani commemoravit Iuo Carnotenſis Epiſt. 134. & 99. & libros Pandectarum, cum antea ſi occurrerent, forſan ſocordia & obliuione prætermitterentur.* Exinde tandem enatum corpus noſtrum iuris ciuilis, de cuius variis editionibus præter LEVVEN l. c. videndus D. STRVVIVS *l. c. Cap. III.*

** Eorum mentem qui hoc affirmant, ſatis aperte indicat I. V. GRAVINA *Origg. I. C. L. I. C. CXLII. Itaque recepto Romanorum iure vniverſo, & poſt longum exilium in patriam reſtituto: ſtudia Italorum ad interpretationem, atque vſum illius continuo exarſere, ob eamque cauſam publica Imperatoris auctoritas expetebatur, qua ſublatis Longobardorum legibus, deletisque veſtigiis priſtinæ ſeruitutis, Italia per vſum Romani iuris maieſtatem priſtinam recuperaret. Hoc Iuriſprudentiæ officium præſtitit idem Lotharius, quo imperante revixerat. Is enim publico edicto in omnes Imperii regiones emiſſo iuſſit, vt Romanorum ius in ſcholas publicas, inque omnia tribunalia reciperetur: ex eoque in poſterum cauſæ iudicarentur, deletis barbaris legibus, profliga-*

ſtigatisque cruentis moribus italico nomine prorſus indignis. Itaque hoc edicto Romano iuri faſces reddidit ab hoſtibus ereptos; eique publicam auctoritatem lucemque reſtituit. Sed cum pace tanti viri, celebratiſſimique per vniuerſam rempublicam litterariam eiusdem nominis, pro veritatis libertate, liceat nobis in aliam partem diſcedere. Rationibus mouemur ſolidis quas illuſtris polyhiſtor HERMANNVS CONRINGIVS *de origine iuris Germanici Cap. XXI.* nos docuit. Prima eſt: quod nullo antiquo monumento fide digno Cæſari iſti iuris ſtudia referantur accepta. Alterum: qvod optimi quique veterum ea de nouo exordio ſtudii illius, Lothario item & Bononienſium rebus narrent; quæ probant haud obſcure, nullam Lotharii auctoritatem ad iuris illius interpretationem acceſſiſſe. Prius argumentum inde probatur, quod doctiſſimi viri quibus veteres, qui res Lotharii deſcripſerunt auctores, lecti ſunt, vel qui monumenta vetera, quæ in Bononiæ tabulariis extant, inſpexerunt, nihil vnquam, quod huc faciat, inuenire potuerunt. *Invaluit hodie opinio*, ſcribit CALIXTVS: *auctoritate iuſſuque Lotharii, quem & Luderum vocant, Helmoldus, & Albertus Stadenſis, Iuſtinianeum ius in ſcholas & fora revocatum fuiſſe, ſed id nemo veterum mihi lectorum, verbulo innuit, nedum aſſerit. Otto Friſingenſis, Imperatorum Henrici IV. e filia nepos, Conradi III. frater, Friderici Ahenobarbi patruus, qui ea ipſa ætate vixit, geminam Lotharii in Italiam*

tiam expeditionem commemorat: de Wernero & iure vetere reuocato ὀυδὲ γρῦ; rem tantam & adeo memorabilem, vtique non præteriturus, ſi ita vt creditur ſeſe haberet. Tantundem Dodechinus, Robertus de monte, Helmoldus, Albertus Stadenſis, Gobelinus, Vincentius, Antonius, Blondus, Trithemius, Volaterranus, Egnatius, Sabellicus, Nauclerus, Cuſpinianus. Adde quod nec Centuriatores Magdeburgici, nec Cardinalis Baronius qui omnes pluteos, omnia ſcrinia excuſſerunt, vllam eius rei mentionem faciant. Conringius addit, ne in aliis quidem proximorum ſeculorum barbaris hiſtoricis, qui multis voluminibus in Germania & alibi prodierunt, quidquam huius legi. Sed porro neque Sigonius in erudito tractatu de Regno Italiæ, & hiſtoria Bononienſi poſthuma Cæſareum mandatum exhibet, conſtat autem in euoluendis monumentis & ſcriptoribus Italicis neminem fuiſſe diligentiorem. Neque tandem ipſi Bononienſes pro ſtabilienda Nihuſii ſententia quicquam, quod fidem mereatur, proferre potuerunt. Vnde patet ſaltem incertum eſſe quicquid heic aſſerunt. Idem falſitatis conuincit alterum Conringii argumentum. Bononienſes ipſi fatentur, ab anno centeſimo vigeſimo octauo ſupra milleſimum Bononiæ iuris publicæ profeſſioni exordia dediſſe, idque fide dicunt priſcarum memoriarum ad hæc vſque tempora conſtantiſſime perductarum, adiiciunt: *Ea propter publici Gymnaſii noſtri inſigni loco, vbi legislatorum, Iurisconſul-*

torum ac interpretum quamplures non ementitæ conſpiciuntur imagines, illa Irnerii hunc titulum promeruit: Irnerius omnium primus leges commentatus eſt anno MCXX IIX. Quæ, ſi vera ſunt, regerit Conringius: liquet profecto iuris profeſſionem publicam Bononiæ non cœpiſſe ex Lotharii aliquo inſtituto. Scilicet Conradi Suevi partibus addicti tum Bononienſes Lotharium, prima quidem expeditione, anno triceſimo tertio, in Italiam euntem ſpreuerunt, altera demum expeditione, anno MCXXXVI, ægre in gratiam cum Lothario ſunt recepti: vt late Sigonius narrat. Itaque ſi quæ Bononiæ Iuris publica profeſſio iam ante annum triceſimum ſextum cœpit, illa profecto non debetur Lothario. Sed neque Piſani tantum feciſſent illud Pandectarum volumen, ſi non iam ante tum magno in pretio haberi cœpiſſet Romani veteris iuris auctoritas. Neque Lotharius donaſſet Piſanis Pandectas, queis ſine diſciplina Romani iuris minime profecto integra eſt, ſi Bononiæ iuris illius ſcholam habendam conſtituiſſet. Hactenus Conringius, quem ſequitur CONRADVS SINCERVS *in diſſertatione epiſtolica de germanicarum legum veterum ac Romani iuris in Republica noſtra origine auctoritateque præſenti.* §. *XIII.*

*** Vulgaris olim opinio fuit, Lotharii iuſſu receptas hactenus leges Langobardicas, & Francicas in Italia ſublatas & in earum locum ſolas Iuſtinianeas introductas fuiſſe. Eandem

tamen

tamen & incertam & falſiſſimam eſſe demonſtrat CONRING *l. c. Cap. XXIII.* Equidem Sigonius, *conſtans*, ait: *doctorum hominum monumentis eſt fama, Lotharium, vt ex vno iure ciuili Romano poſt hac iudicia fierent, lege ſanxiſſe.* Ex fama itaque totum hoc eſt acceptum, non æui veteris ſed doctorum recentium. Sed rectiſſime FRIDERICVS LINDENBROGIVS *præfat. ad Cod. legum. ant.* hac de re pronunciat: *Nonnulli commentum novum addunt, Irnerium quidem e ſitu ac pulvere ius Romanum reproduxiſſe, vſum autem eius in foro, abrogatis aliis omnibus legibus, Lotharium iterum edicto publico confirmaſſe. Hoc quidem illi dicunt, ſed rectius faciunt qui illis fidem non habent. In re enim ſeria æque perniciosum eſt ficta ſtolide credere, quam falſa confingere. Et vellem ſane edictum hoc Lotharianum nobis aliquis oſtendiſſet. Quod cum hactenus factum non ſit &c.* Deinde ſi quid tale a Lothario conſtitutum eſſet, hoc in conuentibus regni italici factum fuiſſet, ſed quia Lotharius ſola comitia in Roncaliis celebraſſe fertur, in his autem longe alia acta fuerint, non eſt veroſimile de iure Romano introducendo Lotharium ibi quicquam conſtituiſſe. Tandem ipſe vſus contrarium teſtatur. Diſerte ſiquidem hoc indicat auctor Conſuetudinum feudalium Longobardicarum OBERTVS de ORTO, quem Friderico Cæſare circa annum MCLX. Mediolani conſtat floruiſſe. Verba eius ad Anſelmum filium L. II. tit. I. hæc ſunt: *Cauſarum*

quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur iure Romano, aliæ vero legibus Longobardorum: aliæ autem ſecundum regni conſuetudinem. Et paulo poſt de iure Romano addit: Legum autem Romanarum non eſt vilis auctoritas, ſed non adeo vim ſuam extendunt, vt vſum vincant aut mores. An idem Lotharius in Germaniam traduxerit? quærunt, negatiuam veriſſimam eſſe, docet CONRING l. c. cap. XXIV.

XIV.

Senſim potius ſenſimque priuatorum vſu, poſt repertum Digeſtorum Codicem, occaſione grammaticæ controuerſiæ de aſſe, * Irnerii auctoritate in Vniuerſitate Bononienſi primum introductum fuit Ius Iuſtinianeum. Cuius doctrina non ſcholis modo, ſed aulis & foris tantum ſe probauit, ** vt eadem imbuti Irnerii auditores paſſim in conſilia principum adhiberentur, atque præcipua officia tam in foro, quam ſcholis his hominibus demandarentur, acceſſit & Imperatorum beneficium, *** quo factum, vt tanquam commune oraculum ab Italis potiſſimum hoc tempore ſuſpicerentur Iura Iuſtinianea.

* Teſtatur hoc Henricus Cardinalis Oſtienſis *Comment. in cap. pr. extr. de Teſtam. n. 2. As, id eſt, duodecim unciæ. As ergo quandoque ponitur pro obolo. Propter quod verbum venit Bononiam ſtudium civile; ſicut audiui a Domi-* *na*

nomeo. ſignificat autem Domini titulo magiſtrum Azonem.

** Æquitatis præcipue laude & opinione. CONRING *l. c. Cap. XXIII.*

*** Ita RADEVICVS L.IV. *Hiſt.* Cap.III. Friderici I. in Comitiis Roncalienſibus hæc effata adnotauit: *Noſtis, quod iura ciuilia, noſtris beneficiis in ſummum prouecta, firmata ac moribus vtentium adprobata ſatis habent roboris.*

XV.

Orta hinc eſt doctorum * auctoritas, quæ ipſorum dictis, ſubinde parum ſanis, diuinum prope honorem conciliauit. Eadem hæc ratio eſt, cur ipſorum gloſſis a Franciſco Accutſio demum in vnum collectis, ipſo iuris textu maior vis ſubinde adſcripta fuerit. Hæc vero materies eſt corporis iuris gloſſati, ** quod hodie eum præcipue vſum præſtare poteſt, vt, quia caſus in legibus comprehenſi, quamuis horrida dictione, ibidem formantur, ſiquidem veritati congruunt, in ſenſum legis eo facilius hoc auxilio penetrare queant tyrones. Reliquorum doctorum qui poſthæc prodierunt opera maioris ferme molis ſunt, quam vtilitatis.

* De potiſſimis iurium doctoribus ſpeciatim agit GRAVINA *l. cit.* inde a capite CXLIII. ſqq.

** Quod ita dicitur a gloſſis, iuris textui in margine additis. Conſcripſere tales in ſpeciales quasdam iuris partes, Pepo, & qui ex ſchola

Irnerii prodierunt, Placentinus Bononienſis, Ioh. Boſſianus, Martinus Coſſias aliique, quorum gloſſas interlineares in particulares tantum corporis iuris partes in ſuas transfudit, atque primus totum ius illuſtrauit FR. ACCVRSIVS conf. D. STRVVIVS *Bibliothec. iur. ſel. C.III.* §. *XIV.* vbi de variis corporis iuris gloſſati editionibus agit.

XVI.

Interim Germania ſuis moribus & legibus viuebat, inter quas initio ſeculi decimi tertii receptum fuit Ius Pontificium.* Hac occaſione probe obſeruandum, quod Proceſſus ſecundum eiusdem iuris præſcripta, tum temporis maxime fuerit formatus, plurimaque iudiciorum capita ad hanc normam ordinata, cum ſæculo decimo quinto ** iura Romana in ſcholas & fora Germaniæ irreperent, publiceque reciperentur.

* CONRING l.c. cap.XXVI. CONRAD. SINCERVS *l. cit.* §. *42. ſqq.* confer. THOMASII *cautelæ circa præcognita Iuriſpr. Eccleſ. C. XXI.*

** CONRING *l. c. C. XXXII.*

XVII.

Quæ diximus ita capienda ſunt, vt ſimul intelligamus nec in iudicio Cæſareo, aulico & Camerali, neque in aliis Germaniæ foris publico quodam decreto patrias leges & conſuetudines fuiſſe abrogatas, * ſubſtitutis in earum locum Romanis legibus. Aliud quippe docet officium ad ** quod aſſeſſores camerales adſtringi ſolent.

Te-

Teſtantur & aliæ conſtitutiones, eatenus, tantum, in quantum receptis moribus & legibus non aduerſantur, vim aliquam obtinuiſſe leges iſtas. *** Non tamen negauerimus per iudicum, aduocatorumque ſocordiam priſcas leges negligi, earundemque loco ſubinde Romani Iuris ſcita intrudi. Enim vero hoc vitium hominum eſt, quod veritati rei non obſtat.

* Hinc Christophorvs Lehmannvs *Chron. ſpir. L. IV. Cap. XXI.* inquit: *In keiner Hiſtoria iſt zu finden, daß ein Kayſer oder Kœnig die alten Geſætze vnd Rechte der Teutſchen abgeſchaffet, oder andere Rechte an dero Statt anzunehmen geboten, bis bey Auffrichtung des Kayſerlichen Cammer-Gerichts, die Kayſer, Fürſten vnd Stænde des Reichs, nach den beſchriebenen gemeinen Rechten alle Bürgerliche Streit- vnd Rechts-Sachen zu entſcheiden übernommen vnd verabſcheidet.* Et Goldastvs *de maioratu L. II. Cap. XVI. §. 10. p. 169. Denique nulla legitur apud Germanos noſtros Lex Tribunitia, nulla Comitialis, quin ne Imperialis quidem vnquam extitiſſe, qua omnes leges hæ* (germanorum antiquæ) *exoleſcere iuſſæ fuerint.* Quam inſtantiam qui ſerio vrſerunt ex Germanis Galliſque doctoribus, ibidem adſcribuntur.

** Ordin. Cameral. Auguſt. de anno 1555. cap. XIII. §. I. *Die Beyſitzer des Cammer-Gerichts ſollen in keine Sach, ſie ſey ſo gering als ſie immer wolle, allein auff ihr Gutbedüncken oder*

eigen fürgenommen vnd nicht den Gerechten gemæß, informirten Gewiſſen, ſondern auff des Reichs gemeine Recht, Abſchied, vnd den ietzt Bewilligten, vnd auff dieſem Reichs-Tag auffgerichteten Frieden, in Religion, vnd andern Sachen, auch Handhabung des Friedens, vnd ehrbahre gewohnheiten, der Fürſtenthumen, Herrſchafften vnd Gericht (die für ſie gebracht werden) wie ſolches von Alters iedem Cammer-Richter vnd Beyſitzer aufferlegt vnd gehalten worden iſt, nach Vermæg vnd Ausweiſung ihres Eyds, wie er hieunten geſetzt, Vrtheil faſſen vnd Ausſprechen.

*** Ex hiſce omnibus, ait CONRING *l. c. cap. XXXIII. manifeſtum vtique eſt, receptum quidem tandem publico Imperii conſenſu Romanum ius in forum potiſſimum, quod Camerale appellamus: non tamen vt ex vno illo ſententiæ dicerentur, ſed conſuetudinibus & ſtatutis vſitatis ſuo loco relicto, adeoque hactenus tantum, in quantum illud ius receptis moribus & legibus non aduerſatur.*

XVIII.

Idem vero hoc ius poſtremis his ſeculis ex ipſa Romana antiquitate aliisque elegantioris literaturæ fundamentis cœpit excoli. Atque tandem in formam concinnam redactum eſt. plurimi enim Iuris ciuilis commentarii, Syntagmata, Collegia, & exinde compendia * edita ſunt. Alii vero ſingulares titulos notis

notis ſuis illuſtrarunt. Horum non tantum nomina, ſed famam quoque laudes atque vituperia, quibus a republica literaria excepti fuerunt, cognoſcere allaborent tyrones, vt videant, cuius potiſſimum opera ad propoſitam metam, quam commodiſſime ducantur. Id vero vel viua doctoris vox, aut ſcripta hunc in finem publice propoſita, facile condocebunt. **

* Hoc nomine commendanda D. STRVVII *Bibliotheca iuridica ſelecta* ſæpius iam laudata.

** PETRI MVLLERI comment. in G. A. STRVVIO *Syntagma Iur. Ciuil.* vbi ad ſingulorum titulorum rubricas catalogus adiicitur auctorum, qui de iſtis materiis tractarunt. Hoc inſtitutum imitatus eſt HENRIC. ERNEST. KESTNER. *in Memoriali Iuridico* quod axiomata iuris præſtantiora ſecundum ordinem digeſtorum diſpoſita & celebriores ſcriptores & diſputationes ad quemcunque titulum ſpectantes exhibet. Prodiit Rintelii 1715. 4. Neque ſpernenda ſunt acta & diaria literaria *die* Iournal, ſi modo cum iudicio legantur.

XIX.

Vbique tamen illud, cui bono? ſibi ob oculos ponant noſtri, vt miſſis antiquis fabulis, Domitianis multorum quæſtionibus, * aliisque næuis atque defectibus, ** quibus adyta veræ Iuris Philoſophiæ præcluduntur, ea ex ſcriptis ſeligant, quæ moribus noſtris congruunt, & in ipſo actu re-

rum

rum præſentem vſum præſtare poſſunt. Non multa, ſed multum legant, caueantque ne vnquam plura ingerant, quam matura meditatione digerere valent, ne ex omnibus aliquid ex toto nihil intelligant.

* De his confer, Illuſtris Domini WILDVOGELII Diſp. *de caſibus non dabilibus*. & HENRICI ERNESTI KESTNERI *de defectibus iuris communis in republica germanica Diſſertat. problem. I. §. XII. p. 14. ſqq.*

** Idem KESTNER. ibidem. addendus PHILIPPI BVRCHARDI *ICti diſcurſus de hodierna Iurisprudentia neuis & remediis.*

XX.

Initio ſtudii ſimpliciora tractanda eſſe, vnus omnium conſenſus eſt. Recte igitur procedunt ab elementis primis, Inſtitutionibus Iuſtinianeis iuris huius ſtudium exordientes, ſi quidem poſt diligentem textus ipſius inſpectionem concinnum quendam commentarium, * aut compendium adhibeant, quod, quæ in inſtitutis omiſſa ſunt, ſuppleat, ac ſingulorum vſum oſtendat. ** Hauriendis genuinis principiis hoc modo inſtitutiones inſeruiunt, ſi tamen ſimul ad fontes, vnde doctrina noſtra defluxit, ſenſim progrediamur; ipſas intelligo leges, vbi paragraphi Inſtitutionum continentur, vel confirmantur. *** Porro axiomata vbique obuia ſuis locis annotanda & memoriæ mandanda ſunt. ****

De

De contrariis ac obſcuris legibus, hoc tempore ne ſimus ſoliciti. *****

* Optima eſt in diſciplinis proficiendi ratio, ſi lectioni textus non ſolum commentarius, ſed & viua præceptoris vox initio & maxime fundamentis ipſis adhibeatur. Licet enim Inſtitutiones cæteris iuris partibus faciliores ſint, nec alia ſit quæ minus interpretetem requirat, ipſæ tamen difficultatem ſuam habent. In iis exponendi ſunt artis termini, definitiones accuratæ ſingularum rerum ac vocum aſſignandæ, diuiſiones ac ſubdiuiſiones proponendæ, diſtinctio inter ius vetus & nouum facienda, ac omnium quæ in iis expreſſa ſunt, deciſionis ratio, non tam ex legibus, quæ in Digeſtis & Codice continentur, quam ex præceptis naturalibus gentium & ciuilibus eruenda eſt, cum ex iis ipſæ leges petitæ ſint, alioquin vererer, ne, quod abſurdum, ignotum per ignotius exponeremus. Hunc modum rectiſſime ſtudio inſtitutionum præſcripſit MÆSTERTIVS *Diſſ. de imminuendo labore ſtudii iuridici* §.IV. *p.m.* 28. *ſqq.*

** Hoc fine beatus GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS noſter Iuriſprudentiam Romano-Germanico-Forenſem ſe compoſuiſſe, ipſe fatetur, *abſit vero* inquiens: *quod ipſæ Iuſtiniani noſtri inſtitutiones manibus ſtudioſorum excutiantur, vt potiùs has breui & perſpicuo adhibito commentario, vel præmittendas vel iungendas huic operi eſſe moneatur: cum ad ſupplendum id, quod Inſtitutionibus illis deeſt, his labor, ſpectet.*

Ne-

Neque enim facile quis diffitebitur, ibi plurima eſſe prætermiſſa, quorum explicatio neceſſe eſt præcedat lectionem latiorum Pandectarum, Codicis & Nouellarum voluminum.

*** Vtiliſſimam operam hoc paſſu præſtitit Cyp. Regnervs ab Oosterga *in cenſura ſua belgica ſiue nouis notis & animaduerſionibus in libros IV. inſtitutionum.* ſingulis enim §§. adſcripſit vnde deſumti ſint, quibus legibus confirmentur. Hæ, cum pauciores ſint, facile a tyronibus poſſunt euolui, qui hac ratione absque memoriæ carnificina ordinem Digeſtorum & Codicis, quaſi aliud agentes, addiſcent.

**** Nempe, vt iam capite procemiali §.V. monuimus, cuſtodiendis iis, quæ diſcimus, inſeruit ſcriptura concinne ordinata. Sed vbi, quæ legimus, ſtatim in ſuccum & ſanguinem, h. e. certa principia & propoſitiones fundamendales conuertere ab ineunte hoc ſtudio aſſueſcimus, non poteſt dici, quantum hoc ipſo iudicium acuatur. Certe hac methodo agentes ſolidæ eruditionis laudem ſoli merentur, ſciunt enim quibus fundamentis ſuam doctrinam ſuperſtruunt, hæc vbique in promtu habent, iisdemque adiuti veram iuris ſcientiam aſſequuntur. In omni autem iuris ſtudio hunc modum tenendum eſſe monuit quoque Henricvs Moreelse *in Diſſertat. de manuductione ſtudioſi iuris per academiam ad rempublicam apud Voſſium de Rat. ſtud. p. m. 572. ſq. In qua ſtudiorum periodo myſtæ meo paucis hucusque adſcripto auc-*

cto-

ctoribus, libertatem concedo per quoscunque bonos auctores exſpatiandi, vt ex iis optima & exquiſita quæque excerpat, & in locos communes referat. Horum enim omnino hoc tempore initium fieri deſidero, facta diſpoſitione, pro cuiuſque libitu, vel artificioſa methodo, vel inartificioſa alphabeti ſerie, quæ mihi nouis ſubinde titulis adiiciendis accommodatior videtur: opus toto ſtudiorum, imo vitæ tempore ſine intermisſione continuandum, futurumque & penuarium & promptuarium vnde totius vitæ peracti labores depromi & rerum occurrentium actibus feliciter poſſint impendi.

***** *Ideoque* MÆSTERTIVS l. c. inquit: *ſi quid occurrat cuius contrarium in Digeſtis contineri videtur, ſuper conciliationis ratione, non in inſtitutionum expoſitione, ſed Digeſtorum laborabo, contentus interim ſi illas eo modo Tyronibus expoſuerim, quo poſt longam concertationem intelligi debent. In tollendis enim antinomiis ſæpe intima iuris perſcrutari, ac ea eruere oportet, quibus rudis adhuc & imbecillis animus ſtudioſi adhuc eſt impar.* Et paulo ante eodem loco: *Inde cum Cuiacio ignobile eorum otium exiſtimo, qui hunc libellum longiſſimis onerant commentariis, quod poſitum eſt in vna cognitione in infinitum diſpartientes oſtentatione vana, quo plura ſcire videantur. Enarrationibus enim non contenti ex Digeſtis & Codice obiectiones formant, Doctorum ſententias adducunt, ac perplexi iuris difficultatibus illos irretiunt,*

tiunt, qui ne vix quidem terminos artis audiverunt, multo minus ſpeciem ſeu caſum earum legum quæ acervatim adducuntur, & in quibus interpretandis plerique multum æſtuant, pervidere poſſunt. Pari modo, quo is perperam ageret, qui, paganis prima religionis fundamenta propoſiturus, illico implicatiſſima, qua veteris, qua novi Teſtamenti loca, inſuper ſiniſtras hæreticorum interpretationes, & impugnationes adducere vellet. Lac teneris ſtomachis non validus cibus convenit. Ab iis plane abhorrebis, qui in huius libelli expoſitione vix ab vlla iuris noſtri controverſia abſtinent. Cum Romæ prætorem ſecundum ſuam iurisdictionem tutorem dare potuiſſe reperiunt, de ſpinoſa Imperii meri, mixti ac iurisdictionis materia anxie ſeſe torquent. Ab vſucapione ſervitutum, earundemque continuitate ac diſcontinuitate ſeſe non temperant. De argumento ab Etymologia quatenus procedit, ac ſimilibus ægri ſomniis varie rixantur. Ad titulum de actionibus quanam non congerunt? Diceres de induſtria ingeniorum illos tortores in Tyronum confuſionem conſpirare.

XXI.

In tractatione Pandectarum hæc ratio diſcendi tenenda, vt primo titulorum ibidem atque in Codice occurrentium ſeriem addiſcamus, * deinde nomen, definitionem, diviſiones ac cætera, quæ cuiusque rei, ſub quolibet titulo traditæ propria ſunt, proſequamur. Niſi operoſum nimis videretur, ſua-

ſuaderem, vt cuiusuis tituli, qui præ manibus eſt, ſingulas leges, eo, quo poſitæ ſunt, ordine perlegeres, earundemque ſententiam probe expenderes; * de cætero ductum breuioris compendii ſequaris. Hoc autem tale ſit, quod nimia citatione legum ſubinde parum ad rem attinentium, vel antiquiorum ſcriptorum ſuperfluis allegationibus *** non laboret, ſed ab euidentia, breuitate, & ſoliditate commendari poſſit: vbi, quod vtiliſſimo inſtituto hodie fieri ſueuit, cum Digeſtorum legibus ius Codicis, Nouellarum, & hodierna Praxis comparetur. **** Ita enim ſtudioſi magno laboris atque temporis compendio fundamenta omnis iſtius iuris iunctim poſita facilius percipiunt, ſi modo id caueant, ne ipſorum textuum, qui probationis cauſa potiſſimum ex aliis etiam titulis allegantur, euolutionem inſuper habeant: ſine hac enim hiulca eſt tota iuris tractatio.

* Si tibi placent tabulæ, easdem adhibere poteris & ſeligere quæ tibi videbuntur facillimæ. Optimum conſilium ſuppeditat NICOLAVS HOBOKEN *in Epiſtola manuductoria de politicæ prudentiæ ſtudio academico breuiter vtiliterque abſoluendo. p. m. 20. ſqq. Etiam (cum memoriæ imbecillitati leuandæ hic quoque plurimum ſtudere oporteat) Librorum titulis, legibusque contentis, bene retinendis, faciliqué opera pro arbitrio & rei obuenientis caſu adinueniendis, ſummope-*

re profuturam, Digeſtorum nominatim, ordinatam, indicatoriam tabulam ac ſeriem. Quam a temet ipſo diligenti ac attento animo adornandam velim, vt altius memoriæ, ſcriptione mediante, omnia & ſingula inhæreant. Exemplo non ſolum meo, ſed & innumerorum aliorum, idem perſuadentium nitor. Et illa quidem, ſimul ac digeſtorum monumenta adire cogitarem, prima mea cura fuit, vt eiuſmodi vnam (librorum puta & titulorum, Pandectis contentorum ſeriem) confecerim; atque e pariete Muſæi, loco maxime commodo ſuſpenderim: quo conſpectui continuo expoſita & obuia facile memorem redderet, ſingulaque expromeret. imo per aliquot menſes continuos tunc temporis nulla prælapſa fuit dies, quin ſemel ſaltem, ſi non amplius, attente & ordinate eandem percurrendo, memoriam exercuerim. Et quod rite, & ex mente mea id exequare; ſume charta puriſſimæ quatuor ſemifolia, vna cum folii quarta ad minimum parte: illaque in oblongum ſibi inuicem amylo, aut alio quo adglutina. Dein eadem circini ope, exacte interſtingue; lineisque, deorſum ductis, diſtingue in quinquaginta intercepto quaſi puluillos, quinquaginta Digeſtorum libris reſpondentes. Quorum ſingulis tunc ordinatim librum, titulosque ſingulos, ſuo reſpectiue libro contentos, quam compresſiſſime & nitidiſſime inſcribe; præfixo cuique numero condebito & hoc ſuperinſcripto titulo generali: Series librorum ac titulorrum, Digeſta ſeu Pande-

dectas iuris ciuilis diſtinguentium & exhaurientium, vt e. g.

Series Librorum &c.

Libri I.	Lib. II.	Lib. III.	
Titulus	*Titulus*	*Titulus*	
1. De Iuſt. & Iure	1. De Iurisdict.	1. De poſtulando.	
2. De orig. Iuris	2. Quod quisque iur. in alterum ſtatuerit &c.	2. Qui notantur infamia.	Et ſic porro.
3. De legg. & Senatusc. & longa conſuetud.	3. Si quis ius dicenti non obtemperauerit &c.	3. De procuratoribus.	
4. De Conſtitut. princip. &c.	4. De in ius vocando &c.	4. Quod cuiusque vniuerſitatis nomine vel contra agatur &c.	

Cum his, ſi iungamus ſeriem Digeſtorum, qualem exhibet IACOBVS GOTHOFREDVS *in Manuali iuris*, vt ſimul aliqualem ordinis rationem perdiſcamus, neſcio an planior via, qua hæc difficultas ſuperetur, monſtrari poſſit. Sed quæ de Digeſtis diximus eadem quoque de Codice intelligenda ſunt.

** Quamuis enim hodie Collegia in Academiis non, vt olim, ad ſingulas leges dirigantur, attamen quia compendia iſtis legibus innituntur, hæ vero in propria ſede rectius intelligi poſſunt, vbi nimirum auctores ſinguli adſcribuntur vnde Digeſtorum doctrina fuit repetita, legum ipſarum inſpectio non poteſt eſſe non vtiliſſima.

*** Certum quippe eſt nimiis iſtis allegati-

onibus legentis animum diſtrahi, neque vera ſcientiæ principia hac ratione percipere poſſe. Neque ſi vel maxime ſtatim veteres iuris Doctores legendi copia tyroni daretur, hoc conſultum foret. Tum temporis enim cum purioris latini ſermonis hiſtoriarumque & philoſophiæ, cumprimis practicæ, longa eſſet obliuio, primi iſti ex buſto velut reſurgentis iuris ciuilis Romani interpretes, deſtituti illis ſcientiarum & hiſtoriæ ſubſidiis, quæ legum illarum auctores ad eas condendas attulerunt, haud quaquam pari felicitate in illis interpretandis verſati ſunt: imo quamplurimis vocabulis modiſque loquendi barbaris, priſtinum iuris ciuilis doctrinæ nitorem velut rubigine quadam obſcurarunt. Hoc ipſo tamen profectiori ætate eosdem non plane contemnendos cenſemus. Nonnulli enim inſigni præſtantia ingenii & rerum forenſium peritia inſtructi, accedente ſingulari induſtria, ad forenſem legum interpretationem multum attulerunt adiumenti; licet in rationibus earum reddendis, non multum valerent; nec etiam ſatis concinno ſermone in legibus explicandis vterentur: interim induſtria ſua in legum cognitione ad vſum fori accommodanda illi hoc obtinuerunt, vt eorum ſententiæ apud complures non minus auctoritatis habere cœperint, quam illorum, qui in Pandectis memorantur; quamuis reuera multum interſit inter vtrosque; nam Vlpiani, Papiniani, Modeſtini & reliquorum iuris, quod in Digeſtis conſpicuum eſt, auctorum

ſen-

ſententiæ ex confirmatione Cæſarea vim legum obtinent; cum e diuerſo Accurſii, Bartholi, Baldi & aliorum, qui iis ſucceſſerunt, interpretationes omnem ſuam auctoritatem habeant ex conuenientia cum mente ac ſententia legum; & vbi ab ea recedunt, nec tamen id quod contra ſcripti iuris verba ſententiamue vſu introductum, demonſtrant, deliramentis annumerari mereantur: quemadmodum obſeruauit celeberrimus Academiæ Iuliæ Profeſſor IOHANNES EISENHART *in eleganti programmate de varia fortuna doctrinæ iuris ciuilis & illius optima ratione*. §. XIII. XIV.

**** Veriſſime dixit CYPR. REGNERVS *ab Ooſterga in Dedic. Cenſur. belg. p. m. 5.* illos interpretes miſere iuris ſtudioſis imponere, qui non ſingulis titulis, imo ſingulis §§. iurisprudentiæ Romanæ mores hodiernos cum ſuffragantes, tum aduerſantes ſuperaddunt. Bonus rerum arbiter Petronius illos adoleſcentes, qui in ſcholis nihil ex iis, quæ in vſu habentur, aut audiunt, aut vident, ſtultiſſimos fieri exiſtimat. Iuſtinianus iſtiusmodi Doctores fabularum profeſſores indigitat in proœm. Inſt. Qui ius obſoletum, ait Beſoldus in politt. operoſe nimis tractant, & de iure magis ſuperſtitioſe agunt, ac ſi in foro Romano verſarentur, digni ſunt, qui ad campos Elyſios relegentur, vt ibi ius dicant Romanis. Similes ſunt, teſtante germano Anteceſſore emerito, habentibus marſupium plenum recte ſignata pecunia, ſed in illa regione

vbi

vbi contrahendum & coemendum eſt, non currente & expendibili.

XXII.

Difficiliora vero, quæ poſtea occurrent, loca vel Doctoris viua vox, vel commentarii * ad ſingulos iuris libros directi enodabunt. Vſum in foris collectores rerum iudicatarum, deciſionum, Conſiliorum ** docebunt. Vt vero ad terminorum incognitorum intellectum venire liceat, aliquod Lexicon iuridicum *** indeſinenter ad manus ſit. Contrariis legibus componendis non vnus Iureconſultorum operam navavit, qua cum fructu vti poſſunt iſtarum ſtudioſi. ****

* De his præter D. STRVVIVM qui l. c. eosdem pro librorum ordine recenſet; in compendio pereleganter agit I. VINC. GRAVINA *Orat. IV. de Iuriſprudentia ad ſuos Iuris Ciuilis auditores. p. 141. ſqq.* Obiter ſaltem notamus, paucos ſed ſelectiſſimos requiri commentarios. e. g. ad Pandectas præter BRVNNEMANNI *Commentarium*, SCHILTERI *Exercitationes*. Ad Codicem eiusdem BRVNNEMANNI laudatiſſimum Commentar. cum PEREZII *Prælectionibus in Codicis Iuſtinianei Libros 12.* In nouellas CONRADI RITTERSHVSI *ius Iuſtinianeum, h. e. Iuſtiniani & aliorum Imperatorum Nouellarum expoſitionem methodicam.* Quibus ſubinde addi poſſunt Anton. Fabri, Iacob. Cuiacii, Hottomanni opera, quæ de iure fecerunt, multivaria

erudi-

eruditione repleta. Nec negligendi ſunt, qui de Regulis Iuris & Verborum ſignificatione ſeparatim egerunt, quorſum Bronchorſti & Ioan. Iac. Wiſſenbachii labores comparati ſunt.

** Notanter dixi vſum iuris ex his ſcriptoribus repeti, non ipſum ius. Nam hoc probat lex & ratio. hæc propter ſeipſam: illa vero propter hanc: non enim aliam recipit interpretationem lex, quam quæ a ratione ſuggeritur: cum hæc illam primo dictauerit. Proinde cuius rationis ratio non extat, ei rationi ratio non eſt habere fidem, vt ait Marcus Tullius. Niſi lex talis ſit (quarum tamen paucæ admodum in iure noſtro) vt non rationem, ſed conſtituentis voluntatem pro anima habeat.

Sic volo, ſic iubeo: ſtat pro ratione voluntas. Auctoritas rerum iudicatarum in hac decertandi palæſtra parum prodeſt. Si dixerit aliquis, ſic vidi, ſic audiui, on deciſiones; magis riſum quam noſtram fidem excitat. Nos quærimus cur ita iudicetur: num ea ratio redoleat iuſtitiam: an non potuiſſet iudicari melius. Fructus qui Chirurgo obuenit ex artis ſuæ exercitio non eſt, quod meminerit ſe viginti peſte correptos & decem arthriticos ſanitati reſtituiſſe: ſi per hoc non formauerit ingenium, neque docere poſſit, quod artem ſuam exercendo, deuenerit ſapientior. Experientia concoqui debet & digeri, vt ex ea concluſiones ducamus quæ formant iudicium: debet reuolui & concinnari vt cognoſcamus, quid iudicem mouerit, vt ita iu-

dicaret: poteſt enim vna eademque res diuerſimode conſiderari. IACOBI MÆSTERTII *diſſertatio de artificio diſputandi iuridice p. m. 17. §. IX.* Et laudatus iam GRAVINA *de inſtauratione ſtudiorum orat. I. p. 47.* poſtquam indicauit, Accurſium cum ſocio Viuiano mira facilitate facti ſpeciem tyronibus exponere & viam doctoribus feliciter ſternere ad forum quotidianis quæſtionibus & rebus proponendis atque tractandis Cuiacium vero abſtruſiorem ſententiam legum retegere, & e latebris iuris antiqui mentem eruere Iuriſconſultorum: vt receptiora quidem ab Accurſianis; a Cuiacianis tamen veriora promantur. ſubiicit: *Ideo neutri negligentur, quia illi vſum, iſti ſcientiam præſtant, qua pro re nata, vel confirmatur vſus, vbi cum ratione conueniat, vel ſi deflexerit a ratione, corrigitur: niſi obſtiterit ignorantia iudicum, qui contra Iuſtiniani præceptum l. XIII. C. de ſententiis & interlocutionibus omnium iudicum, imo & contra rectæ rationis normam, hoc præcipue tempore non legibus cauſas definiunt, ſed exemplis, quas deciſiones vocant; quarum inauſpicata volumina Romanam Iuriſprudentiam in Romano ſolo ad perpetuum ætatis noſtræ dedecus obruerunt.* Videant ergo, quomodo huic ſtudio conſulant; qui omnem legitimæ ſcientiæ vim in ſuorum Anteceſſorum & Doctorum reſponſis & auctoritate collocant, vnumquodque argumentum & thema iuris ſatis confirmatum arbitrantes, ſi plurium idem ſtatuentium Doctorum nomina

tan-

tantum ſint annotata, verbis & rationibus eorum plane omiſſis. Mihi certe non iniquum de his iudicium videtur, quod IOH. EISENHART *program. de varia fortuna doctrinæ iuris ciuilis & illius optima ratione.* §. XVII. pronunciat: *ſed hoc quidem viliſſimum & maxime ieiunum eſt Iuriſprudentiæ tradendæ genus, vtvt hodie quoque nonnullos inueniat aſſeclas, qui pulcherrima ſeſe vti methodo arbitrantur, ſi modeſtiam ſuam inſcribendo teſtentur, nihil ex rationibus, ſed omnia ex teſtimoniis vndecunque congeſtis deducendo: Sane in hoc docendi ſcribendique modo nihil eſt, quod in aliis ſcientiam iuris gignere idoneum ſit, ſi tantum allegentur priuati ſcriptores nullaque fiat mentio legum; vtpote ex quibus ſolis quæſtiones iuris decidendæ ſunt §. XVIII Mature autem a nonnullis obſeruatum eſt, actum fore de omni iuris certitudine, ſi, a legibus recedendo, ſolis opinionibus ac ſententiis Doctorum omnis deferretur auctoritas.* Caueant ergo ſtudioſi iuris, ne carbonariæ fidei in iuriſprudentia diſcenda quicquam concedant, hoc eſt, ne vnquam quis dicat, adeo, quam quid dicatur, qua ratione dicendum ſit, diligenti examine cogitent.

*** Varia iuris lexica allegat STRVVIVS *l. c. cap. IX. §. V.* locupletiſſimum, proinde & frequentiſſimum, hodie eſt *Lexicon iuridicum iuris Cæſarei ſimul & Canonici feudalis item, ciuilis criminalis, theoretici, ac practici &c.* IOHANNIS CALVINI, alias KAHL *Vetterani I. D. & in Acad.*

Acad. Heidelberg. profeſſoris. cuius vltima editio, quantum ſcio, prodiit *Geneuæ 1670. fol.*

**** Huc referuntur BERGERI *reſolutiones*, nec non G. ADAM. STRVVII *Gothofredi Immo, hoc eſt, conciliatio legum in ſpeciem pugnantium, quas in notis ad digeſta Iur. Ciuil. Dionyſ. Gothofredus per verbum immo indicauit.*

XXIII.

Tandem ingenii vires periclitandæ non ſolum crebra repetitione, qua vel a nobis ipſi * vel Doctor, vel inter priuatos parietes commilitones a ſe inuicem, eorum, quæ hactenus propoſita fuerunt, rationes exquirant, vt cuiuis conſtet, quantum, quolibet tempore in ſtudiis profecerit. ** Sed & adverſus contraria ſentientes veritatis & iuſtitiæ dictamina tueri oportet, quo manum ducent vtiliſſima exercitia diſputatoria, *** pro auditorum captu ſuper diverſis iuris articulis inſtituta, quibus, ſi cætera omnia recte ſe habeant, dici non poteſt, quantum commodi ſtudiis accedat. Qua vero ratione leges Romanæ in foris noſtris ad facta applicentur, iurisprudentiæ eſt forenſis, de qua inferius non nihil monebimus.

* Prudenti conſilio IOH. IOACHIMVS SCHOEPFFERVS *in præfamine ſynopſis iuris priuati Romani & forenſis* ſuadet, vt ſtudioſi horis veſpertinis, antequam lecto ſe committunt, & horis

horis matutinis, poſt ſomnum excuſſum repetant audita vel lecta, iuxta vulgatum enim illud:

Sæpe recordari medicamine fortius omni.

** Idem ibid. Nec leue memoriæ fulcimentum eſt, ſi quis illa, quæ memoriæ mandauit alios doceat, quam oblatam occaſionem iuuenis, ſolidiorem captans eruditionem ambabus amplectatur manibus, licet ſine vllo primus labor ſuſcipiendus ſit honorario, cum lucelli loco doctrinæ confirmatio ſit æſtimanda, docendo enim diſcimus. Cum vero hæc res maturioris iam ſit iudicii, adoleſcenti vix promtius atque ſecurius commendari poterit remedium, priuatis Doctorum collegiis examinatoriis in quibus propinata iuris fundamenta non tantum repetuntur, & memoriæ iterum iterumque incutiuntur, ſed diſcenti quoque commoda ſuppeditatur occaſio, a Profeſſore illorum quæ animum reddunt dubium, reſolutionem expetendi. Imo prudens ac fidelis doctor ex datis examinatorum reſponſionibus, facili aduertet negotio, quis ſcrupulus animum auditoris premat, quem haud raro binis eximere poteſt verbis, in cuius reſolutione auditor ſolus vel diei ſpatium impendere neceſſum habuiſſet.

*** His certe & linguæ & ingenii vires tum explorantur tum perficiuntur. Atque hac demum ratione ſtudioſus noſſe incipit, quantum ſciat, & quantum neſciat; ſi nempe in cathedram vel ad cathedram ſe conferat, & Reſpondentis atque opponentis vi-

ces

ces in ſe recipiat. Equidem ARISTOTELES *Rhetor. I. C. XI. Vbi certamen eſt*, inquit: *ibi victoria: quare & iudicialis & contentioſa diſputatio iucunda eſt iis, qui aſſueuerunt & diſputandi facultate pollent: quippe & in diſputationibus plerumque aut vera aut præſumta victoria ſubeſt: Victoria autem iucunda eſt, quoniam opinionem excellentiæ gignit de eo, qui victoriam reportat ab altero: at excellentiæ deſiderio omnes homines tenentur, alii remiſſius alii vehementius.* Hoc verum eſt, ſed veritatis ſtudioſus, etiam nouit, idem illud deſiderium excellentiæ oculos mentis obcœcare, ne poſſint cernere verum, atque vanas plerumque atque inutiles euadere, quæ hoc fine agitantur diſputationes: vnde ex amore veritatis & proficiendi ſtudio, non vero inclareſcendi cupidine cathedram conſcendit, procul faceſſere iuſſis dialecticorum acuminibus quibus ſtultiſſima arrogantia inflati, quo ſapientiores viderentur, nunquam defuerunt qui veritatem attererent, & ſcholarum ſpinis lumen rerum atque perſpicuitatem ſententiarum prætexerent. Scio in pauciorum ſtudioſorum manibus eſſe I. V. GRAVINÆ *Orationes & opuſcula* ideoque proficuum arbitror tanti viri egregia plane hanc in rem effata ex *oratione V. de recta in iure diſputandi ratione.* hic adſcribere. præter alia *p. 170. Atque hanc*, inquit Illuſtris auctor: *a naturalibus quidem ſcientiis peſtem, rixarumque vecordiam philoſophorum noſtris temporibus in Italia, Germania, Gallia*

Gallia, Britannia præſtantiſſimi auerruncarunt, ac priſtinam revocauere ſtudiorum ſeueritatem ſacrumque illud repetiere ſilentium nouorum inventorum ætate noſtra feraciſſimum. Verum quanta Dialecticæ ipſiusque mentis humanæ corruptores in ſcientiis naturalibus peccent, quibusue contumeliis Philoſophiam afficiant, nihil ſane refert mea. Illud tamen tacitum a me certe non tulerint, ne inutiliter ſim docendæ atque cuſtodiendæ iuriſprudentiæ ſuſceptus, quod hunc diſputandi morbum in legum doctrinam per dimiſſos ab ſe inuexere diſcipulos, qui, pro Græcis & latinis literis, notitiaque hiſtoriarum, captiones & concluſiunculas ad ſtudium iuris ciuilis afferentes, perinde argutantur in legibus, atque ab ineunte ætate in ſcientiis aliis conſueuere. Quæ ſterilis atque peruerſa differendi ratio, cum vbique ſit noxia, nuſquam tamen exitioſior eſt, quam in diuino humanoque iure. In illis enim ſcientiis, quæ ſola contemplatione abſoluuntur, falſa ratio ſuum non egreditur orbem: at error, a mente in diuino humanoque iure conceptus, plerumque opiniones parit, quæ vel animos vel patrimonia peſſumdant. Vnde nihil magis Iuriſconſulto neceſſarium, quam recta & ſana minimeque fallax norma differendi: pro qua ſi perplexandi morem arripuerit, ſua falſitate iudicii ciuilem quoque ſtatum, & opes atque fortunam aliorum euertet. Aſſuetus enim falſis rationibus, etſi alterius irretiendi maxime calleat artem, deſuetudine tamen veritatis viam nunquam no-

nouerit explicandi ſui, nec niſi fortuito iuſti atque iniuſti diſcrimen inuenerit, vt ei tota vita ſit inter laruas in vmbrarum prælio confligandum. Hos ego iuſtitiæ ſcopulos & offendicula rationis humanæ quantum contendere voce atque ingenio poſſum, conabor abrumpere; indicata breuiter honeſta illa & verecunda, minimeque peruicaci norma diſputandi, qua maiores olim noſtri ante Arabas vtebantur: quæ ſicuti contra falſitatem ingenium acuit, ita illud ſubiicit imperio veritatis: contra quam dicacula illa & argutatrix dialectica vulgaris totos dies impudentiſſima latrat ipſa, & latrare doctrinas alias docet. Quæ mentes adoleſcentium eo fœdius corrumpit, quod non ſolum falſis rationibus, ſed etiam iniuſtis laudibus eos ad ſuperbiam adducit atque iactantiam, ingeneratque animis vna cum contemtu ſeuerioris atque modeſtioris doctrinæ amorem popularis auræ, quam a teneris annis in corona ſophiſtarum ſingulis diebus aucupantur. Vos vero, qui ad iuſtitiæ ſtudium conueniſtis, adoleſcentes, nullam illius cognoſcendæ ſpem habetote, niſi allatas huc forte muſcipulas dialecticorum abieceritis, eamque diſputandi rationem inſtiteritis, quæ ſicuti nunquam retegenda & proculcanda falſitate defatigatur, ita confeſtim iubet cedere veris: ne, temere contendendo, mentem veritati oppoſitam induatis. Vnde diſputationibus locus erit, quoad apta & congruenti exagitatione ſententiarum certa ex incertis exſiliant, & altercationibus veritas excutiatur: quæ

in

in lucem exeunte, veſtri iudicii atque candoris erit, abire ſtatim a iurgiis, ne, dum iuſtitiam addiſcitis, parentem iuſtitiæ veritatem oppugnetis, ac bonum & æquum, cuius notitiam quæritis, a veſtris mentibus arceatis. Et quoniam homines ad perſpectam veritatem natura ipſa ferimur, ideo nihil de arguendi forma laborandum, dummodo veritati propugnandæ, falſitatique confutandæ idonea ſit, atque apta ſenſibus, rebusque conueniens. Etenim concluſiones veræ non e formis illis puerilibus argumentorum exoriuntur, ſed ex ipſius veritate materiæ: quæ quibuscumque verborum formulis eluceat, ſuapte vi mentibus dominatur. &c. Reliqua, quæ circa diſputationes iuridicas obſeruanda ſunt, pereleganti libello expoſuit Iureconſultus Halenſis celeberrimus IVSTVS HENNINGVS BOEHMER cum anno 1703. *ſuccinctam manuductionem ad methodum diſputandi & conſcribendi diſputationes iuridicas* ederet.

CAPUT IV.

DE

IVRISPRUDENTIA GERMANICA.

I.

AD diuerſas Germanorum leges intelgendas applicandasque neceſſaria omnino eſt temporis atque ſtatus, quo

quo ſingulæ latæ fuerunt ſolida cognitio genuinis hiſtoriarum fontibus innixa. * Namque diuerſiſſima facies noſtræ gentis, inde a prima origine tam ratione formæ adminiſtrandæ reipublicæ, quam legum ** ad noſtra vſque tempora deprehendi poteſt.

* Conf. cap. procem. § XI.

** De his videndus eſt HERMANNVS CONRINGIVS *de Orig. Iur. Germ.* cui addere poſſunt tyrones M. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI *ſpecimen coniecturarum politicarum de Origine & natura Legum Germanicarum priuatarum antiquarum earumque ad ſtatum præſentem prouinciarum Germaniæ, inprimis ad terras Proteſtantium habitu.* Vtiliſſimum opus ſuperiori anno Lipſiæ impreſſum.

II.

Initio quidem moribus magis, quam ſcriptis legibus Germanorum populos vixiſſe, teſtatur antiquitas. * Demum ſeculo quinto nonnulli germanorum populi, Romanorum prudentiam admirantes, horum lingua & literis leges ſuas ſcripſerunt, ** quibus Romani mores hinc inde immiſceri ſolebant. Inde Germanorum Ius vel patrium, vel aliunde petitum eſt. Aliud itidem publicum, aliud priuatum. De illo quidem infra dicemus, huius vero fontes & diſcendi methodus hoc loco exponendi veniunt.

* Tri-

* Tritiſſimum eſt illud TACITI *de moribus Germanorum Cap. XIX. in fin. Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.* & *L. XXVI. Fenus agitare & in vſuras extendere ignotum: ideoque magis ſeruatur, quam ſi vetitum eſſet.* Add. Illuſtr. THOMASII *Delineatio hiſtoriæ iuris Romani & Germanici* §. LXXXI. Eiusdem *diſſert. de morum cum iure ſcripto contentione.* §. *LV.* vbi notat, quod quemadmodum antiquitus leges non ſcriptæ canticis fuerunt comprehenſæ, ſic & idem a Germanis olim fuerit vſurpatum, vnde factum, vt ſinguli cantionum verſiculi poſtea vocarentur leges, *Geſetze.*

** Præcipui in hoc numero fuerunt Franci, Burgundiones, Weſtro-Gothi, Oſtro-Gothi, Longobardi. Hi enim cultiſſimas Romani Imperii prouincias victores incoluere, & aſſumtis paulatim ſuorum hoſtium, quos deuicerant, Romanorum inquam, moribus, ſeculo illo quinto vel paulo poſt leges ſibi conſcribere cœperunt, & Romana quidem cum lingua tum literis, quod ſuæ linguæ voces literis exprimere neſcirent & characteribus deſtituerentur. CONRING *de orig. iuris germ. cap. II.*

III.

Quemadmodum vero populi Germaniæ non niſi ſequiori æuo in vnam rempublicam eualuerunt, ſingulisque ſuæ fuerunt respublicæ, * ita quilibet populus leges ad gentis ſuæ genium accommodatas promulgauit. Vnde Francorum, WiſiGothorum, Burgundionum, Oſtro Go-

thorum Longobardorum aliorumque Germaniæ populorum leges iſtæ enatæ ſunt.

* Hinc Illuſtris STRVVIVS *in ſyntagm. hiſt. Germ. Diſſert II.* §. *2.* inquit: *In generali Reipublicæ Germanicæ diſpoſitione conſiderandum, Germaniam non integrum interque ſe nexum Reipublicæ ſyſtema conſtituiſſe, prout ſtatus eſt hodiernus, ſed in ipſa Germania tot fuiſſe ſpeciales Reſpublicas quot populos. Nec enim in provincias Germania erat diuiſa, prout hodie, ſed in populos, quorum quisque ſuum conſtituebat Regimen ſpeciale atque independens. Nec nunquam inter ſe commune habebant Germaniæ populi, niſi in quantum ſpeciali fœdere ſe ſociarent.* Add. HERMANNVS CONRINGIVS *de iudiciis reipublicæ germanicæ* §. IV. De ſingulorum autem populorum nominibus in compendio agit CHRISTIAN IVNCKER *in der Einleitung zu der Geographie mittleren Zeiten* P. II. C. I. Eorundem ſedes præter TACITVM *de moribus Germanorum*, explicant PHILIPPVS CLVVERVS *in germania antiqua.* CHRISTOPHORVS CELLARIVS *in notitia orbis antiqui.* IOH. WERLOFIVS *in ſpecimine primo notitiæ Imperii enucleatæ.* & IOH. NICOLAVS HERTIVS *in notitia veteris Germaniæ populorum.*

IV.

Sed Wiſi-Gothicæ, Oſtro-Gothicæ & Burgundicæ leges, alias potius, quam Germaniam, prouincias reſpiciunt. * Ad eandem vero referendæ leges Francorum, Aleman-

lemannorum, Baioariorum, Saxonum & Longobardorum. Franci etiam Salii ** olim dicebantur, vnde lex Salica *** nomen ſuum ſortita fuit. Primam eiusdem legis, tum quidem mere gentilis, editionem non habemus; **** ſequiores editiones plura ex Chriſtianorum ſacris petita complectuntur.

* Quod fuſius explicat CONRING *de orig. Iuris Germ. Cap. III. IV. V. VI.* & initio capitis VII. ſubiicit: *ſed Burgundicæ illæ vt & Wiſigothicæ & Oſtrogothicæ leges fortaſſe non ita ad nos pertinent, quum hi populi (Burgundis exceptis) nunquam Germaniæ ſint redditi & in peregrino ſolo iura conſcripſerint.*

** Primum equidem præcipua Francorum diſtinctio erat in Salios atque Ripuarios, ſiue in Salios atque Francos, ſenſim tamen ad omnes Saliorum perductam fuiſſe adpellationem, obſervat D. STRVVIVS *ſyntagm. hiſt. Germ. Diſſert. V. §. XI.*

*** Equidem OTTO FRISINGENSIS L. IV. C. XXXII. & IOH. TRITHEMIVS *Annalium L. I. p. 35.* & *de origine Francorum p. 83.* a Salagaſto, præcipuo legis auctore, eandem volunt eſſe denominatam. Alii a verbis initialibus plerumque legis capitulorum *ſi aliquis*, *ſi aliqua* legem dictam eſſe putant. ſunt qui eandem a ſale i. e. prudentia vel ſala fluuio deriuant. Alii Salicam eandem eſſe ac Gallicam putant. de quibus vid. COCCEII *erudita oratio de lege ſali-*

ca paſſim. Rectius tamen D. STRVVIVS *l. c.* *§. XII.* docet, Legem ſalicam illam fuiſſe, quæ pro Saliis Francis fuit lata, ita, vt qui ſub iisdem habitarent, lege ſalica tenerentur, cum reliqua Francorum pars lege Ripuariorum teneretur.

**** Quidam arbitrati ſunt, BASILIVM IOHANNEM HEROLDVM gentilium iſtarum legum editionem procuraſſe, ſed exemplaris Heroldiani præfatio aliud docet, ibi enim de gente Francorum hæc leguntur: *Dum adhuc teneretur barbarie, inſpirante DEO inquirens ſcientiæ clauem, iuxta morem ſuorum qualitatum deſiderans iuſtitiam, cuſtodiens pietatem, dictauerunt Salicam legem proceres ipſius gentis, qui tum temporis apud eandem erant rectores; ſunt autem electi de pluribus viri quatuor, his nominibus Wiſogaſt, Bodogaſt, Salogaſt, & Windogaſt, in locis quibus nomen Salagheve, Bodogheve, & Windoghebe. Qui per tres Mallos conuenientes omnes cauſarum origenes ſollicite diſcurrendo, tractantes de ſingulis, iudicium decreuerunt hoc modo. At vbi Deo fauente, Clodoveus Comatus & pulcher & inclytus Rex Francorum primus, recepit catholicum baptiſmum, quicquid minus in pacto habebatur idoneum, per præcelſos Reges Clodoueum, Childebertum, & Hlotharium fuit lucidius emendatum & procuratum decretum hoc.* Vid. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI *ſpecimen coniecturarum politicarum de origine & natura legum germanicarum priuatarum Cap. II. period. III. ſect.*

I. §.

l. §. II. De reliquis editionibus præter hunc agit CONRING l. c. cap. VII. Binæ autem ſuperſunt legis ſalicæ editiones prima eademque antiquiſſima, quæ ex Codice Fuldenſi ab Heroldo fuit edita; altera recentior, prout a Tilio, Pithœo, Lindenbrogio atque Baluzio fuit edita, a ſequioribus Regibus Francorum varie emendata, additis Caroli M. & Ludouici Pii capitulis. Nam per legem ſalicam non vnica ſolum conſtitutio indigitatur, ſed integrum aliquod legum corpus & volumen in certos titulos, capita & legum numeros diſtinctum, quale olim exhibebat lex XII. tabularum. confer. D. STRVVIVS *l. c.* §. *XII. p.* 131.

V.

Poſthæc cum Franci reliquis Germaniæ populis imperarent, * ſuas paſſim leges ſimul introduxerunt. Sed & ad mores iſtorum populorum nouas leges ſcriptas dederunt. tales fuerunt leges Alemannorum & Baioariorum. **

* Huius poteſtatis fundamenta iacta ſunt ſub finem ſeculi quinti & initia ſexti ſeculi: hoc enim tempore deuictis Alemannis, Baioarii in poteſtatem Francorum tranſierunt, hinc diuerſis vicibus & reliqui populi ſub idem hoc iugum redacti. de qua hiſtoria omnino hic conferendus D. STRVVIVS *ſyntagm. hiſt. germ.* Diſſ. VI.

** Sic in prooemio legis Baiuariorum legimus: *Theodoricus Rex Francorum, cum eſſet Catalaunis, elegit viros ſapientes, qui in regno*

ſuo legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante iuſſit conſcribere legem Francorum, Alamannorum, Baiuariorum, vnicuique genti, quæ in eius poteſtate erat ſecundum conſuetudinem ſuam. De ſingulis autem his legibus & ſcriptis huc ſpectantibus conſulant tyrones laudati D. HOFFMANNI *ſpecimen l. c. ſect. II. ſqq.*

VI.

Carolus M. non tantum ad priores leges ſua additamenta adiecit, ſed nouas plane & ipſe tulit Saxonibus, Friſiis & Thuringis * quorum ſingulorum iura, quæ ſcripta non erant, deſcribi ac literis mandari fecit. Inde leges Saxonum, Friſionum ** & Thuringorum deducuntur. Sequebantur aliæ leges ciuiles & eccleſiaſticæ, quas Carolus M. Ludouicus Pius & Lotharius ſanciuerunt, capitularibus *** incluſas. Eaſdem in quatuor libros digeſſit Anſegiſus, **** quem ſecutus Benedictus Leuita capitula a priori omiſſa ſuæ collectioni inſeruit. Hinc alii additionum libri * concinnati quibus adiutus Stephanus Baluzius ſuam capitularium editionem ** reliquis longe præſtantiorem adornavit.

* Vid. Illuſtr. THOMASII *Delin. Hiſtor. Iuris Rom. & Germ. §. 83.* HOFFMANN l. c. ſect. VIII. ſqq. CONRING *de O. I. Cap. XIII.*

** In his tamen Friſionum legibus veſtigia reperiuntur gentiliſmi, quæ certe Carolo M. ſunt

anti-

antiquiora. Tale e. g. eſt iudicium Saxmund Tit. XI. §. I. apud HEROLDVM p. 148. *Qui fanum effregerit, & ibi aliquid de ſacris tulerit, ducitur ad mare & in ſabulo quod acceſſus maris aperire ſolet, finduntur aures eius, & caſtratur & immolatur Diis quorum templa violauit.* add. HOFFMANN *l. c. ſect. VI.*

*** Capitularium nomen generale eſt, & in vniuerſum intelligitur de omni opere ſcripto in varia capita diuiſo, vnde etiam codex in quo deſcripta erant initia & fines lectionum & euangeliorum quæ in Eccleſiis olim cantabantur, hunc titulum habet in vetuſtis exemplaribus: *Capitulare Euangeliorum de circulo anni.* Deinde idem capitularium nomen ad omne conſtitutionum genus porrigitur, ſiue eccleſiaſticæ illæ ſint, ſiue ciuiles ac politicæ; quæ capitularia ſiue capitula dicebantur, vt recte adnotarunt BOETIVS EPO L. II. de iure Sac. p. 202. & SIRMONDVS *in notis ad Theodulf. p. 274. Idem in notis ad capitular. p. 752.* eo quod capitulatim concepta diſtinctæque eſſent, nomenque ipſum decretum ſignificat capitulis digeſtum atque diſtinctum. Quamquam & aliquando lex quæ vnico tantum capite conſtabat, capitulare dicebatur, cuius rei exempla allegat STEPHANVS BALVZIVS *in præfatione ad lectorem, capitular. Regum Francorum præmiſſa. §. III.* In ſpecie leges Caroli M. quæ alias etiam edicta atque decreta vocantur, heic capitularia audiunt. *Idem ibid.* qui & in ſequentibus eorundem capitularium auctorita-

tem aduerſus Kretſerum & Cardinalem Baronium erudita diſputatione tuetur.

**** Ex mente BALVZII *l. c.* §. *XXXIX.* ante annum DCCCXXVII. capitularia Regum Francorum nondum relata fuerant in vnum volumen, ſed ſeparatim perſcripta habebantur in ſchedulis & membranulis. Tum vero Anſegiſus Abbas collegit aliquot Caroli M. & Ludouici Pii capitularia, ne obliuioni traderentur, vt ipſe ait, eaque in quatuor libros digeſſit. Teſtis eſt SIGEBERTVS ad ann. DCCCXXVII. *Anſegiſus Abbas Lobienſis edicta Imperatoris Caroli Magni & Ludouici Pii filii eius ad eccleſiaſticam legem pertinentia in duobus libellis digeſſit. Idem edicta eorundem ad mundanam legem pertinentia in duobus æque libellis digeſſit.* Hæc collectio magnam ſtatim obtinuit auctoritatem, ipſe namque Ludouicus Pius eandem ſuam fecit, Carolus autem Caluus eandem laudauit tanquam publicum legum Francicarum Codicem regia auctoritate & vſu publico receptum, ſecundum tradita BALVZII *l. c.* §. *XLI. XLII.* Ordinem ſuæ collectionis ipſe Anſegiſus in præfatione indigitat, poſita eſſe in libro I. capitula Karoli Magni ad ordinem pertinentia eccleſiaſticum, in ſecundo capitula eccleſiaſtica Ludouici Pii, in tertio capitula Karoli ad mundanam pertinentia legem, in quarto denique ea, quæ Ludouicus Pius fecit ad augmentum mundanæ pertinentia legis.

* Plurima Karoli Magni ac Ludouici Pii capitula prætermiſerat Anſegiſus, abſtinueratque præ-

præterea a referendis Pippini & Karlomanni conſtitutionibus, quarum tamen frequens vſus erat, hinc iuſſu Otgarii Archiepiſcopi Moguntini Benedictus Levita Moguntinenſis circa annum DCCCXLV. nouam collectionem capitularium iſtorum adornauit, quæ tamen confuſa & ex variis aliarum quoque conſtitutionum centonibus compoſita eſt. complectitur enim excerpta ex canonibus ſacrorum conciliorum, ex decretis Romanorum Pontificum, ex dictis ſanctorum patrum, ex conſtitutionibus ſynodalibus Epiſcoporum Gallicanorum, ex Codice Theodoſiano ſive Aniani interpretationibus, Pauli ſententiis, Iuliani Anteceſſoris Nouellis, Codice Legum Wiſi-Gothorum, ex lege ſalica, ex lege Ripuariorum, & ex lege Baiuvariorum. Plures interim conſtitutiones exhibet, quæ alibi non reperiuntur. Hæc collectio in tres libros diuiſa, poſtea iuxta cum Anſegiſi collectione apparuit, vnde ſeptem capitularium libri exorti, quorum quatuor priores Anſegiſo, tres poſteriores Benedicto Leuitæ adſcribendi. De additionibus, quæ poſt capitularia ſequuntur, variisque capitularium editionibus agit citatus iam BALVZIVS l. c. *à* §. *XLVIII. ſqq.* De eadem hac capitularium materia legendus CONRING de O. I. G. cap. XIV. ſq. HOFFMANN *l. c. periodo IV.* §. *II.*

** Confer. D. STRVVII *Biblioth. iur. ſel. C. V.* §. *I. p. m. 51.*

VII.

Poſt hæc tempora non adeo frequens

 legum

legum ſcriptarum mentio. Exſtincta inprimis linea Carolingica, dum Germani ſuos ſibi reges eligere inciperent, deſiit legum Francicarum auctoritas illarumque loco mores priſtini in vſum reuocati ſunt, niſi quod ſubinde leges particulares conderentur. Ipſi quidem Reges, qui ſequuntur Ottones, in comitiis Germanicis vel Roncaliis leges tulerunt, de quibus tamen parum admodum a ſcriptoribus memoratur. Vnde his tanquam obſcurioribus non eſt, cur operoſe inhæreamus. *

* Conf. de his omnibus CONRING *de Or. I. Germ. cap. XVII. ſqq.* THOMASIVS *Delin. hiſt. iur. Rom. & Germ. §. 85.*

VIII.

Seculo demum decimo tertio cum auctoritate Papæ, Gregorii IX. Pontificii iuris vſus in Germaniam introduceretur, & in vniuerſum ſcribendi vſus apud Germanos frequentior fieret, non tantum ius Pontificium receptum, ſed ipſi etiam Germani maiore ſtudio, quam hactenus, iura ſua in literas redigere cœperunt. Notanda inprimis hic venit conſtitutio an. 1235. in comitiis Moguntinis conſcripta, * quæ omnium prima Germanico idiomate publicata fuit, eandem aliæ ſequentium Imperatorum conſtitutiones poſtea ſecutæ ſunt. **

* Hunc paragraphum explicant dicta Con-ringii *de O. I. Cap. XXVI. & XXVII.*

** Quas collegit Goldastus.

IX

Hinc ſingularum Germaniæ Gentium & ſpecialia iura itidem ſcriptis exarata deprehendimus. * Huc referendum ſpeculum Saxonicum ** quod ex legibus & moribus Saxonum priuata ſaltim auctoritate Ecko de Repkau *** primum latino idiomate compoſuiſſe fertur, idem vero rogatu Hoieri Comitis Falckenſteinii Germanice verſum, **** ſucceſſu temporis magnam nactum eſt auctoritatem. * Gloſſæ in hanc collectionem compilatæ, ſunt recentiores & ad ſeculum decimum quintum referuntur. ** Nominandum eſt hic quoque ius Saxonicum Municipale, quod Weichbildici *** nomen obtinuit, atque ex ſpeculo Saxonico maximam partem excerptum.****

* Gonring *l. c. Cap. XXVIII.*

** Vocem ſpeculi iſta ætate ſæpius ita adhibitam fuiſſe, vt ſyſtema quoddam denotaret, eruditi obſeruarunt.

*** Verum germaniceque ſcriptum eius nomen eſt *Eyke von Ribikowe.* vid. Conradi Sinceri *diſſert. epiſtolica de German. leg. orig.* §. *XVI.*

**** Hæc ſententia eſt Gryphiandri *de Weichbild. Saxon. Cap. IV. n. 13.* rectius tamen

Schil-

SCHILTERVS *in Exercit. ad ff. XXIII. th. 63.* dubitare videtur, an vnquam Repkouius ſtylo latino perfecerit iſtam collectionem, cum credibile ſit, incepiſſe quidem lingua latina conſignare, ſed ob laboris difficultatem conſilium mutaſſe. Idem hoc indicare videntur verba præfationis Rhythmicæ quæ D. HOFFMANN *l. c. period. V. ſect. I. §. II. lit. c.* adſcripſit. vid. & CONRING *de O. I. cap. XXX.* de eiusdem editionibus D. STRVVIVS *Biblioth. iur. cap. V. §. III.*

* THOMASII *Delin. hiſt. iur. Rom. & Germ.* §. *102. ſqq.* HOFFMANN *l. c.* §. *III.*

** CONRING *l. c. p. m. 187.*

*** De ratione huius appellationis omnino videndus IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS *de ſingularibus quibusdam & antiquis in Germania iuribus & obſeruatis cap. IX.*

**** HOFFMANN *l. c. ſect. II. §. II.* vbi & reliquos, qui hoc loco euoluendi ſunt, ſcriptores adnotatos inuenies.

X.

Speculum Sueuicum iura ad alteram Germanicæ partem Alemanniam ſpectantia debebat complecti. Ad exemplum quippe ſpeculi Saxonici compilatum, pluſcula ex eodem deſcripta exhibet, magna itidem parte ex iure Romano excerptum: vnde conſtat recentius idem eſſe iure Saxonico. †

* Vid. HOFFMANN *l. c. Sect. III.*

XI. Ha-

XI.

Habuerunt & aliæ prouinciæ atque ciuitates ſua iura prouincialia & leges municipales, quales fuerunt leges Colonienſium, Aquisgranenſium, nec non Soſatenſium. Reliquis celebrius eſt ius Lubecenſe, quod poſt varias mutationes tandem opera Ioan. Ludinghauſen, Conſulis, Calixti Schein, & Gotſchalci de Stiren, Senatorum Lubecenſium in ordinem redactum fuit, in idem poſtea varii prodierunt commentarii. Magnam hoc ius obtinuit auctoritatem, in multis capitibus a iuris Romani & Canonici Regulis naturalem tamen rationem ſecutum, abire, aliis obſeruatum eſt. Iſta vero ciuitatum ſtatuta plerumque ab Imperatoribus confirmabantur, & ſub nomine Wilkühr veniebant. *

* De ſingulis his iuribus vid. HOFFMANN *l. c. Sect. IV. & V.* & qui ibidem citantur.

XII.

Obtinuerunt olim apud Germanos varia etiam iura non ſcripta, quorſum ſpectant *das Hageſtoltzen Recht*, *das Baulebungs Recht*, *das Zehend Recht*, eiusdemque generis alia, * quæ ad intelligendas plurium Germaniæ locorum obſeruantias hodienum vſum obtinentes, multum conducunt.

* Quæ conſignauit IVSTVS GEORG. SCOTTELIVS libro proxime hic iam laudato.

XIII.

XIII.

Inſeruit autem antiquarum harum legum ſolida cognitio ad dignoſcendum, qualis tum fuerit, patriæ noſtræ ſtatum, * & plurimorum inſtitutorum fontes ** aperit, neque negandum pluſcula ſapientiæ atque iuſtitiæ egregia præcepta ibidem tradi ***, quæ hodienum vſum præſentem præſtare poſſunt. Aſt eædem leges obſoleta multa & iniqua plane complectuntur † quæ nec ſtatui noſtrorum temporum conueniunt, neq; vllum in cauſis diiudicandis vſum bent. Hæc ergo vt conuenienti ratione a ſe inuicem diſcernantur, quo tyronum animis non niſi optima exinde deprompta proponantur, haud parum intereſt.

* Quia ex ſtatu Reipublicæ leges defluunt, eidemque accommodantur, pronum eſt, ex iisdem ſtatus rationem poſſe cognoſci. Turpe autem eſt Germanum eſſe, & ſtatum Germaniæ atque leges neſcire.

**E.g. tractatio de Gerada eiusdemque ſucceſſione quam ex iſtis legibus maxime repetiit ANDREAS GOLDBECCIVS *de ſucceſſione Geradæ Saxonicæ*. & materia de ſeruis Germanorum vnice ex his antiquitatibus illuſtrari poteſt. confer. PAVLI HACHENBERGII *Diſſertat. de Germania media*. Inde quoque illuſtris THOMASIVS Delin. hiſt. iur. Rom. & Germ. §. 109. inquit: *Vti vero non diffitendum in iuris Saxonici tribus partibus hactenus memoratis, pro more illius ſeculi mul-*

multas eſſe ineptias, quoties de legum & morum origine hiſtorica agitur : ita tamen nullum eſt dubium, mores ipſos ibidem recenſitos continere theſaurum incomparabilem antiquitatum iurisprudentiæ Germanicæ illorum temporum, & clare monſtrare, tum quidem nondum inquinatam eam fuiſſe legibus Romanis, parum ex iure canonico tum fuiſſe receptum in cauſis ſecularibus, quod ex aliis Imperatorum conſtitutionibus illorum temporum pateſcit.

*** In hunc numerum ſuo merito referenda dictata Iuris Sueuici *cap. LXXII.* quod de idoneo iudice eligendo præcipit, atque egregiis plane rationibus nexum virtutumque neceſſitatem corroborat his præcipue verbis: *Die vier Tugenden* (ſc. Iuſtitia, Sapientia, conſtantia, temperantia) *ſind alſo Tugendhafft, daß eine ohne die andere kein Frommen iſt, vnd wer der Tugenden eine zerbricht, der hat ſie alle zerbrochen.* Huius commatis plura congeſſit Vir Conſultiſſimus D. IOHANNES PAVLLVS KRESSIVS Helmſtadienſium ICtus celeberrimus *in Diſſertat. iuridic. de Rationibus decidendi in variis iuribus & reſponſis cap. IV. de Rationibus iuris germanici.*

† Sed & aliis næuis non minus inſignibus leges iſtas laborare non ſine ratione obſeruauit D. HOFFMANN *l. c. Cap. III. §. XXII. Sunt autem ii 1. Legum Germanicarum neglecta accuratior conſignatio, 2. ſumma confuſio & obſcuritas, 3. maxima inconſtantia & frequens mutatio,*

tio, 4. admixtiones peregrinorum iurium tam Romanorum quam Pontificiorum, 5. inepta applicatio legum ceremonialium Iudaicarum ad Chriſtianos; & porro vitia, quæ cum conſuetudinibus & moribus habent communia, quæ ſunt 6. nimius erga clerum fauor, 7. inutiles & ridiculæ ſolennitates, 8. non obſeruata in criminum pœnis dictandis iuſta proportio, & inde orta nimia aliquando lenitas, aliquando durities, 9. maxima ſuperſtitio, 10. ſumma aliquando iniquitas, 11. ſilentium de negotiis ciuilibus; & nimia prolixitas in criminalibus, 12. arbitrium Iudicum & populi introducendi per obſeruantiam conſuetudinem maieſtati omnino haud ferendam. Horum autem næuorum ſpecimina per totum ſuum librum diſperſa oculis legentium ſubiicit idem auctor.

XIV.

Igitur grata mente agnoſcant tyrones ſimul & amplectantur ſtudia Virorum celeberrimorum † qui proxime elapſo & præſenti hoc ſeculo non ſolum leges Romanas, ſed naturales quoque atque Germanas ex hiſtoria atque philoſophia ſana non ſine inſigni ſucceſſu explicare annisi ſunt. Hac quidem ratione, vt iſtarum legum hiſtoriam luculenter explicarent, & inſtitutionum & pandectarum tractationi Patrii iuris ſcita, in actu rerum quotidiano adhuc dum vim obtinentia, ſubinde breuiſſimis insererent, recentiores vbique conſtitu-

ſtitutiones †† atque mores patrios vbique ſubiicientes.

† Quo nomine heic compellamus Herm. Conringium, Ioh. Schilterum, Georg. Adam. & Burcard. Gotthelff. Struuios, Chriſtian. Thomaſium, Strykium, vt alios, quorum nomina in reſtaurandæ Iurisprudentiæ ſtudio æque ſunt illuſtria taceamus.

†† Quæ probe adnotandæ ſunt, omnis enim iuris patrii differentia & vſus exinde pendet, ſic e. g. ex ſpeculo Saxonico cum ſuis gloſſis orta ſunt fundamenta iuris Saxonici communis, prout hodienum adhuc obtinet. Ius Saxonicum Electorale autem originem ſuam debet Auguſto Electori, qui ICtis in Academia Wittenbergenſi atque Lipſienſi præcipuis Ioh. Schneidewino, Matthæo Weſembecio & Iacobo Thomingio mandauit, vt præcipuas iuris Saxonici quæſtiones examinarent. Exinde ortæ *Conſultationes Conſtitutionum Saxonicarum*, quorum Tom. II. priores Moguntiæ prodierunt 1600. tertius Francofurti 1608. Inſecutæ fuerunt Conſtitutiones Auguſti Electorales, quæ potiſſimum huic iuri fundamentum præbent, quibus variæ ſucceſſorum Conſtitutiones, Deciſiones, Ordinationes acceſſere, quæ coniunctim editæ ſub tit. *Corpus Iuris Saxonici*. Dresdæ 1673. quod tamen per deciſiones nouiſſimas, quibus caſus antea dubii deciduntur, adaugetur quotidie. ſic etiam in reliquorum Principum terris ſpeciales obtinent conſtitutiones tum proceſſum ciuilem tum alia iuris priuati capita concernentes, quorum poſteriores pri-

orum tradita ſæpe corrigunt atque immutant. vid. D. STRVVII *Biblioth. Iur. Sel. cap. V. §. III. ſeqq.*

XIV.

Omnes omnino Conſtitutiones ſpeciales Germaniæ hic indicare noſtri inſtituti non eſt. Interim patrii iuris ſtudioſi rectiſſime faciunt, ſiquidem quilibet nouiſſimas ſuæ patriæ conſtitutiones atque ſtatuta ciuium res concernentia ſecum in Academias afferant, ibidem ſtudio iuris ciuilis incumbentes vbique ius patrium adiungant, & memoriæ mandent. * Exinde facili opere videbunt, quænam Romani iuris capita domi vſum obtinere poſſint, quænam vero repudiata ſint, & vtilia præ minus vtilibus ſibi eligere poterunt. **

* Ne, poſtquam ex Academiis in patriam redierunt, finitis, quod aiunt, ſtudiis academicis ad publica munera obeunda adſpirantes, ob domeſticarum legum ignorantiam de nouo ſtudium iuris ordiri neceſſe ſit. quemadmodum hactenus pluribus non modico ſuo incommodo contigiſſe, experientia teſtatur.

** Quorum conterranei leges patrias iam in certum ordinem & compendia digeſſerunt, ii hoc reliquis ſunt felicioris. Quibus autem hæc deficiunt, hi ſuopte Marte iura, ſecundum quæ olim viuendum erit, adhibito Doctoris conſilio, memoriæ leuandæ cauſa, in certos loculos, vel pro inſtitutionum ſerie, vel alio, qui commo-

Digitized by Google

modiſſimus viſus fuerit, ordine, diſtribuant,quo tanquam paratiſſimo Inſtrumento per totam vitam vtantur.

XV.

Equidem & veterum & recentiorum Iurisconſultorum cordatiores iam dudum pio deſiderio peroptarunt,vt publica Imperatoris atq; Principum & ſtatuum Imperii noſtri Germanici auctoritate nouum aliquod corpus iuris patrii componeretur, * quod, reiectis penitus quæſtionibus invtilibus, iure obſoleto, atque ſophiſticis altercationibus, certam Iuris patrii atque controuerſiarum ciuilium normam conſtitueret, quo ipſo, immenſi laboris, quem in diſcendis alienis legibus tyrones impendunt, atque temporis compendium fieret, & vagum iudicantium arbitrium reſtringeretur, atque intra iuſtos terminos coerceretur. Hactenus tamen in terminis nudorum votorum, atque deliberationum res ſubſtitit. Non tamen deſunt, qui feliciora Iurisprudentiæ tempora futura ſperant. ** Quæ dum expectantur, hoc ſaltem caueant ſtudioſi, ne præſente iuris incertitudine ipſi in deteriorem partem abutantur *** ſed vbique ſecundum legitimos iuſtitiæ tramites procedere diſcant.

† Gottfried Warlef, *aus Freyburg, im Schweitzerland in diſcurſu de obbreuianda lite P. I. Cap. IV. p. 73. Wann mir, als einen Aus-*

lænder, der weder Gewinn noch Verluſt in dieſer Sache hat, vnd dahero deſto vnpartheyiſcher vnd warhafftiger reden kan, Fürſten vnd Herrn folgen wolten, ſo wolte ich Ihnen rathen, Sie lieſſen Corpus Iuris, Corpus Iuris ſeyn, vnd Befehligten eine Anzahl ehrlicher vnd Chriſtlicher Iuriſten, daß ſie, nach ietzigem Zuſtand des Ræmiſchen Reichs, etliche wenige Geſetze ſtiffteten vnd die Application vnd Ausdeutung gelehrten Richtern überlieſſen, doch daß ſolche kein Præiudicium gebæhren müſte, weil die Vmſtænde vnter tauſend Fællen kaum einmahl gleich zu treffen. ſic quoque in comitiis nouiſſimis ſuperiori ſeculo de eadem re deliberatum. Et Illuſtris LEIBNITIVS *in noua methodo diſcendæ docendæque Iuriſprudentiæ* quæ ſuperiori ſeculo anno 68. prodiit, in catalogo deſideratorum, quem ſub finem operi ſuo adiecit, etiam nouum corpus iuris recenſuit. Elegans quoque in hanc rem eſt HENRICI ERNESTI KESTNERI *diſcurſus præliminaris de Principiis iuriſprudentiæ modernæ in paucula capita redigendis: Rintelii 1710. p. 7. §. V.* ſic infit: *Interim nihil obſtat, quo minus quilibet in ſuo territorio Princeps immenſam hanc legum farraginem, & inſecutas Gloſſatorum interpretationes, commentarios, conſilia, reſponſa, monſtroſaque diſtinctionum, ampliationum, limitationum, & diuerſiſſimarum opinionum inuolucra, quæ adeo Iuriſprudentiam lacerarunt, vt neque principium, neque exitum veritatis in iis inuenias, ſed, cum caſus aliquis incidit, in*

tan-

tanta traditionum diuerſitate incertus hæreas, nec, quo te vertas, ſcias, amputatis iſtis ineptiis & Doctorum Gloſſis, in iuſtam aliquam conſonantiam & pauculas poſitiones, rem ipſam ſatis exprimentes, cohibere poſſit. Perinde vt ſuo iam tempore, Iulius Cæſar tentauerat, Ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immenſa legum copia optima quaque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros.

** Vid. KESTNER l. c. & *de Defectibus Iuris communis in republicâ Germanica problem. I. §. XI. p. 10.*

*** Dum in iudiciis malæ cauſæ patrocinium hinc quærunt, ſecundum obſeruata laudati WARLEF *l. c. p. 71. Von Teutſchland iſt hiebevor beym Tacito geſagt worden: Apud Germanos plus boni mores quam alibi bonæ leges valent. Itzo machen bonæ leges malos mores, in dem es heiſt, inuenta lege inuenta eſt fraus legis. Es iſt faſt kein Bubenſtück ſo groß, es findet ein Geſetz, zu ſeiner Behauptung oder Entſchuldigung, daß ſich daher nicht zu verwundern, wenn liſtige Aduocaten in Contradictorio offt ein mandel Geſetze vor ſich anziehen, vnd deren noch hinweg zu werffen finden.* Deinde, ne ex pruritu eminendi, quæ vere ac iuſte a veteribus dicta vel ſcripta ſunt, diſputando & in contrarium ſcribendo veritati vim inferamus. Idem ibid. p. 76. *Soll den gerechten vnd ſtreitenden Partheyen geholffen werden, ſo ſind die eiteln Diſputationes vnd Streit-Schrifften viel zu wenig*

darzu, dann dieſelben machen vielmehr alles tunckel, zweiffelhafft vnd ungewiß, daß der Richter offt nicht weiß, wo ihm der Kopff ſtehet, dann es wohl darbey bleiben wird, quod altercando veritas amittitur. *Daher leicht zu ermeſſen, was vor einen vnſæglichen Schaden, das ietzige hauffige Bücher-Schreiben bringe, zumahl da niemand mehr aus Liebe zur Wahrheit, ſondern vielmehr aus eiteler Ruhm- vnd Ehrſucht ſchreibet, welche er darinn ſucht, daß er was Neues auff die Bahn bringe, vnd mit ſpitzigen Schein-Gründen behaupte, die alte Rechts-Gelehrte zu Vnmenſchen, Ochſen vnd Kælbern mache, vnd mit durch hecheln, ausiecken, vnd ſpintiſiren eines groſſen Tribonianens Perſon vorſtelle. Man ſolte den Buchdruckeren ſolche Ketzer-Schrifften zu drucken bey viel Marck lætiges Goldes verbiethen, dieſe Schmiralien in die Apothecken vnd Würtz-Kræhme ſchicken, vnd ihre Verfaſſer ins Zucht-Hauß verdammen. &c.*

XVI.

In Receſſibus imperii pluſcula etiam ad ius priuatum ſpectantia comprehenduntur; * quæ Doctores ſuis ad inſtitutiones & Pandectas Commentariis inſerere ſolent, diligenter omnino a ſtudioſis obſeruanda; Doctorum ſententiæ non modicam hodienum obtinent auctoritatem, ** ius vero ciuile Romanum ſaluis legibus & moribus Patriis ad decidendas cauſas receptum eſt vt ſupra diximus. ***

* Ta-

* Talis eſt Maximiliani I. ordinatio de Notariis Coloniæ 1512. propoſita cuius Cap. II. de Teſtamentorum inprimis ſolennitatibus agit. Receſſ. Imp. Spirenſis de A. 1529. §. 31. explicat, quomodo fratrum filii ſuccedant. Inprimis Reformatio *guter Policey zu Augſpurg 1530. auffgericht.* plura huc referenda exhibet. Tandem præter alia huc ſpectat Receſſ. Imp. nouiſſimus quo plura ciuilia definita ſunt. Vbicunque autem hi textus receſſuum allegantur, ſtudioſe euoluendi ſunt, & ad eorundem vim eo melius in animo retinendam, maxime conducet, ſummam eorum, quæ ad priuatam iurisprudentiam ſpectant, vel inſtitutionum textibus locis conuenientibus adſcribere, vel in peculiari libello ordine commodo annotare. Nam hac ratione qui cum iudicio ſemel quid exſcribit, plus proficit, quam qui ter legit. quantos autem vſus tale penuarium præbeat, ſupra iam monuimus.

** Hæc quidem in Italia inde ab Irnerii temporibus iam effloruit, ſenſim vero ad Germanos cum ipſo iuris Romani vſu translata, potiſſimum incrementum cœpit, poſtquam Carolus V. in ordinatione ſua criminali plurimos articulos dubios non determinaret, ſed iudices ad collegia iuridica remitteret. D. THOMASIVS *Delin. hiſt. Iur. §. 173.* Inde vero etiam in aliis capitibus ciuilibus iſtorum collegiorum reſponſa fuerunt adhibita. Non tamen tantam habent auctoritatem quantam veterum ICtorum reſponſa; ſiquidem illorum probabilis tantum eſt, iſtorum

vero neceſſaria fuit, ac rigorem legis habuit, a quibus Iudici recedere non licuit. IOHANNIS PHILIPPI *Vſ. Inſt. Pract. L. I. Eclog. XXIII. Adhac*, inquit CONRING *de O. I. Cap. XXXIV. apud quam multos, aliis fruſtra reclamantibus, Sententia Iuris doctorum, qui hiſce proximis aliquot ſeculis floruerunt, pene vim legis obtinere ſolent: Iudice ſatis ſeſe officio ſuo feciſſe exiſtimante ſi in iudicio premat veſtigia multorum, aut ſaltem celebrium aliquot Iuris Romani interpretum.* His autem Iurisconſultorum ſententiis commode addiſcendis inſeruire poteſt, quod ſub directione conſultiſſimi HENR. ERNESTI KESTNERI ſuperiori anno compilatum fuit *Memoriale Iuridicum*, vbi ſimul *Repertorium generaliſſimum ex celeberrimorum ICtorum Mevii, Carpzouii, Maſcardi, Gailii, Berlichii & Richteri ſcriptis* exhibetur. Summa ſcriptorum iſtorum capita heic ſolum proponuntur, vnde neceſſe eſt, vt Autores ipſi omnes pro re nata euoluantur & legantur, & ita genuina fundamenta iuris in Germaniæ foris recepti ex his repetantur. Vix enim alias ex indice hoc fructum ſibi quis promittere poteſt, fructus autem maximus erit, ſi etiam alii, quorum immenſa, extant volumina, cumprimis vero recentiores Scriptores, natura enim nouas ſemper deproperat edere formas, euoluantur, eorumque reſponſa, deciſiones conſilia & obſeruationes, pauciſſimis verbis & pariter per indicem huic operi in quolibet titulo iungantur, ita enim ſen-

ſim

ſim ſine ſenſu, accedente vſu & experientia fuſiſſimi, vti vocamus, loci communes, per totum vitæ curſum vſum habituri, poſſunt conſtrui. Et cum multæ paſſim in iure & foro Germanorum obueniant materiæ quæ ad ſpeciales digeſtorum titulos haud commode redigi poſſunt. Veluti de ſubditis Germaniæ, de Vniuerſitatibus, de pagis &c. inprimis quæ ad ius eccleſiaſticum & feudale ſpectant, ſic & iſtiusmodi materiæ pro iuuanda memoria ex probatioribus ſcriptoribus colligi, & huic oppellæ aut in fine, aut ſeparatim annecti poſſunt. Ita ipſe Keſtnerus de vſu præſentis memorialis & quomodo inſtitutum hoc augeri poſſit, ediſſerit *in præfatione eiusdem ſſ. IX. & X.* ſunt qui communibus Doctorum opinionibus conquirendis atque deſignandis deſudarunt, enim vero, cum prodierint iam communes opiniones contra communes, quales CÆVALLOS collegit. TIRAQVELLVS poſtquam teſtimonia centum & viginti Doctorum idem ſentientium accumulauit, ſubiicit: vt videas amice lector, nihil eſſe iure noſtro non ambiguum, volo tibi totidem aut plures recenſere, qui ſunt in opinione prorſus contraria. confer. FRANCISCI HOTOMANI *Anti-Tribonianus Cap. XIV.* iſtis opinionibus parum fidant noſtri, nihilque ſine lege & ratione admittant, dum ipſi Communiſtæ ingenue fat antur etiam communem a lege vel ratione vii IVVLTEIVS *I. Feud. C. V. num. 150.* vid. PHILIPPI BVRCHARDI *ICti Diſcurſus de hodiernæ Iuriſprudentiæ na-*

vis & remediis qui cum KESTNERI *defect. iur. Com. Rintelii 1708. prodiit p. 175.* Ad definiendam quæſtionem, an in cognitione infinitarum iſtarum opinionum vera eruditio conſiſtat? lege & iudica quæ ex GOTTFRIED WARLEF *diſcurſu de abbreuianda lite oder von Zeitigung der Gerichts-Händel Part. II. cap. I. p. 130. ſqq.* hic ſequuntur. *Ia fragſt du weiters welches ſind aber die Gelehrte, vnd woran werden ſie erkant? Ich muß bekennen, diß iſt eine ſchwere Frage, vnd leſſet ſich ſo leicht nicht beantworten. Auff der hohen Schule zu Straßburg hab ich geſehen, daß man die vor Gelehrte gehalten, die bey einem Profeſſore ein paar Iahr zu Tiſch gangen, ein Collegium über die Inſtitutiones, ferner über die Pandecten gehalten, vnd ein mahl oder zwey diſputiret, hernach Doctor worden. Wie man dann auch die vor gelehrte Profeſſonen geſchaetzet, die viel quæſtiones auff die Bahn bringen, pro & contra diſputiren*, viel Meynungen aus dem Bartholo vnd Baldo anführen, dieſelbe hernach widerlegen, *und eine gantz funckelneue dargegen erdencken kœnnen. Item viel Bücher-Schreiben: darinnen das:* Ridiculus eſt Gailius, falſus eſt Mynſinger, errat Menochius, ſibi non conſtat Cuiacius, delirat Zaſius, *mit groſſen Buchſtaben gedruckt worden. Aber dieſe meyne ich nicht, die erſte ſind viel zu rohe, die andere richten nur innerliche Krieg vnd Meiterey an, womit den Partheyen wenig geholffen, vielmehr aber zu leuteren vnd appelliren Thür vnd Thor*

auff-

auffgeſperret wird. Dann es lieſſen ſich ſolche eigenſinnige Kœpffe bey ihrem Wahn erſchlagen, vnd ſind eben die rechten von welchen die ſo ſchædliche Vngewißheit der Rechte ihren Vrſprung genommen, vnd noch taglich fortgepflantzet wird. Die Recht-Gelehrte aber meyne ich, die das honeſtum ex ethicis ſtudiret haben, vnd wiſſen was da ſey, ſuum cuique tribuere. Deſſen Fundament anders nichts, als daß von einem Hollænder ſo hoch geprieſene Ius naturale iſt: Welche von dem iure diuino nicht eines Nagels breit abweichen, ſondern alle ihre Schlüſſe ex ſana ratione hernehmen, vnd ein gut Vernunffts-Licht bey ſich haben, vnd mit einem Wort, qui veram non ſimulatam Philoſophiam ſectantur. Vnd ſolches iſt eben ſo ſchwer nicht, wann man die aniles fabulas, ſo in dem corpore iuris Schaaren weiß herum ſchnurren, ſamt den eigenſinnichen Gloſſen vnd Zanck-ſüchtigen Diſputationen nach dem Pfeffer Lande ſchickte, vnd hingegen die vera principia honeſti iuſti, æqui & boni den iungen Leuten einpflantzte. Ich lobe ienen reichen Bauren, welcher, nachdem er von ſeinem Sohn, ſo von der Vniuerſitæt kommen, auff vorhergethane Frag, vernommen hatte, daß die groſſe Schrifft in ſeinem Corpore Iuris der Text, Geſetz vnd Regul, die gloſſe aber am Rande, die Kunſt ſey, den Text umzuſtoſſen vnd zu verfælſchen, mit ſeiner Schaaf-Scheere alle Gloſſen hinweg ſchnitte, vnd dem Sohn, ſo darüber erzürnet wurde, antwortete: Bleib du bey der Wahrheit und den Geſetzen/

um

um der Lügen willen hab ich dir kein Geld zu Büchern geſchicket. Hæc hactenus.

*** De hoc iam egimus capite ſuperiori.

XVII.

Si antiquiorum Germanorum iudicia penitius intueamur eorundem normam vnicam, factorum veritatem ſecundum ſolas leges & æqui bonique rationes expoſitam fuiſſe, ſtatim experiemus. * Recentiori æuo auctoritas rerum iudicatarum in Iudiciis Imperii atque prouincialibus, ** obtinere cœpit. Adeoque non tantum Cameræ ſpirenſis præiudicia illius tribunalis Aſſeſſoribus pro lege obſeruanda, ſed etiam aliarum curiarum præiudicia ex conſuetudine, iuris fere auctoritatem obtinent. *** Exinde ad Italorum atque Gallorum imitationem tot Deciſionum volumina **** in Germania noſtra prodierunt. Quæ & ipſa iuris noſtri incertitudinem, haud parum adauxerunt. Circa eadem vero ſtudioſi ita verſentur, vt potiſſimum ad ea iudicia reſpiciant, quibus ipſi aliquando admoueri ſperant, ** iſtorum deciſiones eo ordine, quem circa reſponſa prudentum obſeruandum indicauimus, digerere atque perdiſcere poterunt. ***

* Nondum peſſimus ille inualuerat mos, vt leges in vaſtam diffuſamque molem extenſæ, aut interpretum diſcordiis intricatæ ſtarent, magnoque aditu ſufficerent ad lites, aut per legumleio-

rum

rum rabulorumque nequitiam, ſata cauſarum traherent, ſorumque perpetuis rixis implerent. Ipſos legum Interpretes Iudicesque ſenilis prudentia & pietas, & iuſtitia tanto muneri commendabant; plerisque etiam e populo deſumtis, qui legendi ſcribendique imperiti, ſolam patriæ conſuetudinem callebant. Huc faciunt quæ *Capitul. addit. IV. Cap. CV. & CVI* apud BALVZIVM *p. 1216. Tom. I.* leguntur. *Vt misſi noſtri, vbicunque malos ſcabinos inueniunt, eiiciant, & totius populi conſenſu in locum eorum bonos eligant. Et cum electi fuerint, iurare faciunt vt ſcienter iniuſte iudicare non debeant. Vt in omni comitatu hi qui meliores & veraciores inueniri poſſunt, eligantur a Miſſis noſtris ad inquiſitionem faciendam & rei veritatem dicendam; & adiutores Comitum ſint ad iuſtitias faciendas.* vid. PAVLI HACHENBERGII *Germania media Diſſert. III. §. XXVI. ſqq.* D. IOANNIS PAVLI KRESSI *Diſſertat. Iurid. de Rationibus decidendi in variis iuribus & reſponſis. cap. I. prælim.* vbi pluſcula ad ſtatum Iudiciorum veterum Germanorum ſpectantia erudite proponit. add. HERM. CONRINGII peculiaris Exercitatio de *Iudiciis Reipublicæ Germanicæ.* quæ Helmſtadi 1647. prodiit.

** De diuerſis iſtis iudiciis conferendus illuſtris STRVVIVS *Syntagm. Iur. publ. Diſſertat. XXIV.*

*** CONRING *de O. I. Cap. XXXIV.*

**** De quibus conſulatur D. STRVVII *Bibliotheca Iuris ſel. Cap. VIII. §. III.*

* Vt

* Vt iam nihil dicamus, quod ſubinde falſa exhibeant, vnde GOLDASTVS *Replicationis pro Imperio cap. XII. pag. 105.* dicit: *de eorum fide dubitari vidi. Et retulit mihi D. Gilken Herbipolenſis conſiliarius & in Academia Anteceſſor, in grauiſſima cauſa coram Conſiſtorio Principis agitata prolatam fuiſſe deciſionem Cameræ ex Gilmanno. Tum de conſilii ſententia cum perſcriberetur ad Iudicem Cameræ, vt originalia inſpiciendi copia daretur, in iis plane diuerſam & contrariam ſententiam fuiſſe compertam, & Gilmannum manifeſte falſi conuictum.* CONRING *l. c.* Interim certiſſimum eſt, pronunciatum in vna cauſa ad nullas alias pertinere, atque inter ſolos litigatores ius facere ſententiam, aliis vero non præiudicare. CARPZOVIVS *Iuriſprud. For. Part. I. Cap. XXVI. def. XV.* per *l. 38. ff. de Leg.* a rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum auctoritate recedendum non eſt. illud vero rariſſime contingit, vt ſimiliter iudicetur in eadem, multo minus in diuerſis, & tam infinitis orbis Chriſtiani curiis. Et quæſo, qui hoc fieri poſſet, cum quilibet caſus, ſeu facti ſpecies ſuper qua iudicandum eſt, ſingulares ſuas circumſtantias habeat, quæ Iudicem mouere ſolent. Hinc difficillimum fuerit probare idem factum, easdem circumſtantias, eademque momenta temporum in duabus cauſis concurrere. Hæc ratio eſt, cur nonnulli deciſiones eiusmodi propter variantes ſuas circumſtantias non eſſe accommodabiles tradant, & cum nihil in ipſis

reſtare

reſtare dicunt, niſi ſolam auctoritatem, quæ non ſatis circumſpectos in auia & deuia ducat, rerum iudicatarum publicationes damnent, & veræ iurisprudentiæ nociuas pronuncient. vid. BVRCHARDVS *l.c.p. 179. ſqq.* ſui temporis ICtus ſummus ANTONIVS FABER de ſe ipſo teſtatur morem dicaſterii ſui ſe aduerſa etiam conſcientia ſæpe fuiſſe ſecutum: *Illud magis vereor*, dicit *in præfat. Codicis ſui ad lectorem: ne te male habeat, quod pleraque hic videbis aliter a nobis, quam vel in coniecturis, vel in pragmaticorum erroribus, vel in Rationalibus noſtris definita. In illis nimirum, quid nos ſentiremus, ſcripſimus: hic quid alii. Illic quo iure vtendum putaremus: hic quo vteremur. Itaque pugnantia interdum ſcribere coacti ſumus, qui tamen eadem ſemper ſentimus, niſi cum in iudicando ſententiam dicere ex communi doctorum opinione etiam cogimur*, inuita non modo plerumque ſcientia ſed etiam conſcientia. *Improbo plane ac miſerando iudicantium fato, quibus neceſſe ita facere, ne credantur conſcientiam onerare ſi veram ſcientiam potius, quam vulgi imperitiam ſectentur.* Enim vero quid hoc aliud eſt, quam rectam rationem ipſasque adeo leges ſub tyrannidem auctoritatis humanæ redigere, ſummamque iuris incertitudinem introducere. De hac grauiſſime conqueſtus eſt HIERON. de CÆVALLOS *de Commun. opinion. in præfat. num. 113. In tanta varietate & incertitudine absque lege, absque iure, absque ratione viuimus, nihil*

certum habemus neque ſtabile, omnia enim iura ſunt arbitraria. Caueant ergo noſtri ne cœco impetu, quæ alio tempore iudicata legunt, ſine præuio examine amplectantur, ſed prius an ſecundum leges iudicatum ſit, deinde, quousque iudicatum ad præſens factum quadret, diligentiſſima circumſpectione videant. Veritas enim atque iuſtitia ICtorum ſuprema lex eſſe debet.

** In hac enim præcipuus deciſionum illarum vſus conſiſtit, vt decidendi rationes iudiciorum iſtorum agnoſcamus, & ſecundum easdem praxin noſtram dirigere poſſimus. Saxonum quondam Papinianus BENEDICTVS CARPZOVIVS *in præfat. II. ad lectorem operi deciſionum illuſtrium Saxonicarum præmiſſa* huc tendit, quando ſcribit: *At nec conſultoribus ſolis grata hæc opera & induſtria, ſed multum quoque vtilitatis hinc in eos redundat, qui cauſarum forenſium ſuſcipiunt patrocinium, non modo vt præmia ſui laboris reportent, verum etiam in parilis farinæ cauſis felicem ſucceſſum, finemque litigii exoptatum clientulis promittere queant, habeantque Collegiorum iudicata ad quæ curſum litigii, perinde vt nauigantes vel ad gnomonem, vel ad Cynoſuram, dirigant: Vnde ſæpius pragmaticos de caſu in terminis terminantibus ventilato, ac feliciter deciſo multum gloriari videmus: Nec fruſtra, ſi circumſtantiæ correſpondeant, & æquabili ponderentur libramento*

*** Elegantiſſimum huius methodi ſpecimen dedit IOHANNES PHILIPPI in vſu practico in in-

ſtitutionum, cui tyrones ſi quæ occurrunt nova præiudicia facili opera adſcribent. Sed & SCHILTERVS Exercitationibus ſuis ad D. ſubinde talia iudicata inſeruit, vt alios taceam.

CAPUT V.

DE JURISPRUDENTIA CRIMINALI.

I.

HActenus in vſu fuit ad ductum iuris Iuſtinianei cum iure ciuili ſimul criminale ius exponere. Propterea & nos eidem proximum hic locum concedimus. Leges autem criminales, vel Romanæ ſunt, vel Germanicæ, hæ rurſus vel antiquioris vel recentioris æui. Iſtæ pro varietate ſtatus Romani variant. Namque primo Reges de criminibus quædam ſtatuerunt, * poſtea in 12. tabulis ** & iure Romano *** de eadem materia actum. Tandem præter iſtas leges, ad punienda delicta ſuas quoque conſtitutiones propoſuerunt Imperatores Romani. **** Quamvis prudentum reſponſa non modicam & hoc in paſſu obtinuiſſe, auctoritatem non ſine cauſſa videantur. *****

 * Ta-

* Talis erat antiquiſſima lex Romuli de proditoribus, cuius meminit DIONYS. HALICARNASSENSIS *L. II. p. m. 84.* Hic, poſtquam iura patriciorum tanquam patronorum & plebeiorum tanquam clientum enumeraſſet, ſubiicit: *quod ſi quis deprehenſus eſſet aliquid horum facere, tenebatur lege de proditoribus, quam ſanxit Romulus: conuictumque eius criminis cuiuis fas erat, vt Diti ſacrum, interſicere. mos enim erat Romanis, quos vellent impune occidi, eorum corpora deuouere Deo cuipiam, præcipue Diis inferis: quod tunc quoque fecit Romulus.* confer. PAVLVS MERVLA *de LL. Rom cap. II. n. 1. ſqq.* De modo autem iudicii criminalis iſto tempore vſitati, idem Dionyſius l. c. p. 98. ſq. ſic refert: *De iniuriis autem quibus inter ſe alii alios afficerent, ſine dilatione cito decernebat, partim per ſe ipſe, partim per alios, pœnasque infligebat pro criminum modo, cumque homines timore maxime a maleficiis deterreri poſſe cerneret, multa in eum vſum parauit, tribunal ad ius dicendum in loco fori conſpicuo, ſatellitii ccc militum terribilem faciem, virgas ac ſecures prælatas a duodecim lictoribus, qui flagra meritos cædebant in foro, grauiumque criminum damnatos capite plectebant in conſpectu omnium.* Numæ Pompilii pœnalem conſtitutionem contra Veſtales delinquentes adnotat DIONYSIVS l. c. p. 127. *Pœnæ, quoque delinquentibus graues ſunt propoſitæ; in quas inquirere atque animaduertere pontifices*

lex

lex iubet, virgis cædentes deprehenſas in leuiori crimine, ſtupratas vero miſerabili longeque fœdiſſimo tradentes ſupplicio. Viuæ enim funebri pompa efferuntur, amicis ac cognatis cum lacrymis lecticam proſequentibus: delatæque ad Collinam portam, intra muros in ſubterranea cella cum ſepulcralibus ornamentis inhumantur, nec monumento dignatæ, nec parentatione, aliisve ſolennibus defunctorum honoribus. Idem hic Rex legem Romuli de homicidio repetiit. Vid. P. MERVLA de LL. Rom. cap. V. p. 88. ſq. de Liberis parentes verberantibus eiusdem Romuli legem renouauit & in vſum reuocauit Servius Tullius. idem ibid. cap. VII. p. 100.

** In has pluscula ex iure Regio criminali fuerunt relata, e. g. illa Romuli conſtitutio: *Patronus ſei clienti fraudem faxit, ſacer eſtod.* hæc cum aliis eius generis legibus extabat in Tabula VII: quæ de delictis agebat. De his, qui plura volet, adeat laudatum P. MERVLAM *de LL. Rom. cap. XV. ſqq.* IAN. VINC. GRAVINAM *origg. Iur. ciu. Lib. II. p. 469.*

*** Quod poſt finitum decemuirorum Imperium, vsque ad Monarchicum Romanorum ſtatum obtinuit. *Enim vero,* inquit GRAVINA *l. c. L. I. Cap. XXXVI. initio crimina publica penes Regem; poſtea penes conſules agitabantur: ſed quia lege Valeria ius prouocationis populo delatum fuit; itemque vetitum, ne in caput ciuis Romani animaduerteretur iniuſſu populi: cœpere ſingula crimina per populum man-*

dari vel Conſulibus, vel Dictatoribus, vel Prætoribus lege, aut ſenatusconſulto vsque ad annum DCIV. ſed exundante in dies numero criminum, cum incommodum eſſet, vel ſingulas cauſſas ab vniuerſo populo mandari Magiſtratibus, vel ad tempus creari quæſitores, qui de certis criminibus cognoſcerent: ſatius eſſe duxerunt quæſtiones inſtituere perpetuas cum annuo Magiſtratu, qui eis præeſſet: creatique hi a populo dicebantur & quæſitores. Vnde anno DCIV. inſtitutæ ſunt quæſtiones perpetuæ, quæ proprium prætorem ſiue quæſitorem haberent. In ſequentibus autem ibidem, ipſas quæſtiones publicas explicat. Ipſum vero proceſſum, quem vocant, criminalem hac tempeſtate obſeruatum, non ſolum ex Iudicio illo, quo Sp. Caſſius conſul Romanus, de Saxo Tarpeio fuit præcipitatus, quale cum ſuis circumſtantiis notabilioribus deſcribit DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *L. VIII. p. m. 544.* Sed etiam ex variis Ciceronis, Liuii, aliorumque dictis addiſcere licet, veluti hoc demonſtrauit CAROLVS SIGONIVS *de Iudiciis Lib. II.* huius obſeruationem de legibus criminalibus liberæ Rom. Reipublicæ *ibid. Cap. XXVI. ſub finem.* poſitam, heic inſerere mihi viſum eſt. *Neque vero ſolum*, inquit: *criminum capita ſingula ac pœnarum comprehendebantur, ſed etiam actionis partes ſingulæ, de patronis dandis, iudicibus legendis, teſtibus audiendis atque citandis, de comperendinando, aut ampliando reo.*

Quin

quin etiam de præuaricatione ac calumnia accuſatorum, quid præcipue in quoque exercendo iudicio ſeruari oporteret, præſcribebatur. Quanquam multa ex vna in alteram legem iisdem verbis transferebantur, vnde etiam translatitia dicta ſunt. Poſtremæ autem omnium leges fuere Corneliæ, Pompeiæ & Iuliæ. Cornelias tulit L. Cornelius Sylla in dictatura; Pompeias, Cn. Pompeius, maxime in tertio conſulatu; Iulias, alias C. Iulius Cæſar & dictator, alias C. Cæſar Octauianus Imperator. Quæ cauſſa eſt, vt harum tantummodo in pandectarum libris memoria celebretur, quod reliquæ ſuperiores (de quibus tamen idem ſqq. capitibus ibid. tractat) *his vnis obſeruatis oblitteratæ eſſent. Neque enim poſt Cæſarem Octauianum leges vllæ ſunt latæ, cum comitia populi ad ſenatum traducta ſint.*

**** Hoc inprimis teſtantur Codicis Libri VI. & IX. qui leges criminales Imperatorum complectuntur.

***** Facultas quippe de iure reſpondendi qua pollebant, nusquam ad ciuilia ſolum reſtricta legitur; potius criminalia eorundem opera in pandectis laudantur.

II.

Iuris Romani Criminalis reliquias continent Digeſtorum Libri XLVII. & XLVIII. qui propterea terribiles vocantur a Iuſtiniano. * Sed & in Codicis Lib. VI. & IX. ſimilia traduntur. Sunt, qui hoc ipſum

 ius

ius in foris Germaniæ a capite ad calcem receptum eſſe, autumant, proinde eius- dem placitis, quæ innituntur, ſcripta crimi- nalia ** potiſſimum commendant. Alii vero perexiguum iſtius iuris vſum in foris noſtris exiſtere ſingularium exemplorum obſeruationibus comprobarunt. ***

* In L. II. §. 8. C. de V. I. E. vbi ſic loqui- tur: *Et poſt hoc* (ius de ſtipulationibus &c.) *duo terribiles libri poſiti ſunt de delictis priua- tis & extraordinariis, nec non publicis crimi- nibus, qui omnem continent ſeueritatem pœna- rumque atrocitatem. Quibus permixta ſunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta ſunt, qui ſe celare conantur, & contumaces exiſtunt: & de pœnis quæ condemnatis infliguntur vel con- ceduntur: nec non de eorum ſubſtantiis.*

** De quibus confer. D. STRVVII *Biblio- theca Iuris ſel. Cap. XI.*

*** Hoc egit poſt Io. SCHILTERVM in Exerc. ad dictos ff. titulos D. IACOBVS FRI- DERICVS LVDOVICI in præfatione *de exiguo vſu iuris Romani in materiis criminalibus*, præ- miſſa notis in Conſtit. Crim. Caroli V. a ſe editis.

III.

Antiquiores Germani circa animaduer- ſionem delictorum ſuis moribus & legibus vtebantur. Quorſum referenda Ordalia* ſiue iudicia magna per Duellum, ** per ferrum, & per Aquam, quæ purgatio vulgaris *** audiebat; a qua purgatio ca- noni-

nonica probe diſcernenda eſt. **** Hæc enim vel iuramento expediebatur, vel ſacra eucharistia. Singulare quoque erat iudicium crucis, ***** nec non oſta iudicialis & caſus exſecratus, quæ minora erant probationum genera. Ad probandum homicidium obſeruabatur ius cruentationis, dictum das Baar-Recht. ******

* Vid. Dv Fresne *Gloſſarium mediæ & infimæ latinitatis*, *voce: Ordela.*

** Huc facit Lex Baioariorum *Cap. II. Tit. I.* apud Heroldvm *p. 89. Si quis contra Ducem ſuum, quem Rex ordinauit in prouincia illa, aut populus elegit Ducem, de morte eius conſiliatus fuerit, & exinde probatus negare non poterit, in Ducis ſit poteſtate homo ille, & vita illius, & res eius infiſcentur in publico, & hoc non ſit per occaſionem factum, ſed probata res, experietur veritatem non ſub vno teſte, ſed ſub tribus teſtibus, perſonis coæqualibus. Si vnus fuerit teſtis, & ille alter negauerit, tunc Dei accipiant iudicium, exeant in campo, & cui DEus dederit victoriam, illi credatur. & hoc in præſenti populo fiat, vt per inuidiam nullus pereat.*

*** De his probationibus vulgaribus, nec non reliquis iudiciis vid. Pavl. Hachenberg *in Germania media diſſ. III. §. 16. ſeqq.*

**** Vtramque vero purgationis ſpeciem Iudicium Dei adpellarunt, quod exiſtimarent hocce examine, rei, de qua quæſtio erat,

 DEum

DEum veritatem probaturum etiam cum miraculo. Canonica purgatio dicta eſt, quia admittitur a Canonibus & in Conciliis paſſim. Vulgaris autem, quod a vulgo inducta recepta ſit, nomen ſuum fuit ſortita, notante Dv Fresne l. c. voce *Iudicium.*

***** De hoc iudicio crucis conf. Spelmann *Gloſſar. Voce: Crucis Iudicium.*

****** Vid. Ivst. Georg. Schottelivs *de ſingularibus quibusdam in Germania iuribus & obſeru.* Cap. III.

IV.

Paſſim per Germaniam floruerunt iudicia libera, occulta ſiue Vehmica * die Frey-Stühle/ Frey-Gedienge/ Vehmen Gerichte/ quibus libero animaduertendi arbitrio & celeri modo iuſtitia adminiſtrari, regiones ab hominibus nocentibus & delinquentibus purgari debebant. Saxonum eſt ius Banni, das Bann/ und Achtgericht quod contra reum fuga elapſum inſtituebatur, eiusdemque veſtigia hodienum ſuperſunt.** Apud Francos viguit ius Centenæ, das Frayß und Centgericht*** iurisdictionem indicans in caſibus criminalibus maxime competentem.

* De vera origine natura, progreſſu & interitu iudiciorum Weſtphalicorum, eruditam habemus illuſtris Thomasii Diſſertationem, quæ non ſolum ſcriptores qui de hac materia vnquam tractarunt, indicat, ſed eorundem quo-

que

que dicta examinat, adhibitaque Germanicarum antiquitatum face illuſtrat. Nouiſſime de eadem materia egit D. MEINDERS.

** Idem quoque adprobatum legimus in *ordinat. Crim.* CAROLI V. *art. 87. verb. Mit dem Beſchreyen der Vbelthæter, ſoll es im ſelben Stück in Gegenwärtigkeit und auff Begehren des Anklägers, nach iedes Gerichts guter Gewohnheit gehalten werden.* confer. SCHOTTELIVS *de ſingularibus quibusdam & antiquis in Germ. iuribus. Cap. III. §. 5. ſq.*

*** Vid. idem. ibidem *Cap. VII.*

V.

Sed cum in iſtis Iudiciis liberis ob ruditatem aſſeſſorum, probatione & defenſione rei inſuper habita, ſubinde non auditus ad mortem raperetur, * leges criminales antiquiores iuſto eſſent leniores, ** & purgationes tam vulgares, quam Canonicæ, meris ſuperſtitionibus inniterentur, tandem per iuris Romani & Canonici introductionem moresque Italicos Germanicis mixtos maxima in ardua hac materia oriretur confuſio atque incertitudo; Carolus V. ſingulari conſtitutione ius criminale Germanorum definiuit, *** quæ etiamnum fundamentū eſt huius iurisprudentiæ. Hinc in eandem conſtitutionem Doctorum commentarii **** prodierunt complures.

* Carolus V. in Rec. Imp. Wormat. d. a. 1521. §. 17. id ipſum ſatis teſtatur verbis: *Vnd*

nach dem biſsher groſſe Vnordnung an den Frey-en Stühlen, auch an den Peinlichen Gerichten geübt und gebraucht; dardurch die Vntertha-nen des Reichs in viel weg beſchwert und be-läſtiget, auch etwa viel unſchuldiglich gepeini-get, und vom Leben zum Todt gericht werden.

** Nempe grauiſſima delicta poterant pe-cunia aboleri. apud Francos e. g. *Leg. ſal. Tit. XVIII. Cap. I.* ſtatuitur : *Si quis caſam hominibus intus dormientibus incenderit: & ſi quis intus arſerit, ille, qui incendium miſit, parentibus defuncti VIII. den. qui faciunt ſo-lidos CC. culpabilis iudicetur. Tit. XXI. C. 1. ſi quis alteri herbas dederit bibere & mortuus fuerit VIII. den. qui faciunt ſolidos CC. cul-pabilis iudicetur. tit. XXVI. C. 4. ſi quis fœ-minam grauidam occiderit XXVIII. denarios, qui faciunt ſolidos DCC. ibid. C. 5. ſi quis in-fantem in ventre matris ſuæ aut natum ante quam nomen habeat infra VIII noctes occiderit IV. den. qui faciunt ſol. C. culpabilis iudicetur.* In legibus Ripuariorum pœna homicidii itidem erat pecuniaria, quanquam in aliis ſalica lege ali-quanto eſſent duriores. huc ſpectat *Tit. XXIX. C I* vbi in criminis Maieſtatis læſæ reos ſanci-tur : *ſi quis homo Regi infidelis extiterit, de vita componat, & omnes res eius fiſco cenſean-tur & tit. LX. C 6. quod ſi quis Teſtamentum Regis abſque contrario teſtamento falſum cla-mauerit, non aliunde niſi de vita componat.* Inprimis notanda pœna ſuſpendii in fures con-

ſtitu-

ſtituta *Tit. LXXIX. ſi quis homo propter furtum comprehenſus fuerit & legitime ſuperiuratus & iudicio principis pendutus, vel in quocunque libet patibulo vitam finierit, omnes res eius heredes poſſideant excepto capitale & delatura in locum reſtituant.* Similis lenitatis ſpeciminia occurrunt in legibus Alamannorum. Baiuuariorum leges itidem pro homicidio commiſſo pecuniariam pœnam exigebant. De iure Saxonum antiquo obtinebat Weregeldum ſiue pretium pro homine occiſo ſoluendum. Vid. SCHILTER *Exercit ad ff. XIX. §. 15.* ſed qui caballum furauerit, capite puniebatur, per *Tit. IV. Cap. I.* de ſingulis autem his conferendus M. CHRISTIANVS GODOFREDVS HOFFMANNVS *ſpeciem. Coniect. polit. de orig. & nat. legum Germ. priuat.* paſſim.

*** De eadem ipſe Carolus V. *in Rec. Imp. ſpirenſi d. a. 1529. §. 32.* ita locutus eſt: *Haben wir ermeſſen und bedacht, daß dieſe Sach und Ordnung des Menſchen Ehr, Leib, Leben und Gut belanget, und groſſes, tapffer, und wichtiges Rathſchlags wohl von nöthen, und inſonderheit dieweil der articul etwan viel, item die Gebräuch und Herkommen an vielen Orten ungleich, darzu daß es eine ewige beſtændige Conſtitution und Satzung ſeyn ſoll, und darum nicht zu eylen, ſonder mit guter Vorbetrachtung, genugſamer Erfahrung und zeitigem Rath fürzunehmen ſey & in R. I. Auguſtano de a. 1530. §. 97.* poſtquam eadem repetiiſſet, ſubiicit: *Haben wir*

uns,

vns mit Churfürſten, Fürſten und Standen, und Sie herwiederum mit vns ſich vereiniget und verglichen, daß ein ieder Stand von ietziger corrigirten Ordnung Abſchrifft nehmen und ſich darauff endlich entſchlieſſen, was darinn nach Art herkommen und Gebrauch zu thun oder fürzunehmen ſey. &c. tandem anno 1532. in R. I. Ratisbonenſi huius conſtitutionis publicatio ſecuta, ſaluis tamen conſuetudinibus & obſervantiis cuiuslibet prouinciæ propriis, ſecundum *Artic. IV. dicti Receſſus*, ibi: *Demnach haben wir auch Churfürſten Fürſten und Stand, nach fernerer Berathſchlagung der Sachen, Gott dem Allmæchtigen zu Ehr und Lob, auch zu Förderung gemeines Nutzens, für gut und Nütz angeſehen, daß gedachte Halßgerichts Ordnung in Druck gegeben, und in das Reich publicirt und verkundt werde: damit alle und iede unſer und des H. Reichs Vnterthanen ſich hinfürter in Peinl. Sachen, in Bedencken der Größ und Gefæhrlichkeit derſelben ietzt angezeigter Ordnung, den gemeinen Rechten, Billigkeit, und Lœblichen hergebrachten Gebræuchen gemæß halten mægen, wie ein ieglicher ohnzweiffel für ſich ſelbſt zu thun geneigt, und dißhalben von dem Allmæchtigen Belohnung zu empfangen verhofft. Doch wollen wir durch obgemeldte Ordnung Churfürſten, Fürſten und Stænden an ihren alten wohlhergebrachten rechtmæſigen und billichen Gebræuchen nichts benommen haben.* confer. illuſtris THOMASII diſſertatio *de occaſio-*

caſione, conceptione ac intentione conſtitutionis criminalis Carolinæ.

**** De quibus more ſuo, erudite tractat B. D. GEORGIVS BEYERVS in *Delineatione iuris criminalis ſecundum conſtitutionem Carolinam cum legibus variarum prouinciarnm collati & ad vſum hodiernum attemperati, præfat. ad lectorem.*

VI.

Igitur antiqua prouinciarum iura, quatenus rationi & æquitati naturali congruunt ſuam vtique vim retinuerunt & Principibus imperii poteſtas in ſuis territoriis de maleficiis ſtatuendi integra relicta eſt. Hinc prouinciarum ſingularum praxin criminalem ſcriptores * annotarunt. Namque hæc ipſa primo vbique loco obſeruanda, dum nemeſis Carolina, aliæque leges criminales adhibeantur illis deficientibus.

* Ita Saxonum praxin criminal. conſignavit BENEDICTVS CARPZOVIVS *in practica imperiali Saxonica rerum criminalium.* Alii ad aliarum prouinciarum mores & ſtatuta reſpiciunt, quos quilibet ciuis facili negotio ipſe poterit cognoſcere.

VII.

Ex iis, qui maiora opera criminalia ediderunt, * plurimi mores Germanorum plane omittunt, iuri Canonico ac Iuſtinianeo ſolum adhærent, ob id ipſum tamen non plane negligendi. namque tor-

turam, aliaque iuris criminalis capita ex dictis fontibus deriuanda hinc inde ſatis operoſe exponunt. Quare & hodienum ad eosdem crebro ſolent prouocare noſtrates in ſcriptis ſuis criminalibus.** Quamvis negandum non ſit, ex iſtis ſpiſſis ſubinde voluminibus optima, quæ in foris noſtris vſum præbere poſſunt, iamdum eſſe excerpta.*** interim quia moris adhuc eſt, vt adlegentur, quales quantique ſint, perdiſcendum erit.

* De quibus conf. D. STRVVII Biblioth. iurid. Cap. XI. §. III.

** Veluti, vt paucos e. g. allegem, MATTHIAS STEPHANI facit in eleganti ſuo Commentario in Conſtit. Caroli V. vbi ſingulis §§. Criminaliſtarum potiorum ſententias ſubiicit. Sed etiam CARPZOVIVS *in pr. criminali* ſimili ratione procedit.

*** Præter laudatum Carpzouium hoc præſtitit D. IOH. CHR. FROELICHS *de* FROELICHSBVRG in Commentario elegantiſſimo *in Kayſer Carl des fünfften und des Heyl. R. Reichs Peinl. H. G. O.* vbi in præfationis pag. 3. de hoc ſuo inſtituto illuſtris auctor ſic loquitur: *Es wære mir zwar leicht geweſen dieſen criminal-Tractat noch um eins grœſſer zu machen, allein war mein Zihl nur dahin gerichtet, in einem kurtzen Ingriff, die zu Formirung des proceſſus nœthige Vnterweiſung zu geben, habe mich alſo in Allegirung vieler D.D. ſehr ſpar-*

ſam

ſam gehalten, nur damit denen Teutſchen practicanten kein Eggel, oder Abſcheuen von vielen Lateiniſchen Worten angeworffen werde, in Strittigen Meinungen habe die ſicherſte mit einem Sternlein auff der Seiten gemercket, und dem Leſer den Kern gezeigt, welcher zu genieſſen und practicando zu erwehlen, ieweils habe mit Vbergehung andrer Meinungen die beſte und üblichere allein eingeſetzt, iedoch iederzeit ein oder andern bekandten Gewehrsmann oder Authorn laudirt, und die Lehr damit beſtærcket, bekenne derentwegen offentlich, auſſer der mühſamen Verteutſch- und kurtzer Einſchrænck-auch ieweils unvorgreifflicher interpretirung der Tyroliſchen Lands-Statuten an dieſem Werck das wenigſte mein, ſondern aus Bewehrtiſten ſo wohl Latein als Italiæniſchen Criminaliſten entlehnt worden zuſeyn.

VIII.

Præmittenda & hic venit elementaris rerum criminalium tractatio, quæ, vt ſæpe monuimus, ad ductum breuioris compendii * optime inſtituitur. Seligendus autem talis ſcriptor, qui potiſſimum ad praxin patriæ reſpiciat, ſimul tamen differentias iuris Canonici & Romani adleget, vt intellectis vtriusque fundamentis, de vſu vel non vſu eo rectius diſcamus iudicare. Hinc ſi occaſio detur acta criminalia perluſtrandi, torturæ actum, vel etiam, quæ in ſingulis gradibus adhiberi ſolent, inſtrumenta

menta aſpiciendi, eandem ſtudioſus iuris criminalis maxime proficuam ſibi reputare debet. ** Quam ſupra deciſionibus ac reſponſis prudentum in cauſis ciuilibus tribuimus auctoritatem eandem & in criminalibus iisdem conceſſam eſſe *** hoc loco monuiſſe ſufficiat.

* Tale procurauit D. Gottfridvs Svevvs Anteceſſor Wittebergenſis dum *Synopſin practicæ nouæ Imp. Sax. rerum crim. Ben. Carpzouii* ederet. Hic enim quæ in ampliori opere Carpzouiano fuſius tractata ſunt, ſummatim exhibentur, ita quidem, vt ſingulæ deciſiones criminales recenſeantur, additis ampliationibus & limitationibus vna cum allegatis & rationibus præcipuis, interdum etiam ratione dubitandi principaliore per confutationem ſubmota. Petrvs Bortivs eand. pract. crim. quoque in compendium redegit, quod ipſum tamen, quia ſumma ſolum rerum capita indicat, pro elementari libello vix habendum. Optime vero rebus ſuis conſulunt, qui ductum ſequuntur quem B. Georgii Beieri *Delineatio iuris criminalis ſecundum Conſtitutionem Carolinam cum legibus variarum prouinciarum collati & ad vſum hodiernum attemperati* ſuccinctis poſitionibus demonſtrat. Breue ſed ſolidum, eruditionis plenum & concinnum hoc compendium eſt, quod non ſolum veros iuris criminalis Germanici fontes aperit, ſed ad ipſam etiam praxin commodiſſima ratione viam præmunit. Addi poſ-

poſſent conſultiſſimi IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *notæ practicæ in Conſtit. Carolinam.* quæ ſelectiores obſeruationes practicas, huius doctrinæ ſtudioſis maxime proficuas, ſimplici quadam via expoſitas comprehendunt.

** Hoc vero ſic intellectum volo, ſi prius cognitione modi procedendi in criminalibus vſitati fueris inſtructus: ſine hac enim illa omnia te parum vel nihil iuuabunt. Id ergo ante omnia agendum, vt diſcas, in quem cenſum ſingula, quæ in actis occurrent, aut in ipſo torturæ actu peragentur, ſint referenda. Hic manum ducere poterit B. BRVNNEMANNI *tractatus iuridicus de inquiſit. proceſſu.* vel laudati iam celeberrimi almæ Fridericianæ Anteceſſoris IAC. FRID. LVDOVICI *Einleitung zum Peinlichen Proceß darinnen, wie ſich der Richter bey vornehmender Vnterſuchung, und inquiſition in peinlichen Sachen, ſo wohl auch der inquiſit vnd deſſen defenſor bey Führung der zuſtehenden defenſion den gantzen Proceß hindurch verhalten müſſe, von Stück zu Stück ohne Einmiſchung theoretiſcher unnützer Fragen gezeiget auch dabey der Sachſiſche und gemeine Proceß iederzeit gegen einander gehalten wird. nebſt einem Anhang die Acten vnd Regiſtraturen in peinlichen Sachen zu verfertigen, auch die Acten zu excerpiren und in Gerichten zu referiren.* Cuius ſcripti quanta ſit æſtimatio, inde facile colligere licet, quod eiusdem quarta editio iam anno 1714. fuerit neceſ-

ſaria: proinde ſe ipſum ſolo titulo ſuo ſatis commendat, neque noſtra laude indiget.

*** Vnde qui Conſilia & reſponſa criminalia ediderunt, de quibus conf. D. STRVVIVS *l. c. §. IV.* ea, quam circa alios eiusmodi ſcriptores ſupra indicauimus, methodo erunt pertractandi.

CAPUT VI.

DE IVRISPRUDENTIA CANONICA ET ECCLESIASTICA.

I.

Quicunque ad Canonici & Eccleſiaſtici Iuris ſtudia tendunt, vt ex voto proficiant, Hiſtoriæ eccleſiaſticæ* & Iuris iſtius compoſiti ** luminibus inſtructi accedant eſt neceſſum. ne per communes errores à veritate abducantur & in doctrinæ huius iudiciis turpius aberrent.

* Lubet auctoritatem ICti ſummi I. VINC. GRAVINÆ dictis noſtris adiicere. *Qua vero,* inquit ille: (*orat. de inſtaurat. ſtud.* p. m. 55.) *ius pontificium e ſacræ ſcripturæ, ac SS. Patrum locis, & veterum conciliorum decretis componitur; præferenda eſt huic ſtudio fax etiam divinorum librorum, & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, quæ Canonum rationes pandat, ac nubes diſpellat* *abſur-*

abſurdarum opinionum; quibus huius iuris recentiores interpretes, quos Caſuiſtas appellant, paucis exceptis, in veteri Eccleſia plane hoſpites, rationem interpretandi, ac definiendi de rebus ad mores pertinentibus magis a Porphyrianis, & Auerroiſtis, quam ab Apoſtolis, & Euangeliſtis trahentes Chriſtianas morum leges, non ad precidendas, ſed ad alendas, ac propagandas rerum caducarum cupiditates, violenter perduxerunt: ita vt lex frugalitatis, atque caritatis in quæſtum, atque impotentem dominationem importuniſſimis interpretationibus detorqueatur. Quibus profecto tenebris locus eſſet in Eccleſia nullus, ſi aſſidua Euangeliorum lectione, atque cognitione vetuſti moris, & ſtudio Conciliorum, ac ſacræ hiſtoriæ peritia dialecticas captiones, & verſutiloquas Arabum ſcientias excluderemus. Verum enim vero quia veritas, quam iſta hiſtoria prodit, Papatui nimis odioſa, atque infinita poſt ſe trahere ſolebat pericula, plurimi hoc ſtudium prioribus ſeculis angue caneque magis ſunt auerſati. Huius vnicum ſed expertum teſtem audiamus celeberrimum quondam Doctorem Sorbonicum EDMVNDVM RICHERIVM qui, cum in libro ſuo de Eccleſiaſtica & politica poteſtate, ſcripſiſſet, Concilium eſſe ſupra Papam, Eccleſiam canone, non abſoluta poteſtate, regi oportere; atque Politicos Principes, tamquam iuris diuini, naturalis & canonici vindices & executores, authoritate gladii in omnes ciues, ambitu & fini-

bus reipublicæ contentos, pollere: hocque iure & titulo Conſtantinum M. atque alios Imperatores Chriſtianos, velut communes Epiſcopos, & exterioris diſciplinæ aſſertores octo prima concilia vniuerſalia pro iuris diuini, naturalis atque canonici vindiciis indixiſſe & congregaſſe: hoc promeritus eſſe videbatur, vt veriſſima ſua pronunciata, non aliter quam erronea, impia, hæretica, & ſeditioſa condemnarentur. Huius rei cauſſam ipſe in *Hiſtoria conciliorum Generalium* hac occaſione edita *præfat.* ad lectorem ſic enarrat: *Hercle cum aliquando vnum ex epiſcopis, qui Cardinali Perronio erat amiciſſimus, impenſius rogarem, vt ab eodem Perronio impetraret, quatenus ad libelli mei defenſionem & probationem admitterer, ille confeſtim arcanum conſilium Cenſorum mihi reſerauit; dixitque, ſe propoſitionum libelli mei veritatem nequaquam in dubium vocare, ſed Eccleſiaſticos multo magis ab vno & ſolo Papa pendere malle, quam hic quotidie Parlamenta & Triumuiros Regios aduerſos, & contra Eccleſiaſticos poſtulantes habere: quod arcanum conſilium a multis ſeculis in poteſtatum politicarum peſtem graſſari certiſſimum eſt, adeo vt nullus Theologus aut Eccleſiaſticus de regendis finibus vtriusque poteſtatis ex rei veritate ſcribere audeat, quin male mulctetur.* Poſtea ſubdit: *His autem perſpectis, ea quæ tantummodo per laciniam libello meo attigeram, ſtricte accurateque tractare conſtitui; non eo quidem ſtudio illos ſanan-*

nandi, qui veritatem in iniuſtitia detinent, quod eſt impoſſibile; ſed vt permultorum imbecillitati mederer, qui aut nolunt, aut perferre non valent laborem incredibilem ad eccleſiaſticæ hiſtoriæ notitiam perneceſſarium. Quod ſi turpe eſt & ignominioſum eſt, homines in ea ipſa, qua nati ſunt ciuitate, tanquam hoſpites & peregrinos verſari, nec iura, inſtituta, & mores patrios tenere, quanto magis in ſacerdotibus atque animarum Paſtoribus & Theologis ignorantia iuſti regiminis Eccleſiæ a Deo inſtituti ab Apoſtolis ſanctisque Patribus ad nos propagati culpanda venit? Cum ob eiusmodi inſcitiam ſæpe contingat vt ius diuinum, ſchiſma atque hæreſis præfracte aſſerantur; vbi ius eſt purè arbitrarium, nullum ſchiſma, nulla hæreſis, imo nulla peccati mortalis ſuſpicio naſci poteſt, vt iam alias obſeruauimis. Sed hoc loco probe notent tyrones, plurimos, qui de iure Canonico fuerunt commentati, ſimili præiudiciorum labe hanc doctrinam fœdaſſe, vnde tot eccleſiaſtica atque politica monſtra enata ſunt, quæ noſtram quoque iurisprudentiam non parum infeſtarunt. Nec tamen, quæ diuina prouidentia eſt; defuerunt vnquam qui diuina luce illuſtrati non ipſi modo eluctari vtcunque ex iſta caligine niterentur, ſed aliis quoque ad meliora atque ſaniora duces ſe præberent, quos ſuo merito teſtes veritatis appellauit Matthias Flacius Illyricus in Catalogo iſtorum nomina atque fata exhibente, cui inſigne auctarium adiecit Ioh. Cunradus

Diethericus Græcarum litterarum & Hiſtoriarum apud Gieſſenſes ſuperiori ſeculo Profeſſor celeberrimus, confer. B. IACOBI THOMASII *Præfationes ſub auſpicia diſputationum ſuarum in Academia Lipſienſi recitatæ: præf. LXXXVII. p. 552.* Horum virorum operas, me vel nihil monente, quilibet in ſtadio hoc decurrens vltro reputabit ſibi fore vtiliſſimas. Cum pace tua, Beneuole Lector, pietati, qua genitoribus ſumus obſtricti, heic paululum indulgere, atque beati Ataui, IOANNIS MARBACHII Theologiæ quondam apud Argentinenſes Doctoris atque Profeſſoris Publici, refricare memoriam mihi liceat. Hic autem anno 1569. edidit *von dem Biſchœfflichen Ampt, vnd eines Biſchoffs tugenden, auch wie er erwehlet ſoll werden, aus Gottes VVort eine Predig und Vermahnung, an die Hoch und Wohlgebornen Herren des hohen Stiffts zu Straßburg da die VVahl eines newen Biſchoffs daſelbſt angehen ſolt, geſchehen im Münſter zu Straßburg.* in hac oratione non ſolum veram officii Epiſcopalis indolem aduerſus corruptelas nonnullas tuetur, ſed ſub calcem ſelectiora Patrum dicta ſuam ſententiam comprobantia adiicit, quæ noſtræ quoque tractationi totidem veritatis teſtimonia de corrupto Eccleſiæ ſtatu præbere poſſent. Exemplum vnicum, quod ibidem legitur, lubet allegare, quale nunc ſequitur: *Diuus Bernhardus lib. II. de conſideratione ad Eugenium Papam inter cætera ſic dicit: Eſto vt alia quacunque ratione tibi vindices,* *ſed*

ſed non Apoſtolico iure. Nec enim tibi ille dare, quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc dedit, ſolicitudinem, vt dixi, ſuper Eccleſias. Numquid dominationem? Audi ipſum. Non dominantes, ait 1. Petr. V. in clero; ſed forma facti gregis. Et ne dictum ſola humilitate putes, non etiam veritate, vox domini eſt in Euangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur. Et infert: vos autem non ſic. Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi vſurpare aude aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus dominatum. Plane ab alteruiro prohiberis. Si vtrumque ſimiliter habere voles, perdes vtrumque. Alioquin non te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur DEus ſic. Ipſi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt & non cognoui eos. Iam ſi regnare ſine Deo iuuat, habes gloriam, ſed non apud DEum. At ſi interdictum tenemus, audiamus edictum: Qui maior eſt veſtrum, inquit: fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt, ſicut qui miniſtrat. Forma Apoſtolica hæc eſt: dominatio interdicitur, indicitur miniſtratio. Quæ & commendatur, ipſius exemplo legislatoris, qui ſecutus adiungit. Ego autem in medio veſtrum ſum, tanquam qui miniſtrat. Quis ſe iam t r ilo hoc inglorium reputet, quo ſe prior dominus præſigniuit? Merito Paulus gloriatur in eo dicens: Miniſtri Chriſti ſunt, & ego. Et addit, vt minus ſapiens dico, plus ego. In labori-

boribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. O præclarum miniſterium. Quo non id glorioſius principatu? Si gloriari oportet, forma tibi ſanctorum præfigitur, Apoſtolorum proponitur gloria. Paruane tibi illa videtur? Sed ad ea, quæ ſupra dixi, monſtra eccleſiaſtica pernoſcenda, conducet tyroni breue ſed elegans ſcriptum, Nicolai de Clemangis *Archidiaconi Baiocenſis, ſcriptoris vetuſti, de corrupto Eccleſiæ ſtatu liber vnus.* qui Helmſtadii prodiit anno ſuperioris ſeculi 75. huius enim lectione animus ad hiſtoriæ Eccleſiaſticæ tractationem rite præparatur, ne in corruptis traditionibus quicquam confidat, ſed veras rerum cauſas fontesque proprios ſtudioſe ad inueniendam veritatem perquirat. hoc vero, quam in noſtro ſtudio ſit neceſſarium, res ipſa loquitur. adſtipulatur Io. Schilterus in egregio opere *de libertate Eccleſiarum Germaniæ. Præfat.* §. *II. Primum autem quod hic agendum eſſe duxi, eſt libertatis Eccleſiarum noſtrarum hiſtoria, ab origine conditarum per Germanias Eccleſiarum, quantum non ex vetuſtis fabulis aut recentiorum ſcriptorum traditionibus, ſed ex auctoribus fide dignis conſtare poteſt, petita vsque ad ſeculum præſens. Qua in re id egi, vt cuiusque ſeculi coæuos ſcriptores accerſerim teſtes. neque credo res hæc aliter candidius geri poteſt. Sicuti porro libertatis noſtræ fundamenta ex iure diuino & humano demonſtrata, ita viciſſim eiusdem offen-*

offenſas & impetitiones ſuperſtitionesque partim in regimine deſpotico introducendo, partim noua dogmata obtrudendo, partim veterem diſciplinam & mores abuſibus & ſuperſtitionibus variis corrumpendo, ſingulis temporibus notavimus, quaque prudentia, conatu, euentuque libertas defenſa fuerit. Habes hic fundamenta ſecundum quæ omnia in hiſtoria Eccleſ. ſunt diiudicanda, nimirum ius diuinum & humanum. ex his cum fluat Imperium circa ſacra ſummis poteſtatibus in hoc orbe competens, & hoc vbique pro baſi ſubſternendum erit. Sed vlterius ſcito; quamuis per reformationem huius iuris capita noſtris Principibus iterum fuerint adſerta, multas tamen ex papatu corruptelas remanſiſſe, quæ anteriores ſcriptores egerunt in in tranſuerſum. huius rei plura veſtigia indicauit Conſultiſſimus KESTNERVS *in diſcurſu de Iurisprudentia Papizante.* Mali huius cauſſa potior videtur, quod ſcriptores curiæ Romanæ nimium addicti ſubinde ſine quadam caſtigatione ſparſi fuerint in vulgus, veluti de Gloſſatore latino ſpec. ſax. conqueritur B. SCILTERVS *de libert. Eccleſ. Germ. L. V. Cap. I. §. VIII.* nec minus hic notari meretur, quod ante Carpzouii tempora pauciſſimi fuerint, qui ad materiarum & quæſtionum eccleſiaſticarum disquiſitionem ſe accingerent, easdemque, quatenus in Conſiſtoriis tractari & ventilari ſolent, examinarent, deciderent, aut a peritioribus in conſiſtoriis deciſas aliis communicarent, iurisque publici facerent.

cerent. De quo ipſe celeberrimus CARPZOVIVS *in program. Iurisprud. Conſiſt. præmiſſo p. 3. in fin. Dolendum ſane*, inquit: *quod inter tot multos ICtos longe præclariſſimos, quos ſuperior, vel etiam noſtra ætas tulit, pauciſſimi duntaxat, de materiarum conſiſtorialium ſuppellectile, aliqua ſaltem fragmenta obiter & ſparſim interlinearint, nullus vero ex profeſſo quicquam publicarit. &c.*

** Vt ſciamus a quibusnam, quo fine & ordine ſingula ibi fuerint propoſita, quale iisdem ſit ſtatuendum pretium, quinam næui notandi. breuiſſimis iſta omnia tangit *le Traité de l'incertitude de Sciences*, traduit de l'Anglois. Amſterdam 1715. *Chap. XIV.* p. 173. hæc leguntur: *Il s'eſt élevé dans l'Egliſe une novelle eſpece de diſcipline établi ſur d'autres raiſons, & accommodée à des vües differentes. C'eſt ce qui a donné occaſion à quelques Théologiens de faire diſtinction entre la diſcipline ancienne & la diſcipline nouvelle. Les François prétendent que les libertés de l'Egliſe gallicane dérivent des anciens Canons, qu'ils ont garantis des entrepriſes de la cour de Rome. Après la ruine de l'Empire Romain, quand les Gots, les Vandales, & d'autres nations Barbares eurent repandu l'ignorance dans les païs qu'ils auoient inondés, le Pape profitant des coinctures favorables, n'eüt pas de peine à établir un nouvel empire; & pour l'appuyer il falloit former une nouvelle diſcipline. La Collection d'Iſidore a été*

été le coup hardi. On a reconnu depuis qu'elle contenoit pluſieurs pieces ſupposées, & qu'elle êtoit pleine d'impoſtures. Cependant elle ſe trouve encor au jour d'huy dans le Corps du droit Canonique. & paucis interiectis : *Le Decret ſe contredit dans ſon titre, qui eſt : Concordantia diſcordantium Canonum, c'eſt a dire: Concordance des Canons contraires ; ou s'il n'y a point de contradiction dans le titre j'apprêhende qu'il y en ait trop dans le libre &c. ſi ſon ſtile latin eſt un peu rude, ſi en citant quelque pere Grec & quelque Concile, il n'en prend pas le veritable ſens, ou s'il en donne un faux, il eſt excuſable, parceque le Grec n'êtoit pas entendu de ſon temps ; & l'on doit moins lui imputer ces fautes, qu'au ſiécle où il a vécu : mais lors qu'il nomme des Peres & des Conciles qui n'ont jamais êté ; lors qu'il prend un Pere pour un Concile, ou un Concile pour un Pere, il ne merite pas la même indulgence.* Poſt hæc etiam potiores decretalium næui adlegantur, nec non ignorantia gloſſatorum, quos alicubi ſcripſiſſe notatur: *Quandoque eſt aliquod ius, quod non eſt aequum nec iuſtum.* Huc & illud : *la Gloſſe dit : Modicum quid non nocet ; citant les decretales Lib.5. tit.3. c.18. qui portent que modica res n'eſt pas ſuiette à ſimonie : & ce qui y eſt appellé modica res, eſt un cheval.* Singula vero huius hiſtoriæ iuris Canonici momenta omnium optime annotauit GERHARD von MASTRICHT *in Hiſtoria iuris Canonici & Ec-*

cle-

eleſiaſtici. quæ cum erudita præfatione illuſtris THOMASII *de neglectu ſtudii iuris Canonici, eiusque vſu frequente & methodo. Halæ 1705.* recuſa fuit. addendæ ſunt *Cautelæ circa præcognita iurisprud. eccleſ. Cap. XIIX. ſeqq. vsque ad finem.*

II.

Poſtea ad genuinos Iurisprudentiæ huius fontes* animus applicandus. Iſti ad tria capita commode referri ſolent, Canones nempe, Decretales Pontificum epiſtolas, & leges eccleſiaſticas, datas & adprobatas poſt reformationem a Principibus euangelicis de negotiis eccleſiaſticis ** exinde enim ius vel Canonicum nuncupamus, vel Pontificium, vel Eccleſiaſticum.

* De quibus elegantiſſime tractat Conſultiſſimus IVSTVS HENNING. BOEHMER *in Diſſertat. prælim. de origine & apparatu iuris canonici.* quæ præmiſſa eſt. C. A. ARTNERI *Inſtit. iur. can.*

** Hinc rectiſſime ſtrenuus ille libertatis Eccleſiarum Germaniæ Aſſertor IOHANNES SCHILTERVS *in Inſtit. Iur. Can. L. I. Tit. I. §. IX.* docet: Iurisprudentiam eccleſiaſticam eſſe eam iurisprudentiæ partem, quæ actiones & cauſſas ciuium chriſtianorum, iuxta leges ſacras atque canones dirigit & diiudicat ad ipſorum & Eccleſiæ atque totius reipublicæ ſalutem. aliam vero Iurisprudentiam eccleſ. publicam, aliam priuatam eſſe, ibidem adnotatur.

III. Sunt,

III.

Sunt, qui a temporibus Apoſtolicis Canones deducere volunt, idque conſtitutionibus Apoſtolorum & Canonibus Apoſtolicis probare nituntur. Sed vtrumque opus ſuppoſitium, falſi nominis, falſæque antiquitatis eſſe, invictis argumentis eruditi demonſtrarunt. * Rectius vero a Concilii Nicæni primi ** temporibus, quibus Codex Canonum eccleſiæ vniuerſæ colligi cœpit, deriuandi erunt Canones conciliorum antiquiores.

* Vid. GERHARD von MASTRICHT. *hiſtor. Iuris Eccleſiaſt. & Pontificii n. 105. ſeqq.* &, quem laudat, IOHAN. DALÆVS *in Pſeudepigraphis Apoſtolicis, libris tribus.* Interim pro antiquitate horum canonum militat IOHANNES STRAVCHIVS *Diſſert. Canonicarum I. de origine & libris necnon auctoritate iuris can. §. II.*

** MASTRICHT *l. c. inde a n. 26. ſeqq.*

IV.

Poſtea Canonum nouorum ſecutæ ſunt variæ ad primam Collectionem additiones.* Imo Dionyſius exiguus nouum plane Canonum Codicem fabricauit, multis tamen næuis ſcatentem. ** Apud Græcos magnæ auctoritatis erat Photii Nomocanon, *** tanquam fundamentum Iuris Canonici Græcorum. Sæculo XImo Anſelmus Mantuanus nouam collectionem condidit. **** inde Iuonis Carnotenſis

De-

Decretum & Panomia prodierunt, vbi præter Canones conciliorum additæ ſunt leges nonnullæ ciuiles. *****

* De quibus omnino conſ. illuſtris THOMASIVS cautel. circa præcogn. Iurisprud. eccleſ. Cap. XIX. §. 4. ſqq. & quos ibid. laudat.

** Nempe, cum Iuſtinianus in Nouella 131. Codicem illum Eccleſiæ vniuerſæ Canonum confirmaſſet, & Conciliorum quatuor œcumenicorum dogmata ſcripturis æquiparaſſet, hoc vlterius incrementum poteſtati papali poſſe adiici viſum; ſi ſub prætextu ſtyli nimis vetuſti, quo latinam verſionem Codicis Eccleſiæ vniuerſæ conceptam eſſe cauſſabantur, noua canonum verſio artibus papalibus inſeruiens adornaretur. Gratiſſimum igitur hoc officium Romanenſibus præſtitit Dionyſius hic exiguus, æræ Chriſtianæ inuentor, ac, verbis vtor D. THOMASII l. c. §. 16. ita corrupit, & falſificauit codicem vniuerſæ Eccleſiæ in ſuo iſto nouo codice, inſertis videlicet conſtitutionibus Pſeudo-Apoſtolicis, corruptis diſtinctionibus & numeris prioris Codicis, expunctis & omiſſis canonibus qui Papæ Romano minus videbantur eſſe fauentes. Vt adeo ex eo tempore inter Codicem Canonum Eccleſiæ orientalis & Eccleſiæ Romanæ diſtingui, atque nomen Codicis Vniuerſæ Eccleſiæ in deſuetudinem abire cœperit.

*** Quam ſcripſit ad imitationem Iohannis Scholaſtici, qui prior nomocanonem edidit,

quo

quo, omiſſis integris canonibus, concordantes leges, Nouellas inprimis Iuſtiniani ad ſingulos titulos adiecit. Idem vero Iohannes συναγωγὴν Κανόνων Collectionem Canonum edidit, qua Canones non ſecundum ordinem temporum ſed materiarum in quinquaginta titulos digeſſit. Vid. IOH. STRAVCHIVS *de orig. & libb. nec non auctoritate iur. Can.* §. *VII.* de aliis breuiationibus, inprimis Creſconii breuiario & concordia Canonum vid THOMASIVS *l. c.* §. 12.

**** Antequam hæc Anſelmi collectio prodiret, aliæ Collectiones fuerunt factæ, per eas tamen iuri Canonico nam adeo magnum incrementum acceſſit. Vid. D. BOEHMER *de origine & apparatu iuris can.* §. *XIX.* Hæc vero Anſelmi collectio, ſecundum traditam GERHARDI von MASTRICT *l. c. n.* 262. vtramque fere paginam facit in emendatione Gratiani, iuſſu Gregorii facta, & apud Anton. Auguſtinum de emendatione Gratiani.

***** Vid. MASTRICHT l. c. n. 263. ſqq. THOMASIVS l. c. §. 29. ſed in cognoſcendis illis veteris iuris Canonici ſcriptoribus indefeſſa ſolertia fuit CHRISTOPHORI IVSTELLI qui Codices edidit Eccleſiæ vniuerſæ, & Eccleſiæ Africanæ, cum doctiſſimis notis, item iuris Canonici veteris Collectores & Photii Nomocanonem cum ſcholijs Balſamonis, & multa alia, quæ ille morte præuentus edere non potuit; perfecit tandem filius HENRICVS IVSTELLVS qui cum Guilielmo Voello Theologo, & ſocio ſu

Sorbo-

Sorbonico, a Patre magnam partem collectam iuris Canonici veteris Bibliothecam, Græcorum & Latinorum Digeſtiones continentem, edidit. de qua vid. MASTRICHT l. c. n. 416. ſqq.

V.

Pœnitentialium * crebra in iure Canonico occurrit mentio. Iſti vero ſunt libri Eccleſiaſtici, in quibus continentur, quæ ad pœnitentiam imponendam & ad reconciliandum pœnitentem ſpectant. Eiusmodi olim habebantur Pœnitentialis Romanus, Pœnitentialis Bedæ Presbyteri, Pœnitentialis Gregorii III. editus in conciliorum voluminibus. Laudari etiam ſolet Pœnitentialis Theodori, aliique ** ſingularum eccleſiarum ſeparatim ſcripti.

* Vid. DV FRESNE *Gloſſarium ad ſcriptor. med. & infim. latinitatis* voce: *Pœnitentiale. Tom. III. p. m. 367.*

** Quales collegit ac edidit IOAN. MORINVS *in libr. de Pœnitent.* add. GNORRII *tract. de pœnitent. Eccleſ.*

VI.

Pontificii iuris fontes conſtituunt Decretales Pontificum epiſtolæ, reſcripta & Conſtitutiones. Primus omnium Dionyſius exiguus decreta Pontificum in vnum volumen coëgit. * Inde confuſa methodus inualuit, vt iuxta cum Canonibus leges Imperatorum, epiſtolæ pontificum, & ſententiæ Patrum colligerentur. Seculo IX.

in

in lucem prodiit Iſidori Mercatoris, vel Peccatoris collectio, vbi prioribus Pontificibus Romanis inde a Clemente ad Syricium vsque epiſtolas affingit, cum tamen ex anterioribus Creſconii aliorumque collectionibus demonſtrari poſſit, Præſulum Romanorum ante Syricium, Papam, epiſtolas non inueniri. vnde Iſidorus ille nequiſſimi impoſtoris cenſura fuit notatus.**

* Quod, etſi ipſe nondum auſus fuerit corpori Canonum vnire, cum nondum æquiparata fuerint decreta ſynodorum & Pontificum, ipſe tamen hac ſua collectione occaſionem dedit, vt id poſtea ab aliis fieret. THOMASIVS l. c. §. XI. GEBHARD THEODOR. MEIERI *hiſtorica relatio de collect. Iur. Can.* §. 15. MASTRICHT *l. c. n. 75. ſqq.*

** confer. D. BOEHMER *l. c.* §. *XIX. p. 18.* MASTRICHT *l. c. n. 220.*

VII.

Seculo XI. Burcardus Wormatienſis* magnum Canonum volumen concinnauit, quo præter Canones conciliorum, Decreta quoque Pontificum complexus eſt. Plurimas tamen quisquilias ex Iſidoro Mercatore in opus ſuum retuliſſe deprehenditur. Idem de Anſelmo Luccenſi dicendum. Iuo Carnotenſis in omnibus fere ſequitur Burcardum, quare idem de vtroque horum doctores ferre ſolent iudicium.*

* D. BOEHMER *l. c.* §. *XXI* & qui ibidem laudantur.

VIII.

Prioribus iſtis Collectionibus vſus fuit Gratianus, Monachus Benedictinus,* dum ad Canones artificioſe in ordinem redigendos animum adiiceret. Vnde Decretum, ſiue volumen, quod hodie primam partem facit corporis iuris Canonici, compoſuit, idemque Eugenio III. Pontifici obtulit. ** Titulus operis erat Concordia discordantium Canonum, quia inter Eccleſiaſtica Decreta & Canones ſibi inuicem contrarios auctor concordiam inſtituere voluit.***

* Qui Bononiæ tempore Conradi III. Imperatoris ſtudiis operam dedit, & vulgo Petri Lombardi, ſeu Magiſtri ſententiarum, & Petri Comeſtoris, autoris hiſtoriæ ſcholaſticæ, frater ex matre, hos tres vno puerperio ex adulterio aut ſcortatione pariente, audit. Illuſtris THOMASIVS l. c. Cap. XX. §. 1.

** Anno Chriſti 1151. quo idem pontifex hoc opus approbauit, & in Academia publice proponi mandauit, teſte TRITHEMIO ad hunc annum.

*** Sed AVENTINVS *in Annalibus Boiis L. VI. p. 624.* minus recte Gratianum hoc egiſſe putat, dum inquit: *ſub idem tempus Gratianus ius pontificiale dilaniauit atque confudit.* Repetenda hoc loco ſunt, quæ ſupra allegauimus ex ſcripto gallico, *traité de l'incertitude des ſciences.*

IX. Com-

IX.

Complectitur hoc opus dicta Patrum, Conciliorum Canones, Epiſtolas Decretales, dicta Gratiani, leges civiles & Paleas, de qua voce doctorum admodum varia eſt ſententia. Vero tamen ſimile videtur, eas eſſe particulas adiectitias ex gloſſis forte deſumtas. * Tandem falſa multa, ſpuria & conuicta Gratianus in hoc opus ſuum corraſit, ſecutus Pſeudo Iſidorum, cuius collectione vſus fuit. **

* Sic etiam DV FRESNE *in Gloſſar. med. & infim. lat in. voce: palea. Vox*, inquit: *quæ præponitur vt titulus quibusdam capitibus Decretorum Gratiani, vt notetur addititia eſſe, nec a Gratiano primitus illi libro inſerta, cum in veteribus MSS. Gratiani, quæ paleæ nomine inſigniuntur, deſiderentur.* Aliorum vero de hac vocabulo ſententias congerere nil iuuat. vid. MASTRICHT. *n. 314.*

** THOMASIVS *l. c. C. XX. §. 5.*

X.

Equidem hoc decretum mox in ſcholis prælectum magnam obtinuit auctoritatem. Aſt eidem ab initio vel poſtea vnquam confirmatione Papali authentica vim legis fuiſſe conceſſam, nemo hactenus ſolidis rationibus comprobare potuit. * Priuato ſtudio tantum fuit collectum, attamen vſu & receptione auctoritatem quoque iudicialem idem opus poſtea obtinuiſſe etiam

in Eccleſiis forisque Germaniæ, viri eruditi euicerunt.** Sed etiam multa hiſtoriam priorum temporum illuſtrantia, multa erroribus pontificiorum contraria & multa, quæ pontificis maieſtatem conuellunt, ibidem reperire licet, quæ ſane non ſpernendum vſum hodienum præſtare poterunt. ***

* confer. MASTRICHT. *n. 308. ſeq.*

** Et quidem hac maxime ratione, vt iudices eorumque aſſeſſores, qui ſuperſtitioſa erga Doctores iuris Canonici veneratione, doctrinam totius decreti erant in ſcholis amplexi, iudiciis admoti, eandem in iudicando ſequerentur. Idque poſt PANORMITANVM *in c. 2. x. de Reſcript.* ROB. MARANTAM *de Ord. iudiciorum part. III. n. 34.* ſatis luculenter teſtatur PAVLVS LAYMAN *Lib. I. Theol. Moral. tract. 4. c. 6. §. 3. n. 12. Dicta vero ſanctorum Patrum,* ſunt verba eius: *ipſiusque Gratiani ac Paleæ, quæ eccleſiaſticis regulis ac moribus non repugnant; licet per ſe nullam iuris auctoritatem habeant, (cum in iure condendo, cauſisque definiendis, non ſola ſcientia ſed magis etiam poteſtas neceſſaria ſit, iuxta c. 1. diſt. 20.) nihil ominus conſuetudo obtinuit, vt in externo foro etiam illa ad cauſarum deciſionem inſeruiant.* Eiusdem vero autoritatem non parum auxit Gloſſa, cuius ſcriptores tum quidem pro angelicis doctoribus, almis omnium iurium lucernis habebantur. add. THOMASIVS *l. c.* §. 14.

MASTRICHT. *n. 334.* Cui accedit, quod, cum Gregorius IX. anteriores decretalium epiſtolarum Collectiones ex Scholis & iudiciis eiiceret, atque in earum locum nouam ſuam Collectionem ſubſtitueret, huic decretum tanquam partem integrantem coniunxerit, & Gregorius XIII. adhibita emendatione idem poſtea vlterius confirmauerit. Ita VALLENSIS *in Proœm. §. 8. n. 12.* inquit: *Maxime cum Gregorius XIII. ſummus Pontifex reliquis partibus iuris illud annumerauerit, atque adeo recognoſci, corrigi ac repurgari & retineri mandauerit, non eſt, quod in hac parte amplius laboremus.* In Germania vero noſtra magnam & pene vniverſalem, tam in iudiciis eccleſiaſticis, quam ſecularibus, fuiſſe illius iuris autoritatem diſerte profitetur Collector ſpeculi Sueuici Cap. V. *Aus den zweyen Büchern (Decret und Decretal) nimt man all die Recht, die Geiſtlich und weltlich Gericht bedarff.* add. CONRINGIVS *de O. I. G. C. XXX.* THOMASIVS *l. c. Cap. XXI. §. 36.* BOEHMER *l. c. §. XXIII. & in Tr. iur. eccleſ. proteſt. L. I. tit. 2. §. 17. 29. ſqq.*

*** *Plura quidem*, inquit D. BOEHMER *l. c.* (decretum) *habet ſubleſtæ fidei, ſed tamen inter ſcorias aurum latitat, quin antiquitatis eccleſiaſticæ egregia habet documenta, vt ſtudio iuris canonici apprime conducat.* Eſſe qui ad alios quoque fines dicteria in decreto extantiora adlegare ſolent, dixit illuſtris THOMASIIS *l. c. Cap. XX. §. 8.* Quod vero contra fidem hiſtoricam pluſcula ibidem traduntur, ſatis ma-

nifeſte comprobat RODOLPHVS HOSPINIANVS *de origine Monachatus Lib. III. Cap. XIII. p. edit. Geneu. 160.* vbi notat, quod Gratianus *Caus. XVI. Qu. I.* falſo laudet Concilii Niceni Canonem, quo ſtatutum ſit, ne monachi officia diuina tractent. neque vero inter canones huius Concilii id vſpiam extare, undecunque Gratianus habeat. ſic *C. XVII. Qu. 2.* prohibetur, ne deſponſatam, mortuo viro quisquam ex eius propinquis ducat. Quod decretum Gratianus Iulio Papæ adſcribit, ſed eius non eſt, cum nuſpiam in epiſtolis eius decretalibus legatur. idem ibid. p. m. 178. Vt alios errores, quos idem ſcriptor paſſim adnotauit, hoc loco prætermittam.

XI.

Diſpeſcuit Gratianus hunc ſuum librum in tres partes, prima continet diſtinctiones centum & vnam, quibus principia, partes & ſpecies huius iuris tradit, nec non perſonarum eccleſiaſticarum iura explicat. Altera habet cauſas 36. quælibet cauſa ſuis quæſtionibus diſtinguitur, hic res iudicatæ & iudicia eccleſiaſtica proponuntur. Poſt trigeſimæ tertiæ cauſæ quæſtionem tertiam, poſitus eſt tractatus de poenitentia, qui ſeptem diſtinctionibus abſoluitur. Pars tertia de conſecratione inſcribitur, & iurisdictionem miniſterii eccleſiaſtici iura ritus, atque ordinationes perſequitur, quinque diſtinctionibus conſtans. In prima parte ad-

allegantur caput vel canon per numerum vel verba initialia vel vtrumque ſimul, ſubiuncta diſtinctionis nota, ſub qua continetur. Simili modo in ſecunda parte canon citatur, quem excipit numerus, vel adiunctam habens literam c. vel illud caus. quibus cauſa denotatur, hinc nota q. vel quæſt. cum numero aſcribitur, vt ſignificemus, quæ cuiusuis cauſæ quæſtio allegetur. Tractatus de pœnitentia eodem modo citatur, ſicut pars prima decreti addito ſolum: de pœnit. Eadem ratio partis tertiæ, vbi præter primæ partis allegationem additur: de conſecratione.

De omnibus iſtis allegandi modis agit *Compendioſa delineatio totius iuris Canonici & Ciuilis in vtroque tam allegandi, quam abbreviationes legendi modum exhibens.* conſignata a Iohanne Serpilio, quam additam habemus Val. Andr. Desseli *Erotem. iur. can.* in editione Struuiana.

XII.

Sed quia hoc æuo Gloſſatorum iuris ciuilis maxima erat auctoritas, ad eorundem imitationem, edito decreto, Laurentius Cremenſis, Vincentius Caſtellioneus, Hugutio, vel Hugo, Epiſcopus Vercellenſis, notas & explicationes decreto adſcripſerunt. * Præterea Ioannes Semeca, ** Teutonicus anteriorum Gloſſas reformauit & paucis adiectis ſuas fecit. Hoc ipſo

autem decreti auctoritas ita creuit, vt a ſcholis in iudicia protraheretur. ***

* De quibus vid MASTRICHT. n. 334.

** ANTHONIVS MATTHÆVS in politiſſima ſua *introductione ad ius canonicum. Lib. I. tit. I. p. 5.* hunc Semecam virum fuiſſe ſcribit, admodum excitati & excelſi ingenii, qui inter Gloſſatores palmam obtinebat. De eodem CONRADVS VRSPERGENSIS *in paraleipomenis ad ann. 1154. Hoc tempore floruit Iohannes Semeca, Teutonicus iuris Doctor, qui Herculea audacia primus aggreſſus eſt gloſſare Decretum, quod ante eum nemo & poſt eum nullus excellentius fecit. Hic Clementi IV. Summo Pontifici, tum per Germaniam, ſicut Galliam, decimas a clero in redemptionem terræ ſanctæ exigenti appellationem oppoſuit, ſed Papa excommunicauit, & præpoſitura Halberſtatenſi priuauit. Sed erant magni in Germania viri, qui Iohannem deſerendum non putabant. Mors vero æquo pulſans pede pauperum tabernas, regumque turres, hanc litem diremit, & Pontificem ac Præpoſitum e medio ſuſtulit.* MASTRICHT. *l. c. p. 363.*

*** De hoc iam dictum. Rationem vero qua idem factum fuit, elegantiſſime exponit ANT. MATTHÆVS l. c. *Iam olim,* inquiens: *Bononiæ poſtquam primum prodiiſſet,* (Decretum) *cum applauſu exceptum & ſtatim gloſſis illuſtratum. Statim facta ad id paratitla. Nec in ſcholis tantum aliud iuuentuti prælectum.*

Sic

Sic aucta exiſtimatio, præſertim cum & iuuenes ex Bononienſi Academia, vbi primum id prodiit, & cuius fama tum illuſtris, præter id & ius ciuile, quod & primum tum reuixerat, & Doctorum ad id gloſſas, aliud domum non referrent. FR. *de* ROYE *Inſtit. Iur. Can. præfat.*

XIII.

Poſt decretum collectæ ſeparatim fuerunt decretales Pontificum epiſtolæ. Initium fecit Bernhardus Circa, præpoſitus Papienſis, qui, ſed priuata ſaltem opera, a Lucio III. vsque ad Cæleſtinum III. Decretales collegit, & iisdem fere titulis digeſſit, quibus conſtat Gregoriana hodierna collectio. Secundam compilationem Gilbertus Alanus & Ioan. Gallenſis; * tertiam Petrus Beneuentanus; ** quartam Anonymus; *** quintam **** Tancredus Bononienſis adornarunt. Priores quatuor edidit Antonius Auguſtinus, poſtremam Innocentius Cironius, Toloſæ 1645. publicauit. *****

* Siue Vallenſis STRAVCHIVS l. c. *§. XV. p. m. 11.*

** Equidem ante hunc Bernhardus Compoſtellanus, ex Regiſtris innocentii III. collectionem Romanam adornauerat. Sed offenſi Romani, quod vſu iudiciorum minus recepta referret, ab Innocentio impetrarunt, vt Pontificia auctoritate aliqua collectio ederetur. Cui rei Petrus Beneuentanus præfectus eſt. Et hæc

prima publica facta auctoritate collectio eſt. STRAVCHIVS *l. c. §. XVI.* MASTRICHT. *n. 349.*

*** Hæc collectio auctoritate eiusdem Innocentii III. facta eſt, qui cum in Concilio Lateraneuſi ſeptuaginta vnum edidiſſet capita, ſed & illo quinquennii ſpacio poſt tertiam collationem aliquot conſtitutiones, duplex inde editio exſtitit, altera canones eius duntaxat concilii continens, altera alias quoque conſtitutiones, docente STRAVCHIO *l. c. §. XVII.* add. ANTHON. MATTHÆVS *l. c. p. m. 7.* MASTRICHT, *n. 351.*

**** Honorii tertii conſtitutiones complectitur ſub cuius nomine etiam publicari debuit. MASTRICHT. *n. 352.* ANTHON. MATTHÆVS *l. c.*

***** Vid. MASTRICHT *n. 352. & n. 354.* vbi de vtilitate priorum harum editionum agit. add. MATTHÆVS *l. c.*

XIV.

Ex omnibus iſtis compilationibus tandem auctoritate Gregorii IX. a Raimundo de penna forti, Papæ Capellano & Pœnitentiario an. 1230. congeſta fuit collectio ſexta, * quæ anteriorum compendium eſſe debebat, eum in finem multa inutilia ex antiquis compilationibus, ſe reſecuiſſe, auctor in præfatione fatetur. Attamen interpretes ſæpe queruntur, quod vtilia detraxerit, obſcura addiderit, eodem vitio, quod in collectione Iuris Iuſtinianei commiſiſſe arguitur Tribonianus. Igitur ſi verum

ſen-

ſenſum ex truncatis epiſtolis eruere velis, neceſſum habes ad primas collectiones tanquam ad fontes recurrere, vbi non tantum integra reſcripta occurrunt, ſed inſcriptionum quoque & nominum certior ſcriptura eſt. ** Ordo decretalium hoc verſiculo continetur: Iudex, Iudicium, Clerus, Sponſalia, Crimen. Allegatio per numerum vel verba Capituli initialia fieri ſoletaddita rubrica & voce Extra ſiue lit. x. ad ſignificandum citatum locum extra decretum quærendum eſſe.

* Teſtis eſt MARTINVS POLONVS dicens: *Hic Papa per fratrem Raimundum ordinis Prædicatorum Pœnitentiarium & Cappellanum ex pluribus voluminibus Decretalium compilauit volumen vnum mandans vbique Doctoribus illo vti.* MATTHEVS PARIS *in vita Henrici III. His quoque temporibus Gregorius Papa IX. videns Decretalium tædioſam prolixitatem, ſub quodam compendio eas eleganter abbreuiatas, & collectas ſolenniter & authentice; per totius mundi latitudinem legi præcepit, & diuulgauit.* add. MATTHÆVS *l. c. p. m. 8.*

** Conf. MASTRICHT *n. 353.* STRAVCHIVS *l. c. §. XIX.*

XV.

Varii etiam in Decretales iſtas ediderunt gloſſas ſuas, Cenſores Romani easdem cum fontibus, regeſtis nimirum & compilationibus anterioribus contulerunt, de

denouo ſubiicientes, quæ Raimundus inconſulto detraxerat, quæ minuſculis hodie literis in editionibus noſtris leguntur adiecta. *

* Poſt Gvid. Pancirollvm *de claris legum interpret. L. III. C. 8.* Vid. Mastricht. *n. 356.*

XVI.

Prohibuerat Gregorius, ne quis priuatus in poſterum Decretales colligeret, ideoque ad Bonifacium vsque IIX. nullæ omnino prodierunt. Hic vero tertio pontificatus anno tribus Cardinalibus, Guilielmo de Mondagoto, Berengario Fretello vel Stretelio & Richardo patrono de Senis * Decretalium nouam compilationem commiſit, quam appellatione Sexti Decretalium publicam fecit. ** Præter nonnullas conciliorum conſtitutiones, Paparum Gregorium IX. ſequentium epiſtolas complectitur, eædem tamen poteſtati papali iuſto nimium attribuunt, proinde in Gallia nunquam receptæ. *** Hæc collectio in V. libros diſtributa eſt & titulos eadem ratione, quam obſeruauimus in Gregoriana collectione. ſimilis & hic allegandi modus, ſaltim loco illius Extra hic ſubiici ſolet: in ſexto.

* Mastricht *n. 366. ſq.* add. *Proœm. libri VI. Decret.*

** Sic Martinvs Polonvs refert: *Anno Domini 1297. Bonifacius ſextum librum Decre-*

oretalium, quem fieri fecerat, publicauit. Gvilielm. *de* Nangis apud D. Achery *tom. II. ſpicil. ad an. 1297. Bonifacius Papa conſtitutiones quasdam nouas, quas animo diligenti & cura ſollicita pro ſtatu & commodo vniuerſalis Eccleſiæ compilari & ordinari fecerat a peritis in iure Canonico & Ciuili tertia die Maii in pleno Conſiſtorio coram omnibus, qui præſentes erant, tradidit ad legendum, & perlectæ ſæpius cum magna diligentia atque a Cardinalibus approbatæ, decreuit ipſe Pontifex, vt libro quinto Decretalium adiunctæ facerent ſextum librum.*

*** Vid. *Gloſſ. ad Cap. 16. de teſtibus in 6.* Cviacivs *ad Cap. ad audientiam x. de ſponſal. & matrim.* Francisci *de* Roye *inſtit. Iur. Can. in præfat.* Stravchivs *amœnitat. iur. can. I. Cap. 10.* Matthævs *l. c. p. 9.*

XVII.

Hinc Clementis V. collectionem publicauit Papa Ioan. XXII. ſucceſſor, eidemque Clementinarum nomen indidit. * Sed & hæc compilatio ad inſtar ſuperiorum ordinata in allegatione, ſola Clementinarum nota a reliquis diſcrepat. Porro in corpore noſtro iuris Canonici obuia ſunt ipſius Ioan. XXII. Conſtitutiones, quæ, quia priuatim collectæ ſine ordine extra corpus collectionum olim vagabantur, extrauagantes dictæ ſunt. Tandem occurrunt extrauagantes communes, quæ diverſorum Paparum, Eugenii IV. Calixti III.

Pauli

Pauli II. Sixti IV. conſtitutiones exhibent ſerie quidem Decretalium. ** In allegando litera Maiuſcula X. cum additamento Iohannis XXII. vel Commun. hos libros ſignificamus, titulum autem & librum modo ſuperius laudato indicare ſolemus.

* Has enim Clemens V. circa annum 1312. ex ſuis partim reſcriptis, partim ex decretis, ſed paſſim interpolatis, Viennenſis Concilii, ſub eo habiti collegit, ſed non edidit. hoc poſt mortem illius demum præſtitit ſucceſſor. MARTINVS POLONVS *ad an. 1313. Eodem anno XII. Kal. Aprilis in Caſtro de Montiliis iuxta Carpentoractum, vbi Curia tunc morabatur, Papa fecit publicari, coram ſe in conſiſtorio conſtitutiones, quas prius fecerat ordinari, ex quibus decreuerat ſeptimum librum decretalium fieri & exinde cœpit infirmari, & ſic conſtitutiones illæ remanſerunt ſuſpenſæ, quousque per ſucceſſorem ſuum fuerunt ad ſtudia deſtinatæ.* Hic locus ab aliis ita citatur: *Ann. 1312. d. 12. Kalend. April. &c. Papa fecit publicari coram ſe in Conſiſtorico &c.* & mox: *& exinde cœpit ægrotare. Et ſic conſtitutiones illæ per quadriennium manſerunt ſuſpenſæ, nec expoſitæ ad communiter habendum, nec ad ſtudia generalia, vt moris eſt, deſtinatæ, donec poſtmodum anno 1317. menſe Nouembri per ſucceſſorem eius Iohannem fuerunt publicatæ & ſub Bulla ad ſtudia generalia directæ.* Vid. MATTHÆVS *l. c. p. 10.* MASTRICHT *n. 371.*

** MA-

** MASTRICHT *n. 372. ſqq.* vbi de Regulis Cancellariæ, quæ eundem Iohannem, primum auctorem agnoſcunt, copioſe agitur.

XVIII.

Sæculo XVI. Paulus Lancelottus ius Canonicum in compendium redegit, dum inſtitutiones ſuas componeret, quæ quamvis magno plauſu in ſcholas receptæ fuerint, a Pontifice tamen nunquam confirmatæ ſunt, nec legis auctoritatem obtinuerunt. * Ao 1564. M. Antonius Cucchus Iurisconſultus Ticinenſis itidem iuris Canon. Inſtitutiones edidit, quæ a breuitate & ſingulari, quod ſpirant, iudicii acumine laudantur, & ipſæ tamen priuato ſolum nomine publicatæ.

* Plurimi in has inſtitutiones gloſſas ſuas ediderunt, quæ coniunctim Venetiis cum ipſo textu editæ ſunt, ſed parum ſani in ſe continent. meliores ſunt notæ CASPARIS ZIEGLERI maxime ob congeſta antiquitatum eccleſiaſticarum ſelectiora capita. Nouam editionem cum ſelectioribus obſeruationibus non ita pridem dedit illuſtris THOMASIVS, vbi ſingula auctoris tradita ex ipſis antiquitatum fontibus illuſtrat. vid. D. BOEHMER *de orig. iur. can. Cap. I. §. XXVII.*

XIX.

Anno 1582. emendatior Decreti & Decretalium editio auctoritate Gregorii XIII. prodiit, qua hodienum vtimur. * in hac

præ-

præter Gratiani verba, notæ & reiectiones emendatorum Romanorum conſpiciuntur, ipſæ Decretales ſuæ integritati reſtitutæ & ex anterioribus collectionibus ſuppletæ ſunt. Hinc ex regeſtis ** Pontificum Bullaria *** conflata, quæ integras Pontificum conſtitutiones complectuntur. Equidem Petrus Matthæus ICtus Lugdunenſis ao 1590. quæ poſt extrauagantes editæ fuerunt, Dectetales epiſtolas collegit, **** ſeptimumque Decretalium librum hoc ſuum opus appellauit, idem vero nulla plane Pontificum auctoritate ſuffultum, priuatim ſaltem recentioribus corporis iuris editionibus adiici ſolet.

* MASTRICHT *n. 390. ſq.* illuſtris THOMASIVS *Cautel. circa præcogn. Iurisprud. Eccleſ. Cap. XX.* §. *31.* & hæc emendata decretalium editio hodie in ſcholis uſurpari ſolet.

** Regeſtum, alias etiam regiſtrum, eſt liber in quem referuntur commentarii quiuis, vel epiſtolæ ſummorum Ponrificum. Iso Magiſter in Gloſſis: *Regeſtum vocatur liber continens memorias aliorum librorum, & epiſtolas in vnum collectas: & dicitur regeſtum quaſi iterum geſtum. Ioannes Scotus regiſtron dicebat.* DV FRESNE *Gloſſar. med. & infim. latin.* voce: Regeſtum. Quilibet autem pontifex peculiare ſuum regeſtum habet; in quo integræ ſcribebantur Decretales, quæ in collectionibus plerumque erant truncatæ in principio, in medio, vel fine MASTRICHT *n. 396.* Bul-

*** Bulla dicitur ſigillum bullæ aqueæ formam referens. ab iſta totum diploma ita munitum Bulla dicitur, vnde diplomata & reſcripta Pontificum bullas adpellant hodienum. Dv Fresne *l. c. voce: Bulla p.m. 710.* Bullaria autem libri erant,quibus conſtitutiones Pontificum integræ ex regeſtis comprehendebantur. Quale anno 1588. Romæ edidit Laertius Cherubinus de Nurſia quod magnum vocauit, de quo vid. Mastricht. *n. 398. ſq.*

**** Ex bullario magno ad methodum libri ſexti. D. Boehmer *l.c. §. XXIIX. & XXIX.* vbi prudenti conſilio tradit, ad ius canonicum recentius referendum eſſe Concilium Tridentinum, in quo multa capita iuris canonici antiqui mutata ſunt. ſed vide ipſum.

XX.

Quemadmodum autem in aliis Europæ regnis * magnam Ius Pontificium obtinuit auctoritatem, ita quoque ſec. XIII. ante ius ciuile Iuſtinianeum in Germaniæ noſtræ fora fuit introductum. ** Quamvis autem non ex auctoritate conſtituentis, ſed conſenſu & obſeruantia vtentium apud nos valeat, eiusdemque vis per reformationem inprimis, & quod Lutherus idem flammis aboleret, admodum fuerit imminuta: certiſſimum tamen eſt, plurimarum cauſarum deciſiones hodienum exinde peti, *** & plurima Proceſſus Iudiciarii formalia ex hoc fonte eſſe deriuanda. Pro-

inde turpiſſime falli, qui inutilem huius ſtudii tractationem reputantes, ciuili Iuſtinianeo iuri vnice in Academiis incumbunt. ****

* Vid. MASTRICHT *n. 386.*

** Qua vero ratione hoc factum ſit & quo temporis ſucceſſu, docet THOMASIVS, *Cautel. circa iurisprud. eccleſ. cap. XXI. de auctoritate iuris canonici in Germania vsque ad tempora reformationis. & cap. XXII. de auctoritate iuris canonici poſt reformationem in terris potiſſimum Principum Proteſtantium.* vbi per ſingula temporum interualla diſtincte de hac re agit. add. LEHMANNI *Chronicon ſpir. L. V. c. 108.* CONRING *de O. I. C. XXVI.*

*** Calculum præter alios multos meæ ſententiæ adiicit magnus quondam ICtus EBERARTVS a WEYHE *in oratione vel tractatione de controuerſia, An ius pontificium ſiue canonicum, merito & licite, in ſcholis & foro fidelitatis, locum obtinere, doceri, obſeruari, ac publicæ priuatæque vtilitatis, denique humanæ neceſſitatis gratia, ipſius commercium fidelibus concedi poſſit?* pag. m. 141. poſtquam in antecedentibus ſanctitati Imperatorum, Regum, atque Principum contraria Paparum dogmata adlegata confutaſſet, ſubiicit: *Eo hæc commemorantur a nobis, non vt deterreamus lectoris ſtudium: ſed vt accuratiori iudicio atque ita maiori cum fructu legatur ius Canonicum, ſanctisſimis & eximiis ſententiis ac doctrinis ornatum &*

ſtipa-

ſtipatum. Noſſe omnia hæc ſalus eſt adoleſcentulis. Et quamuis intelligam, quam male audiat, hoc tempore præſertim, iſtius iuris profeſſio, & quam diſpliceat eruditis, ac multitudini imperitæ: tamen iam tempus requirit, vt meum nactus campum demonſtrem, tot & tantis adductis vitiis non obſtantibus: ius Pontificium in vniuerſum non abiiciendum, ne abuſus tollat rei ſubſtantiam. Video enim & experior & in confeſſo eſt, neminem feliciter ciuilia negotia tractare, ne dicam perficere poſſe: niſi ea in promtu habuerit, quæ ad iuris ſcientiam, & actionem pertinentia eo iure continentur Idem per ſingula iuris Eccleſiaſtici capita condocet vir huius iuris conſultiſſimus IVSTVS HENNINGVS BOEHMER in eruditiſſimo ſuo opére ius eccleſiaſticum Proteſtantium exponente. Similiter huc facit FRIDERICI GOTTLIEB STRVVII affinis mei honoratiſſimi *Introductio ad praxin iuris canonici in foris proteſtantium*, nec non HENRICI ERNESTI KESTNERI *Diſcurſus de Iurisprudentia papizante Cap. I. §. 6. ſq.*

**** Vid. THOMASIVS l. c. Cap. XXIII. nec non eiusdem præfatio, quam 1705. GERHARDI von MASTRICHT hiſtoriæ iuris eccleſiaſtici & pontificii de hac materia præmiſit.

XXI.

Rectius omnino ſuis rebus conſulunt, qui de differentiis vtriusque iuris ſunt ſoliciti; vt quodlibet conuenienti loco applicare diſcant. Pontificii iuris tradita ex

Lancelotti, Cucchi vel alterius cuiusdam ſcriptoris Pontificii inſtitutionibus Iuris Canonici optima ratione addiſcent, * ſi quidem ad vera principia vbique ducantur, vt videre queant genuina fundamenta quibus iuris canonici ſyſtema innititur, & quo vinculo, quæ ibidem occurrunt, ſibi cohærent. Quamuis autem ſingula ad normam doctrinæ moralis, prudentiæ politicæ, hiſtoriæ eccleſiaſticæ, ac veræ Theologiæ ſint examinanda; cauendum tamen omnino erit, ne per nimias confutationes iuris huius principia ita obnubilentur, ** vt tyrones eorundem ſententiam mente perſpicere nequeant. Namque tum demum de doctrina hac iudicium ferre poteris, quando veras eiusdem hypotheſes habueris cognitas. Animo ita præparato, ampliora Canoniſtarum voluminia, *** ſi opus fuerit, cum fructu tractabis, nec non ſecundum regulas prudentiæ ſingula eorum tradita in vſum tuum facile conuertes.

* Prudens in hanc rem eſt conſilium THOMASII laudata iam præfatione: *Initio mallem ius canonicum exponi ſecundum ductum autoris, qui non admiſcuit tradita aut probationes ex iure ciuili, vt connexio iuris canonici eo melius perſpici poſſit: Deinde vt autor ſit breuis & Catholicæ religioni addictus, quia hic non intermiſcet mores proteſtantium, quod in primis lectionibus videtur cauendum. Tum vt Doctor* ex-

exponens, ſingulos titulos ad pauca & perſpicua principia reuocet, & indicet ſaltem quaeſtiones, quae ex iſtis principiis ſunt reſoluendae, eamque obſeruationem paucis exemplis illuſtret. Inde vt de ſuo addat perſpicuam demonſtrationem ex hiſtoria eccleſiaſtica, quibus temporibus ſingulorum titulorum doctrina, quatenus aliquid peculiare habet, & a iure Gentium aut Romano etiam, vel moribus primorum Chriſtianorum aberrans, ortum debeat, qua occaſione id factum ſit, & quid arcani clericalis in extruenda aut fulcienda Monarchia Papali ibi lateat. Atque in his punctis puto ſubſiſtere poſſe primam iuris Canonici doctrinam eaque methodo, credo, non ſine fructu vſus fu::e in exponendis quaeſtionibus Deſſelii.

** Hinc B. STRYKIVS apud THOMASIVM *l. c.* eos male facere, ait: qui in proponendo iure canonico nihil aliud agunt, quam vt vbivis reprehendant Pontificem, canonumque compilatores, & ita magis deſtruant, quam exponant ius canonicum; quippe cum legum Cultoribus præprimis incumbat, hoc noſſe, quid proprie ſit iuris canonici, vt in caſibus ex hoc iure decidendis, quales etiam in noſtris Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis, ſeu Canonicorum conuentibus adhuc occurrunt plurimi, certam poſſint ferre ſententiam, quid iuris hic ſit, non attendendo, an aliquid iniquitatis ſub illo latitet. Eſſe enim ICti officium, non de legum Iuſtitia, ſed ſecundum leges iudicare & ius licet durum ſit, ſequi, illudque caſui obuenienti prudenter applicare. *** De

*** De quibus confer. illuſtris STRVVII noſtri *Bibliotheca iuris ſelecta cap. XIII.*

XXII.

Iuris Eccleſiaſtici fundamenta in imperio noſtro conſtituunt plures imperii Receſſus, qui nobis cum Catholicis communes ſunt, maxime qui pacem religioſam ſtabiliunt.* Ipſa transactio Paſſauienſis, Pax Religioſa & Weſtphalica,** concordata nationis Germanicæ, *** libri noſtri Symbolici, **** nec non conſtitutiones particulares ***** eccleſiarum proteſtantium, quales condunt, qui Iure terriroriali gaudent, h. e. Status Imperii Ad hæc manum ducent inſtitutiones Iuris Eccleſiaſtici ab aliquo ex noſtratibus conſcriptæ, ****** inprimis ſi iungantur aliorum labores, qui praxin conſiſtoriorum noſtrorum quoad ſingula capita ******* commonſtrare anniſi ſunt.

* Ad hos intelligendos multum conducunt acta publica collecta a LEHMANNO *de pace religionis* & quæ IOANNES SCHILTERVS *de pace religioſa* commentatus eſt. nec minus huic tractationi inſeruiunt IOHANNIS STRAVCHII *Diſſertationes exotericæ V. de controuerſiis illuſtribus circa ſtatum eccleſiaſticum. VI de Lutheri excommunicatione & proſcriptione. VII. De cauſa Proteſtantium, Appellationisque Ordinum Proteſtantium. VIII de conciliis & colloquiis religionis controuerſa cauſa habitis.* Hæ quippe potio-

potiorum iuris eccleſiaſtici capitum, receſſibus Imperii & pace religioſa confirmatorum prima fundamenta & hiſtoricam rationem illuſtrant. addendum D. BOEHMERI *ius eccleſiaſticum Proteſtantium Lib. I. Tit. II. §. LXXVI.* & qui ibidem laudatur, HERMANNVS CONRINGIVS *de pace ciuili inter Imperii ordines religione diſſidentes perpetuo conſeruanda.*

** Hac inprimis Proteſtantibus de ſua libertate plenius prouiſum eſt, dum ſpecifice iura ſacra prius in dubium vocata determinat, & vt eo maius robur obtineret, eiusdem inſtrumentum Receſſui Imp. de anno 1654. inſertum eſt, adiuncto *arctiori exequendi modo & Noribergenſi executionis receſſu*, prout cautum erat *in Inſtrum. pacis art. XVII. §. 2. Pro maiori etiam horum omnium & ſingulorum pactorum firmitudine & ſecuritate, ſit hac transactio perpetua lex & pragmatica Imperii ſanctio, inpoſterum aeque ac aliae leges & conſtitutiones fundamentales Imperii nominatim proximo Imperii receſſui ipſique capitulationi caeſareae inſerenda, obligans non minus abſentes quam praeſentes eccleſiaſticos aeque ac politicos ſiue ſtatus Imperi ſint ſiue non, eoque tam Caeſaris Procerumque Conſiliariis & officialibus, quam Tribunalium omnium Iudiciis & Aſſeſſoribus tanquam Regula, quam perpetuo ſequantur, praeſcripta.* Praeterea in §. 3. derogatum eſt per hanc pragmaticam ſanctionem *iuribus canonicis & ciuilibus*, quatenus eidem contradicunt, communibus & ſpecialibus concilio-

rum decretis, aliisque edictis, concordatis cum Pontificibus initis, aliisque ſtatutis ſiue politicis ſiue eccleſiaſticis. Non vero tantum in R. I. d. a. 1654. ſed etiam Capitulationibus Cæſareis Ferdinandi IV. Leopoldi, Ioſephi, & Caroli VI. huius legis pragmaticæ confirmatio repetita & vlterius declarata, quæ proinde hic quoque locum ſuum obtinere debet, maxime cum per R. I. d. a. 1654. multa capita proceſſus iuris canonici correcta & in melius efformata ſint. D. BOEHMER. l. c. §. LXXVII.

*** Inter Fridericum III. & Pontificem Nicolaum V. inita a. 1448. quæ IOH. SCHILTERVS *inſtit. iur. can.* in fine adiecit, atque notis illuſtrauit. ad eadem vero elegantisſima *obſervata hiſtorico-Politico-iuridica* edidit ADAMVS CORTREIVS. Quamuis autem Proteſtantes a. 1558. cenſuerint, illa vigorem ſuum amiſiſſe, *dieweil ſie nicht vermœge des Herkommens im Reich auffgerichtet, auch von allen Pabſten anders nicht, denn darinn es ihnen zum Vortheil gedienet, gehalten, wie ſie auch melden, nicht denn zu des Reichs Vnterdrückung expracticiret worden.* LEHMANN *de pac. relig. p. 554.* nihil ominus tamen in Capitulatione Ioſephina art. XVIII. confirmata ſunt, dum Imperator ſequentem in modum promiſit: *auch ſollen und wollen wir bey unſern Heil. Vater dem Pabſt und Stuhl zu Rom unſer beſtes Vermœgen anwenden, daß von demſelben wieder die* concordata Principum *und zwiſchen der Kirchen Pabſtl. Heil. oder den Stuhl*

zu

zu Rom und der teutſchen nation auffgerichtete Verträge &c. in keine Weiſe nicht gehandelt werde &c. auch darob und daran ſeyn, daß vorgemeldte concordata Principum *und auffgerichtete Verträge, auch priuilegia, ſtatuta und Freyheiten gehalten, gehandhabt, und denenſelben feſtiglich gelebet, und nachgekommen werde.* idem ferme ſtatutum legimus in *capitul. Caroli VI. art. XIV.* Quamuis autem hæc concordata ad ſolos Catholicos ſpectent, neque Proteſtantes iisdem teneantur, per diſertum textum capitul. Ioſephinæ l. c. in fine, vbi de vigore concordatorum actum fuerat: *doch ſo viel dieſen Articul betrifft, unſern lieben Oheimen, und Chur-Fürſten zu Sachſen und Brandenburg, auch ihren Religions-Verwandten Fürſten und Ständen, ingleichen der ohnmittelbahren Reichs Ritterſchafft und deren allerſeits Unterthanen, und denen Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten, die Reformirte mit eingeſchloſſen, welche unter Catholiſcher Geiſt-oder weltlicher Obrigkeit wohnen, oder Landſaſſen ſeyn, dem Religion-und Profan-Frieden-auch dem zu Münſter und Oſnabrügg aufgerichteten Frieden-Schluß, und was deme anhängig, wie obgemeldet, unabbrüchig und ohne conſequenz, nachtheil und ſchaden.* nihil ominus alio reſpectu iſto iure vtuntur Proteſtantes, vt ſcilicet, poteſtate Papæ ſublata, eadem iura in Capitulis ſibi vindicent, ſuffragante etiam Inſtrumento pacis, quæ Papa quondam in his ſibi aſſeruit. Neque vero per I. P. ipſa inſtituta

 anti-

antiqua papalia ſunt ſublata, ſed in Principes translata. Huc facit axioma, quod B. STRYCKIVS *de iur. Pap. Princip. euangel. C. II. §. 9.* exinde deducit: *omne commodum quod Pontifex vi ſupremæ iurisdictionis eccleſiaſticæ habuit, aut apud Catholicos adhuc habet, hodie ad noſtros pertinet Principes.* Reuera itaque per accidens euenit, quod aliquis concordatorum apud Proteſtantes vſus deprehendatur, non ex virtute concordatorum, ſed ex antiqua inſtitutorum eccleſiaſticorum ratione, quam per concordata quondam acceperunt, quæ haud ſublata eſt. DN. BOEHMER *l. c. §. LXXVIII. ſq.*

****Ad horum normam examinanda ſunt quæcunque in Eccleſiis noſtris docentur atque ſcribuntur, quemadmodum præter alia hoc patet ex conſtitutione Auguſti Electoris Saxon. de anno 1580. verbis: *Iſt unſer ernſtlicher Will und Meinung, daß hinführo in allen Kirchen unſrer Churfürſtenthumb und Landen, ſich alle Pharrherr und Kirchen Diener anders nicht, den die Bibliſchen, Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Schrifften, und denſelben nach, der vnuerenderten confeſſion, und der darauff erfolgten Apologia, und den zu Schmalkalden durch D. Lutherum geſchriebenen und die daſelbſten verſamlete fürnehme Theologen approbirten und unterſchriebenen Artickeln, ſo dem Concilio zu Mantua überantwortet werden ſollen, auch beyden Chriſtlichen Cathechiſmis D. Luhters, und der iüngſt darauff zu Torgau von allen ſtreitigen Artickeln geſtellter, und hernach*

aus

aus aller andern Kirchen eingebrachten bedencken verbeſſerter einhelliger declaration und Chriſtliche Erklærung, durch aus gemeſs verhalten ſollen, und denſelbeu zu wieder weder heimlich noch æffentlich nichts lehren ſollen.

***** De quibus confer. DN. BOEHMER *l. c.* §. *LXXXII.*

****** Quales ſunt B. IOHANNIS SCHILTERI *Inſtitutiones iuris Canonici.* nec non GOTTLIEB GERHARD TITII *Probe des teutſchen geiſtlichen Rechts.* ſed etiam C. A. ARTNER inſtitutionibus ſuis iuris canonici ſubiecit vſum Proteſtantium ſecundum omnes titulos librorum quinque Decretalium deductum, quid a iure canonico retentum, vſuque in foro Proteſtantium receptum ſit in ſpecie exhibentem.

******* Inter quos hactenus eminuit B. CARPZOVIVS de quo hæc refert D. BOEHMER *l. c.* §. *LXXXI Hactenus pleraque Conſiſtoria Carpzouii iurisprudentiam conſiſtorialem in vſus ſuos traxerunt, qui ius ſaxonicum plerumque ad ius canonicum attemperat, & quæ ei deſunt ex iure canonico petit, vt fere aſſerere poſſis, hanc Iurisprudentiam, ius proteſtantium commune eſſe, ſi non auctoritate ſua propria, vſu tamen conſiſtoriorum & obſeruantia, prout acta quorumcunque locorum docent.* Ipſe tamen Carpzouius de B. BRVNNEMANNI *iure eccleſiaſtico* ita iudicaſſe fertur, quod accuratius omnia trutinaſſet, quæ a ſe vel ideo ſatis examinari haud potuiſſent, quod tot negotiis conſtri-

ctus

ctus eſſet, quæ a neceſſario examine eum auocaſſent. quod ex relatione B. STRYKII adlegauit D. BOEHMER l.c. qui & de aliis iurisprudentiæ huius adminiculis videndus in Diſſertatione iam ſæpius laudata, *de origine & apparatu iuris Canonici*.

CAPUT VII.
DE
IURISPRUDENTIA FEUDALI.

I.

QUi ſolidam iuris Feudalis cognitionem acquirere optat, de genuina Feudorum * origine, variis incrementis & natura ** principio laboris cogitet, opus eſt. Namque cum ipſis Feudis ius, quod circa eadem verſatur ortum adauctumque fuiſſe, partim ipſa huius rei natura, partim antiqua monumenta ad rem feudalem facientia ſatis ſuperque vnumquemque condocere poſſunt. ***

* Feudorum appellatio vnde venerit, diuerſæ omnino ſunt diuerſorum ſcriptorum ſententiæ. CVIACIVS rectius facere putat eos, qui cum Oberto de orto feudum a fide vel fidelitate dici ſtatuunt. ISIDORVS feudum a fœdere deducit; rationem reddit SPIEGELIVS adGunthe-

therum: *Quoniam in ſolis fœderibus forma fidelitatis vltro & citro conſtet.* BODINVS *de Republ. L.I. C.IX.* feudum dici arbitratur, quod, qui fidem daret, his verbis vtebatur: FIDELIS ERO DOMINO VERO MEO. *contractis autem,* inquit: *dictionibus in literas, Feudi appellationem traxerunt.* HOTTOMANNVS aliique plures feudum ab antiqua germanica voce *Fehd, Fehde, Feide,* faida & feuda i. e. inimicitia deſcendere volunt. MATTHÆVS MARTINIVS hoc vocabulum deducit a verbo *Fœden, Füden,* quod paſcere denotat. de quibus ſingulis videri poteſt B. GEORGII ADAMI STRVVII *ſyntagma Iuris Feud. Cap.II. aphoriſm. I. in notis n.3. ſq.* & PAVLI HACHENBERGI *Germania media diſſert. IX. §. IV.* Nobis præ cæteris omnibus adprobanda videtur etymologica ratio, quam reddit B. SCHILTERVS *in commentario ad ius feud. Alamannicum ad rubricam §. VII. p.7.* hic vero docet ab initio non feudum, ſed feodum ſcriptum fuiſſe antiquis. veluti eſt in Charta Ottonis Comitis an. 1025. *Tenebat aquam illam ex me loco beneficii, ſub nomine* FEODI. itemque Balduini Comitis Hanoniæ an. 1078. *Abbas vel ſucceſſor ſuus pro molendino ſuo vnoquoque anno ſoluat militibus, quibus contingit beneficium quod dicitur* FEODVM, *quinque modios - - annonæ.* ſic & feodatarium ius dicitur quod vxori competebat in feodis mariti. Charta Reinaudi Archiepiſcopi Lugdun. an. 1213. apud DV FRESNE *Gloſſ. med.*

med. & infim. latin voce, feodatarium. & feoſfare idem eſt, atque feudum in aliquem conferre, inueſtire. *idem ibid.* Aſt hoc vocabulum, feodum; teutonicum eſſe, loco citato demonſtrat SCHILTERVS dum idem compoſitum dicit ex *fee & od*, primæua ſua ſignificatione prædium, aut rem etiam mobilem ſtipendiariam notans. *Od* enim bonorum ſignificationem etiam in *Allod, Kleinod*, refert. *Fee* autem ſtipendium denotat, aut mercedem. In antiquis monumentis pro feudum aliquando ſcribitur feuum omiſſa intermedia litera d. quod docet Charta exarata ſub Lothario Rege in Tabulario S. Mariæ de Fontibus apud Cadurcos: *Illo* FEVO *de Limanico, quæ fuit Ranulpho auo meo, qua tenuit de Comite, Hugoni dimitto & Gerardo filiis ſuis: & illo feuo, qui fuit Guinaberto, dimitto medietatem Hugoni &c.* ſimiliter in donatione bonorum, quæ idem Ramnulphus contulit Abbatiæ Figiacenſi, dicitur: FEVVM *quem bellus homo tenet in Verneto, in Cromarico; & in ferrariis, & illas terras in monte Nebutiano, quas Rigaldus tenet in* FEVO, *& boſcum de Arla, quantum ad meam partem pertinet, hæc prædicta omnia cedo, ſicut ſupra dictum eſt, Domino & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto, & Cœnobio Figiacenſi.* confer. M ANTONIVS DOMINICVS *de prærogatiua allodiorum C. XV. §. I. p m. 105. ſq.* DV FRESNE *l. c. voce feuum.* vbi notat, exinde Gallos, formaſſe ſuum *Fief* q od feudum notat. nonnunquam etiam feudus & fei-

feidum dicitur, teſte DV FRESNE his vocibus. Quibus autem temporibus hæc vox germanica primum innotuerit, diſquirit M. ANT. DOMINICVS *l. c.* Namque ante ſeculum nonum feudi vocem non occurrere, in confeſſo eſt, quamuis rei ipſius ſat multa occurrant veſtigia. Tum vero dicebatur latino idiomate beneficium, quod ſcriptoribus mediæ ætatis dicitur prædium fiſcale, quod a Rege vel principe, vel ab alio quolibet ad vitam viro nobili vtendum conceditur. Horum vero beneficiorum ea erat conditio, vt qui ea impetrabant, aut quibus conferebantur & fidem præſtarent, ſeu, vt tunc loquebantur, ſe in Vaſſaticos commendarent, & ſeruitium militare facerent iis, qui ea conferebant. Vnde antiquiſſima feuda beneficia militaria dicuntur. vid. DV FRESNE *l.c. voce, beneficium.* quamuis negandum non ſit, etiam propter alia officia aulica locum ſalarii iſta beneficia tum obtinuiſſe. quorſum reſpiciunt forte LES MESSIEVRS DE L'ACADEMIE FRANCOISE *dans le grand Dictionaire des arts & des ſciences tom. III. p.m. 259. Fief. Heritage que le Vaſal tient du ſeigneur dont il releue à la charge de foy et hommage, de le ſeruir à la guerre & en d'autres occaſions, ou avec quelques redeuances.* Huc facit *Capitulare Caroli M. anni 807. C. I.* apud BALVZIVM *Tom. I. p.457. In primis quicunque beneficia habere videntur, omnes in hoſtem veniant.* nec non *Capit. V. an. 806. ibid. p. 453. c. 7. Auditum habemus qualiter & Co-*

mites

mites & alii homines qui noſtra beneficia habere videntur, comparant ſibi proprietates de ipſo noſtro beneficio, & faciunt ſeruire ad ipſas proprietates ſeruientes noſtros de eorum beneficio, & curtes noſtræ remanent deſertæ, & in aliquibus locis ipſi vicinantes multa mala patiuntur. vt alia loca idem ſignificantia taceam. Verbum *Lehen*, quo hodie feudum denotamus, rectiſſime deriuari a verbo *Leihen*, ſeu vt habet lingua ſaxonica *Lehnen*, quo ſignificamus conceſſionem rei ad vſum aliquem ſiue ſit commodatum, ſiue ſit precarium, ſiue mutuum, obſeruauit CHRISTOPHORVS BESOLDVS *in theſauro practico. Voce Lehen. p. m. 526. ſq.*

** Quamuis autem, quæ de ortu feudorum ratione populi & temporis communiter tradi ſolent, non ſint negligenda, tamen vix ſufficere videntur, ſi quidem de intentione introducentium & natura feudorum primæua vel nihil vel parum & ſuperficiaria ſaltem ratione tractant: cum tamen ſine diſtincta cognitione naturæ feudorum primæuæ, & qua intentione primitus feuda fuerint introducta, fere impoſſibile ſit aliquid ſolidi circa feuda tradere, vt adeo facile appareat, quam illotis manibus doctrinas feudales ſuſcipiant tractandas, qui ne quidem de auctoribus & tempore introductorum feudorum, multo minus de ratione introductionis, & natura primæua feudorum ſunt ſolliciti, ſed plurima de vocibus ac terminis & eorum etymologiis ex variis & diuerſiſſimi generis

aucto-

auctoribus labore plusquam humano conſarcinari ſolent. Notum eſt, rationem legis eius eſſe animam, & fontem vnde omnes bonæ & rationabiles legis interpretationes ſunt petendæ, eidem ſimilis eſt diuinatio, quæ deficientibus hiſtoriis atque diplomatibus circa mores adhibetur, vnde facile patet, quanti in hac de feudis tractatione momenti habenda ſit inquiſitio, qua inueſtigamus, cur eadem, cui vſui & quibus augmentis fuerint introducta. THOMASIVS *diſſert. de originibus feudalibus* §. *II. p. 8. ſq.*

*** Me quidem non fugit vulgaris illa diſtinctio, inter ipſorum feudorum & iuris, quod circa eadem verſatur, diuerſam originem, quam nonnulli conſtituunt. vid. DNI. CASIMIRI GODOFREDI a BEVST *Commentarius iuris feudalis Cap. I. qu. I. pa. I.* add. *Selecta feudala Thomaſiana* §. *II. n.* Aſt dum iſti ad ius potiſſimum Langobardicum reſpiciant, cum hac theſi mea plane non ſunt committendi. Interim illud eſt quam certisſimum; quod, quemadmodum alia inſtituta tacito maieſtatis ſupremæ conſenſu introducta ſuo iure gaudent, multo magis feuda, dum ipſis ſummisImperantibus ſuum ortum debent, eodem cenſu venire neceſſum ſit, quamuis quæ circa eadem tum obtinuerunt leges, ſcriptis conſignatæ haud deprehendantur. ſed conſuetudinis atque iuris non ſcripti eandem, quam ſcriptæ leges obtinent, vim eſſe, neque tyro quiſpiam ignorat. Vnde non mirandum quod priſtinis moribus feudorum origini coæuis tan-

quam fundo quæ offendere licet monumenta huc ſpectantia vnice innitantur. huius rei peculiaria heic deſcribere argumenta pronum eſſet, niſi breuitatis ſtudio ad alia properarem.

II.

Quicquid autem vel Romanis vel Gallis aliisque populis de inuentione Feudorum vulgo adſcribunt, * lubrico plane innititur fundamento. Certiora allegare poſſunt, qui apud Germanos ** in ſpecie vero apud Francos *** Feuda enata eſſe, afferunt.

* IO. NIELLIVS feudorum originem ab ipſius prope mundi exordio deriuare nititur, tam ſacrarum literarum quam profanorum ſcriptorum teſtimoniis in ſuam hypotheſin falſo pertractis. LAELIVS TAVRELLVS *de milit. ex caſu in f.* GVIDO PANCIROLLVS *L. I. var. lect. Cap. 90.* a Ducibus & militibus limitaneis quibus Romani prædia ab hoſtibus capta, hac lege, vt non niſi ad hæredem militantem transirent, quamuis poſtea etiam pagani admiſſi: donauerunt, feudorum originem repetunt. Alii, velut H. ZASIVS *in Epitome feud, part. I. n. 1.* & IOH. OLDENDORPIVS *Claſſ. V. de action. benefic. p. 566.* antiquas Romanorum clientelas, quæ inter patronos atque clientes interceſſerunt, huc trahunt. Alii a militiis Romanorum feudalia beneficia arceſſere ſatagunt. Alii Colonos & glebæ adſcriptitios cum vaſallis comparant. Alii a prædiis ſtipendiariis beneficiarium inſtitutum profluxiſſe autumant. Tandem IACOBVS

CVIA-

Cviacivs *IIX. obſ. 14.* & in *Comment. ad I. F. I.* homines, h. e. procuratores, actores, cuſtodes, conductores, emphyteuticarios, vaſallis & feudatariis ſimiles pronuntiat. Fr. Connanvs *L. II. Comm. 9. n. 5. ſqq.* & R. Choppinvs *de Comm. Gall. conſuetud. part. II. §. 4. n. 4.* Gallorum inprimis genti primordia feudorum vindicare ſatagunt, eumque in finem veteres ſoldurios producunt, quorum hæc erat conditio, vt omnibus in vita commodis cum his fruerentur, quorum ſe amicitiæ dedidiſſent: ſi quid iis per vim accideret, aut eundem caſum vna ferrent, aut ſibi mortem conſciſcerent. Ivlivs Cæsar *de bello Gallico L. III. c. 23.* vbi ſubiungit: neque adhuc hominum memoria repertum eſſe quemquam, qui interfecto, cuius ſe amicitiæ deuouiſſet, mori recuſaret. confer. Idem *Lib. VII. c. 4.* & Athenævs *L. VI. c. 13.* Alii aliter ſtatuunt, quorum diuerſas opiniones ad veritatis trutinam expendit ſimul & confutat Io. Gvilielmvs Ittervs in doctiſsima ſua *Commentatione methodica de feudis Imperii Cap. I. §. 2. ſqq.*

** Id vero propter ſequentes potiſsimum rationes; primo, quia Germanicarum rerum hiſtorici fere ſoli, beneficiorum eiusmodi clientelarium mentionem faciunt, neque in vetuſtis aliarum gentium legibus facile quicquam de feudis ſancitum diſpoſitumque legas. Contrarium hactenus comprobauit nemo. Secundo, & nomina ipſa atque formulæ in iure feudali expreſſæ

maximam partem germanicæ ſunt, atque germanicam feudorum originem ſatis arguunt, de quibus conferri poteſt HOTTOMANNVS *de verb. feud.* nec non LOCCENII *Lexicon feud.* Tertio, multa iuris feudatarii capita non ex Romanis ſed ex germanicis potius legibus deriuata conſtat. Quarto, ſi vetera hiſtoriarum excutiamus monumenta, in illis fere locis tantum, quos vel Germani primum inſederunt, vel poſtea peragrarunt, feudorum iura recepta fuiſſe apparebit. Ipſe tandem genius atque indoles Germanorum talis fuit, vt eidem feudorum inſtitutum apprime conveniat: nam præter graue martis opus, cui Germani a teneris aſſueſcere ſolebant, nullius rei maiorem curam habebant quam fidei Principibus præſtandæ. Sic TACITVS *de moribus Germanorum Cap. XIV. Cum ventum in aciem, turpe Principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem Principis non adæquare. Iam vero infame in omnem vitam ac probroſum ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ eius aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt.* Adeoque haud temere Friſii veteres apud TACITVM *Annal. Lib. XIII. c. 54. n. 5.* olim iactarunt; NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE. Adde, quod loco ſeruitiorum aliorum germani dudum ſoliti fuerint culturam agrorum ſeruis committere, eosdemque ad certam menſuram frumenti exhibendam adigere. TACITVS *l. c. Cap. XXV. Ceteris ſeruis, non in* *no-*

noſtrum morem deſcriptis per familiam miniſteriis vtuntur. Suam quisque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus aut pecoris aut veſtis, vt colono iniungit: & ſeruus hactenus paret. Vnde non mirum, quod ipſis deuictis in bello, qui & ipſi ſerui fiebant hoſtium, partæ terræ poſſesſio his conditionibus fuerit relicta, dum ipſi victores directum in iſtam dominium retinerent. Solebant quoque partem deuictorum ex ſuis ſedibus ad diſſitas oras abducere aliis ſubditis eorumdem terras concedentes. de quo teſtantur: *Annales Francorum Fuldenſes ad a. 804. Carlus Saxones transalbianos cum mulieribus & natis tranſtulit in Franciam & pagos transalbianos Obodritis dedit.* & *Annales Hildesheimenſes* apud illuſtrem LEIBNITIVM *Tom. I. ſcriptor. Brunſuic. f. 713. Karolus in ſaxoniam pergens Saxones obtinuit, & tertium de eis hominem in Franciam educens collocauit. & f. 714. Karolus in Saxoniam Francos collocat; Saxones inde educunt cum vxoribus & liberis, id eſt, tertium hominem.* ſed inprimis huc facit inſtitutum Germanorum antiquorum, quo certum agri modum & fines proprios nullus habebat, ſed magiſtratus ac Principes in annos ſingulos gentibus cognationibusque hominum, qui vna coiuerant, quantum eis & quo loco viſum eſt, tribuebant agri; atque anno poſt alio tranſire cogebant. CÆSAR *L. VI. de B. G. c. XXII. Idem de Sueuis L. IV. c. I. priuati, ac ſeparati agri apud eos nihil eſt: neque longius*

anno remanere vno in loco, incolendi cauſſa, licet. vid. D. STRVVII *Syntagma Hiſtoriæ Germanicæ Diſſertat. III.* §. *XXVII.* Quæ ſingula ita comparata ſunt, vt iisdem feudorum inſtituta adprime conueniant, quod quilibet, me non dicente, facili negotio viderit. add. ITTERVS *l. c.* §. *VII.*

*** Laudanda heic eſt induſtria illuſtris THOMASII, qua hoc argumentum tractauit *in Diſſertat. de originibus feudalibus.* vbi præcipue tyronibus commendatisſimæ eſſe debent cautelæ circa teſtimonia ſcriptorum antiquiorum recentiorumque hoc paſſu adlegari ſolitorum, quas §. *VII. ſqq.* ibidem deſcriptas inuenient. Ad rem præſentem ſpectat §. *XII. ibid.* quem, dum neruum ſolidiorum rationum theſin noſtram confirmantium breuisſimis, ſed concinna oratione complectatur, hic adſcribere, nil vetat, talis autem legitur: *ſcilicet id certum eſt, iam ſub Pipino communi Regum Carolingorum ſtipite apud Francos feuda in vſu fuiſſe, nec vllum certum tempus allegari poſſe, quo ante Pipinum apud Francos feuda inceperint, ergo maxime veroſimile eſt, quod illorum origo deducenda ſit, vel ſtatim ab origine Monarchiæ Francicæ vel certe a temporibus Clodouæi I. Vnde iam illa argumenta de leudibus & bonis de munere regio, quamuis ſeparata non multum probent, adiuuare tamen & illuſtrare poſſunt argumenta alia, ex Hiſtoria Francorum & legibus antiquis petenda, quod ſcilicet Gregorius Turonenſis feu-*

feudum ſub termino commendati videatur denotare, quod mentionem faciat renouati feudi, vel officii militaris ad dies vitæ conceſſi, ſiue vt ipſe loquitur, reuocatæ actionis, quod ſæpius mentio fiat rerum & villarum, & in ſpecie a fiſco indultarum, quas Reges poſſeſſoribus ob fugam vel ob tranſitum ad alium dominum, vel ob aliam infidelitatem poſſeſſoribus abſtulerint, & vel in fiſcum redegerint, vel aliis tradiderint, quod poſt mortem poſſeſſorum bona, quæ fiſco meruerant, ad iura fiſci ſint relata, quod apud Fredegarium memorentur Pares Comitum, quod in lege Baioariorum conſtitutum ſit, vt duces rebelles donatu dignitatis carere debeant, quod in inſtrumento pacis inter Guntramum & Childebertum Reges anno 587. cautum legatur, vt bona de munere regio tempore interregni fidelibus ſine culpa ablata illis iterum reſtitui, & eadem ab ipſis ſecure poſſideri debeant, item quod in edicto Clotharii II. an. 615. iubeantur Leudes reueſtiri de bonis ſine culpa amiſſis &c. Quæ omnia ſi iungas, etiam id euincetur, Aimoinum de feudorum vſu ſub Clodouæo ſcribentem, etſi intuitu aliarum circumſtantiarum non vera ſcripſerit, intuitu tamen ipſius vſus feudorum a vero non aberraſſe. In notis vero hunc §. ſequentibus ſingulorum dictorum fundamenta ipſaque ſcriptorum loca extantiora ſubiecta videbis. ſic de Pipino adlegatur ex *capitulari compendienſi C. VI.* quod eſt in Balvzii *tom. I. p. 182. Homo francus accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit*

ſecum ſuum vaſallum, & poſtea fuit ibi mortuus ipſe ſenior, & dimiſit ibi ipſum vaſallum, & poſt hoc accepit alius homo ipſum beneficium, & pro hoc vt melius potuiſſet habere illum vaſallum, dedit ei mulierem de ipſo beneficio, & habuit ipſam aliquo tempore, & dimiſſa illa, reuerſus eſt ad parentes ſenioris ſui mortui, & accepit ibi vxorem, & modo habet eam. De Clodouæo qui Pipinum in conceſſione feudorum ſicut in regno anteceſſiſſe fertur, locus eſt RORICONIS *Monachi* apud DU CHESNE *Tom. I. Lib. II ſ. 806. In diebus illis dilatauit Clodoueus Francorum regnum vsque ad ſequanam, & accipiens Caſtrum Miledunenſem tradidit eum Aureliano Legatario, eumque Ducem illius prouinciæ eſſe inſtituit.* Cum quo conuenit AIMOINUS *L. I. de Geſt. Franc. Cap. XIV. Vnde cum Clodoueus Regnum ſuum vsque ſequanam atque poſtmodum vsque Ligerim fluuios ampliaſſet, Milidunum caſtrum eidem Aureliano cum totius Ducatu regionis iure beneficii conceſſit.* Enimuero cum hactenus nemo inuentus fuerit, qui ante Francorum gentem beneficiarium ius proprie ita dictum ſiue feuda aliis iam populis recepta probataque idoneorum ſcriptorum teſtimoniis oſtenderet, hinc æquum videtur, vt eousque ſaltem Francos pro primis beneficiorum auctoribus & conditoribus habeamus, donec certius quid de aliis Europæ populis nobis innotuerit. Vid. ITTERUS *l. c. §. IX.*

III. Quem-

III.

Quemadmodum vero ab initio Germanos antiquiores ſolis moribus ſuis vſos fuiſſe, ſupra iam declarauimus, * ſimiliter antiquiſſimum ius feudale ſcriptis exaratum non erat, ** recentiores ſunt leges feudales litteris exaratæ inter quas primæ exiſtunt, quæ proponuntur in capitularibus Regum Francorum de beneficiis diſponentes. ***

* Conferſis quæ ſupra capite IV. §.II. huius tractationis diximus.

** *Cæterum*, inquit THOMASIVS *Select. Capit. hiſt. iur. feud. Germ. §. XL. non mirandum, quod non habeamus iura ſcripta, a Regibus feuda primum introducentibus publicata, quia nimirum non in vſu tum erant Francis leges ſcriptæ, ſed magis vtebantur iure non ſcripto ſeu conſuetudinario.*

*** Vid. THOMASIVS l. c. SCHILTERVS *in comment. ad ius feudale Alamannicum ad rubricam.* §. *IX. p. 8. ſq.* vbi plura capitula feudalia ex Codice legum antiquarum excerpta congeſſit.

IV.

Hinc obſeruandus auctor ille vetus de beneficiis, * qui priuato inſtinctu mores Germanos Feudales antiquiores inprimis collegit, quamuis, quo tempore id factum, determinari hactenus præciſe non potuerit. ** Hoc tanquam fundamento *** vſus

Ee 5 auctor

auctor ſpeculi Saxonici ius Feudale Saxonicum libro Quarto Codici ſuo inſeruit, **** quem ſecutus compilator iuris Sueuici provincialis, dum ſuæ compilationi ius quoque Feudale adiungeret. *****

* Quem, poſtquam eiusdem primam mentionem feciſſet Freherus, eruditi diu deſiderarunt, tandem vero ex Bibliotheca illuſtris CHRISTIANI WILHELMI ab EYBEN communicatum ſibi publici iuris fecit D. THOMASIVS.

** Confer. omnino illuſtris THOMASII erudita Diſſertatio *de libri veteris de beneficiis, Autore, fato, vetuſtate ac raritate, aliisque ad hanc eius editionem pertinentibus.* eidem ſcripto ſubiecta.

*** Hoc declarat Idem *l. c.* §. *XII. p. 192. Caeterum vti iam in hiſtoria iuris feudalis ſupra* §. *42. 43. 44. docuimus, iſtum libellum Freberianum non eundem eſſe, vel cum iure feudali ſaxonico, a Goldaſto publicato, vel cum iure Alemannico quod publici iuris a Schiltero factum eſt, ita doctrina illa euidenter confirmatur, ſi quis conferat libellum nunc publicatum cum iure feudali ſaxonico & Alemannico. Nam ita deprehendetur, quod quicunque etiam ſit compilator iuris feudalis ſaxonici, hunc librum vetuſtum tranſtulerit quidem in idioma ſaxonicum, ſeu Germanicum illius aeui, ſed ſerua:a libertate, vbicunque ipſi libuerit, multa inſerendi, quae vel ad declarationem eorum, quae in libello noſtro continentur, faciunt, vel materias affines continent, aut mores notabiles*

ſub-

ſubſequentium temporum. Eadem dicenda ſunt de compilatione iuris feudalis Alemannici, niſi quod dubium ſit, an ille ſolum ius feudale ſaxonicum præ oculis habuerit, an vero etiam libelli noſtri in latino idiomate copia ipſi fuerit. Et §. XLIX. *Quare & in hunc finem adieci ſingulis paragraphis libelli loca parallela ex iure feudali tam ſaxonico quam Alemannico. quamuis illa adiectio primario facta fuerit, vt difficultates in explicatione iuris feudalis ſaxonici & Alemannici (potiſſimum in contradictionibus vtriusque compilationis) ortæ, ex libello noſtro tanquam fonte vtriusque compilationis tolli queant &c.* Addenda eſt *Diſſertatio de vſu libri veteris de beneficiis* §. *XXXII.* vbi ad fontes præcipuos iuris feudalis in Germania refertur hic auctor. in ſequentibus vero ſpecialia quædam caſuum exempla proponuntur, quorum deciſionem liber hic vetus comprehendit.

**** De quo D. TITIVS *in dem Teutſchen Lehen-Recht.* C. III. §. 8. docet: *das Sæchſiſche Lehn-Recht iſt, einiger Meynung nach vom Kayſer Friderich dem andern verfertigt worden,* GRYPHIANDER *de Weichbild. Saxon. C. 50. andere aber halten davor, es ſeye vngefehr im 13. Iahr hundert, ohne Kayſerl. Befehl von einem vnbekanten zuſammen getragen worden.* RHETIVS *Comment. ad ius feud. p. 35.* HEIGIVS *p. 1. qu. 8. n. 56. meynet der Vrheber wære eben der Ecke von Repkau, welcher das Sachſiſche Land-Recht verfertiget, welcher Meynung auch Herr Schil-*

Schilter in ſeinem Codice feudali, in dem er in der Vberſchrifft des von ihm heraus gegebenen Sachſiſchen Lehn-Rechts, dieſen Repkau als deſſen Vrheber anführet. add. CONRADVS SINCERVS *diſſert. epiſtol. de vſu legum antiq. p. 22. In etlichen alten Exemplarien, iſt ſolch Lehn-Recht als das vierte Buch, dem Land-Recht beygefügt. Gryphiander d. l. c. 39. Sonſt aber iſt es beſonder heraus gegeben, hat auch eine beſtændige Gloſſe, von deren Vrheber mann auch nichts gewiſſes weiſt.*

***** TITIVS l. c. breuiter rem ita narrat: *das Schwabiſche Recht wird auch das Frænckiſche vnd Alamanniſche genennet, vnd iſt zu vnterſchiedenen mahlen heraus gegeben, welche alte editionen vbertrifft Herrn Schilters neueſte edition, welche im Iahr 1697. heraus kommen, nebſt einer lateiniſchen Vberſetzung, und weitlæufftigem Commentario oder Erklærung* add. SINCERVS l. c. p. 23. *Insgemein wird es vor neuer gehalten, als das Sachſiſche Recht, vnd das es etwa im 14. Iahr hundert, kurtz vor Regierung des Kayſers Ludwigs des Vierdten (oder fünfften wie andere zehlen, Bauari) zuſammen getragen, von einem vnbekandten Manne, denn daß Berthold Frey Herr von Grimmenſtein, der Vrheber ſey, wie Goldaſt in der Vorrede der Reichs-Satzungen vorgibt, ſolches findet wenig Glauben.* CONRINGIVS *de O. I. Cap. XXX. Allein Herr Schilter meinet in der Vorrede ſeines Alamanniſchen Rechts §. 17. daß das Schwabiſche Recht alter ſey, als das Sach-*

Sachſiſche in dem es von dem Kayſer Otto dem IV. auff dem Reichstage zu Nürnberg im Jahr 1208. beſtätiget worden, welches ich an ſeinem Ort geſtellt ſeyn laſſe. Sed pro antiquitate iuris feudalis ſaxonici pugnat THOMASIVS *in hiſtoria iuris Romano-Germanici §. 105. & 111.* ſingula vero Schilteri argumenta examinat, eorundemque infirmitatem demonſtrat *in ſelect. capit. hiſtor. iur. feud. German. §. XLV. ſqq.* Hæc vero ſcripta feudalia, cum priſtinos Germanorum mores circa rem feudalem explicent, rectius huic Iurisprudentiæ tanquam fundamenta ſubſternuntur, quam exoticæ illæ leges Longobardicæ, de quibus mox dicemus.

V.

In concedendis feudis Francos alii populi fuerunt ſecuti * inter quos eminent Gothi & Longobardi, qui & hoc inſtitutum in Italiam tranſtulerunt. ** Sed horum circa ius Feudale mores a moribus Francorum & Germanorum reliquorum, multum diſcrepant, veluti collectio Iuris Feudalis Longobardici, *** quæ corpori Iuris Iuſtinianei adiicitur, hodienum luculenter teſtatur. Proinde caueant ſtudioſi, ne diuerſorum populorum diuerſos mores ſecum inuicem confundant, aut de Feudis Germanicis promiſcue ſecundum leges Longobardicas pronunciare vnquam præſumant. ****

* Confer. PAVLI HACHENBERGII *Germania media Differt. IX. §. I.* De Turcis IOHANNES

NES BODINVS *de Republica L. I. C. IX. in pr.* ſic loquitur: *Nam quod nos feudum, ipſi Timar appellant; & beneficiarios ſeu vaſallos Timariotas: quibus feuda Principis beneficio, & quidem precario, non tamen diutius, quam fructuarii vita fruenda permittuntur; iis conditionibus, vt ingruenti bello, Timariota equites ſine ſtipendio militare & eum equorum numerum deducere debeant, qui pro ratione beneficii, cuique libello cenſuali definiri ſolet.* De iisdem agit celeberrimi IOHANNIS ANDREÆ BOSII *Diſcurſus Academicus de celeberrimo potentiſſimoque Imperio Turcico.* §. XL. hic notat Timariotas in Timarris ſiue agris ab hoſte captis collocari, vt aliquot equos viroſque in belli vſum alant. Timariotas vocari, quia non ſtipendio annuo pecuniario ſuſtentantur, ſed aſſignatis agris detinentur eo pacto, vt equos ad bellum alant, quot agrorum deſignatorum portio poſtulat. Nam cui ager trium millium aſprorum aſſignatus eſt, militiæ vnum equum debet; qui opulentiores Timarros habent, ii tenentur ad bellum ducere tot equites, quot millibus aſprorum reditus ipſorum 5000. aſpros ſuperant. Collocantur autem pauci aut nulli in prouinciis mediis, ſed in longinguis limitaneisque locis. Nec alii collocantur, quam qui iam ſtipendia meruere. Qua ratione & bene meritis præmia perſoluuntur, & ditiones ab hoſtili incurſione tutæ præſtantur. Eodem modo quo Romani in deuictis gentibus colonias ſuas collocabant. Nam cumprimum Ottomanni pro-

prouinciam aliquam occupant, non modo directum dominium ſibi aſſerunt, ſed ſæpius & vtile publici iuris faciunt, deſtruentes atque expellentes nobilitatem veteresque poſſeſſores, ſuisque militibus, tanquam pro bene nauata opera, eorum agros in præmium & ſtipendium tribuentes; non ſecus ac Franci in noſtra Allemannia militibus ſuis, quos in caſtris & turribus collocarunt, Monaſteriisque quibusdam, nobilium Allemannorum opes attribuere, vel ipſos nobiles eorundem ſeruos fecere. confer. *Relatio de vrbe Conſtantinopoli & Imperio Turcarum* quæ in *Theſauro Politico* HONORII habetur. *p. 90. ſqq.* Habent quidem hæc cognationem cum feudis Germanorum, an vero ab iisdem originem trahant? alia quæſtio eſt, quam in præſentia expedire non licet. vid. ITTERVS *de feudis Imperii Cap. I. §. VI.*

** *Die Longobarder ſind Sachſiſche Vœlcker geweſen, vnd alſo benennet von der Langen Borde, welches einen længlichten Strich Landes, welchen ſie bey der Elbe ſollen beſeſſen haben, bedeutet.* RHÆTIVS *ad I. F. p. 38. n. 8.* Alii alias nominis rationes reddunt. *Dieſe Longobarder ſind vngefehr im Iahr Chriſti 568. in Italien gedrungen, und haben alldar ein gar berühmt Reich auffgerichtet, vnd in demſelben die Lehen eingeführet.* TITIVS *l. c. §. 13 ſq.* vid. tamen THOMASIVS *de orig feud. §. IV. lit. c.*

*** Exemplum quippe Germanorum æmulati Longobardi atque Itali prudentes inprimis Mediolanenſes interque hos præcipue GERHARDVS

DVS NIGER CAPAGISTI & OBERTVS DE ORTO, Quorum quilibet temporibus Friderici I. Imp. compilationem quandam rerum iudicatarum & conſtitutionum feudalium collegerat, ſed priuata auctoritate priuatumque in vſum, neque earum vſum publicum tum fuiſſe ex RADEVICO *de geſtis Friderici I. L. I. C. VII.* liquet. *De iure feudorum, quod apud Latinos ſcripto nondum ſufficienter expreſſum fuerat, & pene omnes eam beneficiorum iuſtitiam in iniuſtitiam conuerterant, leges promulgauit, quarum capitula praeſenti annotatione ſubiecimus.* Sequitur deinde Conſtitutio feudalis Friderici I. quae relata fuit in L. II. F. 53. ſqq. itaque omnes iſti turpiter falluntur, qui contra fidem hiſtoriarum compilationem iuris feudalis Longobardici, quae decima collatio dicitur, ad auctorem Fridericum I. referunt. ſed ſub Friderico II. Imp. a Bononienſibus Doctoribus iſtae compilationes reuiſae atque opera inprimis Hugolini ſub titulo Collationis decimae atque vltimae Authenticarum ſeu Nouellarum Iuſtiniani Corpori iuris additae ſunt. Sic ODOFREDVS *in Cod. d. SS. Eccleſ. Auth. Caſſa* ait: *Vt vnum ſciatis, Authenticum, quod fuit compoſitum a Iuſtiniano, habet nouem collationes. Poſtea cum venit Imperator Federicus iunior, miſit has Conſtitutiones* (Nouellas Iuſtiniani) *ad ciuitatem iſtam* (Bononienſem) *Doctoribus legum vt aptarent eas ſingulis legibus ſub congruentibus titulis, & ita fecerunt Doctores, dum conuenerunt in S. Petro, quum iſtam aptauerunt ad*

ad legem iſtam. Poſtea quid fecerunt? Dom. Hugolinus poſt nonam collationem poſuit librum feudalem & omnes conſtitutiones Federici antiqui & iunioris, & aliquas leges Conradi Imp. & vocatur Decima Collatio. vid. Io. Schilteri *præfatio ad compilationem iuris feudalis* Antonii Mincuccii *de Prato veteri* §. *II. ſqq.*

**** Vid. *ſelecta capita Hiſtoriæ iuris feud. German.* illuſtris Thomasii §. *LXVI, ſqq.*

VI.

Illud quidem verum, quod ius hoc Longobardicum Feudale ex Italia in Germaniam noſtram ſenſim vſu & conſuetudine fuerit traductum. * Poſtquam Friderici II. auctoritate Hugolinus, additis Germanorum Imperatorum Conſtitutionibus Feudalibus, ſub titulo decimæ collationis idem nouellis adiecifſet. Sed factum id fuit, vt valeret ſaltim in ſubſidium & ſaluis legibus patriis, ** quales ſubinde ab Imperatoribus etiam Germanicis promulgatas fuiſſe nullum dubium eſt, pleræque tamen per negligentiam ſcriptorum illius æui fuerunt deperditæ. Interim quæ ex naufragio iſto ad nos venerunt tabulæ ſuam auctoritatem obtinere debent, niſi contraria conſuetudine aut nouis legibus fuerint abrogatæ.

* Mediantibus Doctoribus Italis in Academias & fora receptis, eodem modo quo Iuſtinianea iura ad nos peruenifſe, ſupra indicauimus. Sed iidem quoque ſuum errorem Germanis communi-

municarunt, quaſi Longobardi eſſent primi feudorum inuentores, eorundemque iura vnice pro norma iudiciorum feudalium eſſent habenda. THOMASIVS *orig. feudal.* §. *III. lit. b.*

** Equidem IOACHIMVS HAGEMEIERVS *de Authoritate iuris ciuilis & Canonici. Cap. X. p. m. 38.* reprehendit Hoſtienſem, quod *in ſumma Decretal. de immunit. Eccleſ.* §. *in quantum.* ſtatuerit: impune poſſe ab his legibus recedi, nec eas quemquam obligare niſi ſi quis ſponte iis ſe ſubiecerit; propterea quod ius feudale Longobardicum aliquot ſeculis obtinuerit & tacite approbatum fuerit in præcipuis regnis Europæ. ſed hæc eius aſſertio vera non eſt, niſi ſaluis conſuetudinibus cuiusuis regni. Quod rectiſſime explicat IO. a SANDE *Præfat. ad Conſuetud. feud.* ſcribens: *Cæterum ſi vsquam alias, in feudis maxime mores ſeu conſuetudines variant. Vnde etiam Gelri ſuas in his conſuetudines habuere peculiares a moribus Longobardicis multum differentes; vt forum noſtrum ingreſſuris frequenter ſint dediſcenda, quæ in ſcholis ex Longobardici iuris farragine didicerint, ex quibus eorumque conſequentiis magis, quam ex peregrino iſto iure occurrentes caſus definiri oportet.* Quod vtique confirmat Feudiſta *II. feud. I.* vbi tradit *conſuetudines feudales varias eſſe, & ſecundum diuerſorum locorum aut Curiarum mores, diuerſas.* Eademque mens fuit Legislatorum Germaniæ, qui Iudici & Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis formula iuramenti iniunxerunt, non modo ſecundum ius

com-

commune Imperii, ſed etiam *nach redlichen erbarn vnd Landiſchen Ordnungen, ſtatuten vnd Gewohnheiten*, cauſas decidere. SHILTERVS *d. præfat. ad Mincuccium* §. V. Hinc rectiſſime B. TITIVS *l. c. §. 21. ſq. wann mann das Longobardiſche Recht ein gemein Recht nennet, ſo iſt es nicht ſo zuverſtehen, als wenn es in vorfallender Streitigkeit zuförderſt müſte betrachtet werden, ſondern vielmehr daß es ein gemein Hülffs-Recht ſey, deſſen man ſich in gantz Teutſchland in Ermanglung eigener Rechte bedienen könne. So ſolte man billig ſagen, wenn man die Eigenſchafft der geſchehenen Annehmung betrachtet, inmaſſen nicht ausfündig zu machen, daß die Alten teutſchen Rechte, durch Annehmung des Fremden waren auffgehoben worden, allein die Vnwiſſenheit der alten Rechts-Lehrer hat das Longobardiſche Recht allzu ſehr erhoben, vnd das Sächſiſche und Schwäbiſche gar vnter die Banck geſtecket.* add. CONRINGIVS *de O. I. C. XXXIII.*

VII.

Ius vero Longobardicum poſtea Gloſſis & capitulis extraordinariis auctum fuit. * Plane cum circa idem plurimi defectus annotarentur, ** Anton. Mincuccius (vel ſecundum quosdam Mericucius) de prato veteri reformationem eiusdem iuris adortus eſt, atque ordinatione Sigismundi Imperatoris librum Feudorum in meliorem ordinem redegit. *** Huius æmulatione permotus Bartholomæus Baraterius Placenti-

nus libellum Feudorum reformatum Philippo Mariæ, Duci Mediolanenſium obtulit, illo ipſo tempore, quo Mincuccius laborem ſuum Imperatori commendaſſe fertur. Baraterius integrum textum meliore ordine digeſſit, ſed imo & auxit, atque capitula extraordinaria & alia quædam fragmenta Feudalia ſuis titulis inſeruit. **** Sed cum ICti hos libros negligerent, eorundem auctoritas breui euiluit. ***** Hodie explicando Iure Feudali iidem non incommodo adhiberi poſſunt.

* De quibus SCHILTERVS *l. c. §. VI.* ſic pronunciat; Quod porro omni iuri Iuſtinianeo contigit, vt paratitlis & gloſſis illuſtraretur, idem & iuri feudali Longobardico. Cuius Gloſſæ auctor vulgo Accurſius putatur, atque eius nomen quoque hinc inde expreſſum in impreſſis legitur. Sed hoc erroneum eſſe & recentioris adiectionis, manifeſtum fit ex Antonii Mincuccii de Prato veteri compilatione, qua & Gloſſa continetur, & loco Accurſii antiquior interpres exprimitur, puta Iacobus Columbinus, vel Columbi, qui & Iacobus Gufredi appellatus, teſte recentiore Gloſſa I. F. 7. Rubr. Hoc ipſum & Iaſon *in Prælud. Feudor.* confirmat: *ſuper hoc opere feudorum plerique antiquorum Gloſſas ſcripſerunt, ſed cæteris plenius Iac. Columb. de Regio Gloſſas plenas & vtiles adiecit, quas noſtris cordibus inſcriptas vel hodie inſculptas habemus, & illis vtimur.* Circa A. C. 1300. Iacobus de Ardi-

Ardizone filius Domini de Ardizone Veronenſis & Azonis atque Hugolini auditor, vt ipſe de ſe profitetur, Cap. I. *ſumma feudalis*, hanc ipſam edidit vna cum noua compilatione rerum iudicatarum feudalium, quam capiti CXLIX. inſeruit, quæ Capitula extraordinaria ab ipſo appellantur, quæ Aluarottus & deinde etiam Cuiacius receperunt, & recentiores editores corpori quoque inſeruerunt. Hæc etſi in foro non ſunt eiusdem auctoritatis vt compilatio prior Hugolini, quippe auctoritate collationis decimæ deſtituta; tamen ſua vtilitate atque rerum iudicatarum &c. quam reſponſa prudentum obtinent, auctoritate non carent. add. B. G. A. STRVVIVS *ſyntagm. Iur. feud. Cap. I. §. 7. n. 10.* In vulgari editione hæc capitula. extraordinaria poſt Libri II. feud. tit. 58. qui inſcribitur *de notis feudorum* poſita ſunt. ſed & illud hac occaſione obſeruandum, quod Ius feudale communiter in duos tantum libros diuidatur, qui ſoli in allegationibus audiuntur. alii vero Doctores & inprimis CVIACIVS quinque libros feudorum conſtituunt hoc modo, vt qualem vulgaris exhibet librum primũ & ipſi agnoſcant, ſecundum librum in tres partes diſſecent, vt tertius liber incipiat cum tit. 23. feud. Lib. II. ad quem & GODOFREDVS notat: *Liber teritus hic incipit ſecundum omnes Doctores. Ideoque Cuiacius librum tertium hic incboat.* Quarti vero libri initium a Cuiacio conſtituitur eiusdem lib. II. tit. 25. poſt huius libri II. tit. 53. ſequuntur, quæ diximus, Capitula extraordinaria, quæ ex Ardi-

zone & Aluarotto Cuiacius reſtituit, ad finem vſque libri IV. quem tandem excipit liber V. ab eodem Cuiacio confectus ex variis Imperatorum diuerſorum feudalibus conſtitutionibus. Hinc vident Tyrones quare poſt librum II. feudorum mox liber V. occurrat in vulgari, qua vtuntur, editione. add. D. IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Collegium Iuris feudalis diſput. II. th. XIX.*

** Quemadmodum & IOACHIMVS HAGEMEIERVS *de aut. iur. ciu. & can.* C. X. p. m. 37. tradit: *in omnibus his feudorum libris nulla methodus & diſpoſitio eſt, adeo vt pro farragine variarum conſuetudinum, ſed Mediolanenſium praecipue, haberi poſſint, quanquam obſcuritatis quoque vitio vehementer laborent, de quo omnes fere conqueruntur, qui in feuda ſcripſerunt, & legenti hoſce textus ignotum eſſe minime poteſt.* Et SCHILTERVS *in praefat. Mincuccii* §. IIX. *Poſtea quum, vt reliqui iuris Iuſtinianei libri ſic & hi feudales commentatorum plauſtris cingerentur & ferme obruerentur, inuenti etiam obtrectatores fuerunt, qui ordinem materiarum in iis obſeruatum vel neglectum potius, carperent, imo* quaedam beſtialiter ibi conſtituta, bonas & malas conſuetudines fuiſſe cumulatas Obertumque & Gerardum fuiſſe duo pecora. Obertum tamen & Nigrum defendit ANT. MONACHVS *praefat. de rect. feud. interpret.* quia iſti compilationem, qua vtimur, non concinnarunt.

*** Elogia huius ſcripti Minucciani ſiue Mericutiani ſuae editioni praemiſit SCHILTERVS.

Quod

Quod hæc reformatio ordinatione Sigismundi Imperatoris facta fuerit, teſtatur ipſius Libri I. inſcriptio: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Domini Sigismundi Sacratiſſimi Principis & ſemper Auguſti, iuris enucleati ex omni veteri feudorum iure collecti noua feudorum ordinatione Antonii Minucci de Prato veteri de feudis liber Primus feliciter incipit ad almam Vniuerſitatem Bononienſem iuris vtriusque Scolarium.* Quis fuerit Minuccius tradit idem SCHILTERVS *in præfat.* §. *IX.* Tempus concinnationis huius ipſe explicat Minuccii epilogus p. 326. *Explicit decima Collatio ſexpartita per me Antonium Mincuccium de Prato veteri, legum doctorem dum legerem Bononiæ anno Domini M. CCCC. XXVIII. die primo menſis Martii, & nunc correcta anno XXXI. die VIII. Maii. Legentur Florentiæ de ſero iura ciuilia.* Item alter epilogus quem p. 316. Gloſſæ ſubiunxit: *Explicit apparatus Iacobi Columbini ſuper vſibus Feudorum, translatus & redactus cum Rubricis debitis ſine mutatione verborum & effectus per me Antonium Mincuccium de Prato veteri, minimum legum Doctorem, legentem Florentiæ iura ciuilia de ſero. Completum die XXII. menſis Auguſti M. CCCC. XXXI. ad honorem Paduani ſtudii, vbi legens a pluribus ſcholaribus hortatus fui, vt hoc opus reducerem &c. Scriptum XIII. menſis Aprilis M. CCCC. XLII.* Ex quibus, ſubiicit SCHILTERVS l. c. §. X. apparet, Antonium noſtrum An. 1428. Bononiæ ius docuiſſe, & textum feudalem primo di-

digeſſiſſe, vna cum Gloſſa, vt ex præfatione ad Bononienſes conſtat. A. 1431. Florentiæ ius docuiſſe & ibi editionem correctam edidiſſe. Poſtmodum Pataui leges interpretatum eſſe, & ibi denuo reuiſam editionem procuraſſe a. 1442. qui eſt annus ſecundus Friderici III. Imperatoris. Vltimæ vero huius editionis confirmationem a Friderico III. petiiſſe Antonium, ex eiusdem ad Imperatorem epiſtola, cuius partem ER. MAVRITIVS ex MS. ſuo exhibuit in *Poſitionibus de libris iuris Communis* §. *XXV.* patet. ſed & eandem impetraſſe, teſtatur IASON in *Præludiis feudorum*, ſcribens: *Ætate noſtra præſtantiſſimus ICtus Dom. Antonius de Prato veteri, Doctor Bononienſis reformauit iſtum librum Feudorum, nullo addito ex priori editione, quam habemus, ſed ordine variato & ſcriptura multipliciter obtruncata & redacta ad breuiſſimum compendium; quod diuidit in VII. partes principales & facit VII. & XX. rubricas. Et ipſe atteſtatur, quod librum ſuum deſtinauit ſereniſſimo præſenti Imperatori Federico, & ab eo fuit approbatum, & mandatum quod in publicis ſtudiis legeretur.* add. SCHILTER l. c. §. XI. Quo fato huius Minuccii editio fuerit promota, Idem *ibid.* §. *XIII.* indicat.

**** SCHILTERVS *l. c.* §. *XIV.* Philippus Maria Dux Mediolanenſis hunc librum per doctos & probos Doctores examinatum approbauit, & Vniuerſitati ſuæ Papienſi commendauit anno 1442. III. Kal. Nou. Hunc ipſum authenticum Codi-

Codicem cum bibliotheca tota Ticinenſi Ludovicus XII. Rex Franciæ iure belli in Galliam tranſtulit, eumque primum ex bibliotheca Regia Lutetiæ Pariſiorum edidit NICOLAVS RIGALTIVS An. 1612. Poſt hæc altera editio eiusdem libri prodiit Argentorati per IO. PHILIPPVM SCHMIDIVM Argentoratenſem, qui priorem illam cum MS. Bibliothecæ Regiæ contulit, auxit & plurimis in locis emendauit. Hanc vero Baraterii editionem Mincuccianæ in eo cedere, quod Gloſſa deſtituatur, dum Antonius hanc non ſolum adiecit, ſed multis quoque in locis emendauit, ſicuti & ipſum textum, præterea regulas iuris feudalis & notabiles obſeruationes adiecit, notat SCHILTERVS *l. c.* §. *XIV.*

***** Sic Iaſon, *ego autem*, inquit: *conſidero, quod renouare præſentem librum eſſet confundere Gloſſam vtriusque iuris, quod vtriusque cenſura Doctores, qui allegant iſtum librum ſecundum formam & ordinem quem habemus, & illum ſequendum duxi & nouiter commentandum, non intendens aliquid attingere, niſi quod ſit materia feudorum.* add. SCHILTER *l. c.* §. *XV.*

VIII.

Præter allegatos fontes, conſideranda veniunt particularia prouinciarum ſingularum in Germania de re Feudali iura, * inprimis quod ad Feuda oblata ** attinet, &, quæ inter offerentes concedentesque placuerunt pacta, literis inueſtituræ regulari-

ter comprehenſa, hæc quippe principem in omni quæſtione Feudali locum obtinere debent, demum vbi iura patria deficiunt, ad ius commune Longobardicum recurrere licebit. ***

* e. g. iura feudorum Colonienſium de quibus tractat WERNERVS THVMMERMVTH, *in votiua relatione compromiſſi cuiusdam feudalis, Krumbſtab, Schleuſt niemand aus.* De feudis Mecklenburgicis habemus tractatum PETRI TORNOVII. alii aliarum prouinciarum iura feudalia tradunt, de quibus vid. D. B. G. STRVVII *Bibliotheca iuris ſelecta Cap. XII. §. 5.* Particularibus iſtis iuribus addiſcendis inſeruiunt etiam qui ſpeciales feudorum materias pertractarunt, de quibus agit Idem *ibid. §. XI.* Meminerint ſaltem ſtudioſi, quemadmodum in iure ciuili, ſic quoque hoc loco eos habendos eſſe primos, qui ad ſpecialem patriæ rationem reſpexerunt.

** Feudum oblatum eſt peculiaris feudi ſpecies, vbi quis rem, quam de ſuo alteri obtulit, ab hoc velut domino ex pacto receptam, inpoſterum ipſe heresque eius ſub feudali nexu tenet. Cauſſas quare in Germania liberi rerum ſuarum poſſeſſores ſibimet ipſis ſponte ſua ſeruitii legem impoſuerint, adlegauit IOHANNES NICOLAVS HERTIVS *de feudis oblatis parte I. §. IV. ſqq.* potiores ſunt, metus rei in ſolidum amittendæ, deuotio erga Eccleſias & perſonas eccleſiaſticas, quæ primis quidem temporibus adeo feruida erat,

vt

vt multi non modo aurum & argentum,ſed agros etiam & fundos, piis cauſis & Cœnobiis obtulerint. &, quæ exinde orta fuit potentia Epiſcoporum. porro ſtatus Germaniæ valde turbatus ab interregno,quod mortem Friderici conſecutum eſt, hic enim cum quilibet potentior pro libidine aut ſpe res ſuas nouandi infirmiorem ſupprimeret, prudentiores conſultiſſimum exiſtimarunt,rerum proprietate in potentiores transſcripta, fructum illorum ſub certa ſeruitii lege ſibi poſteriſque retinere. ſed etiam ob defectum pecuniæ alii dominium directum ſuperioribus pro certa ſumma in ſua bona conceſſerunt,ea lege, vt ipſi poſtea de iisdem tanquam vaſalli rurſus inueſtirentur. alii propter prius contractum æs alienum idem iuris creditoribus ſuis attribuerunt. alii allodiales terras diviſioni inter liberos obnoxias in feuda redegerunt, vt primogenito conſuleretur, & potentiæ neruis in vnum glomeratis ſuus familiæ ſplendor multitudine liberorum in poſteritate non grauaretur. Cauſa fuit ſingularis quæ Vlricum primum Friſiæ orientalis Comitem mouit, vt Imperii ſe beneficiarium profiteretur, ne populus colla iugo eriperet. Ratione accipientium oblatio facta,vt proprietatem rerum, quam aliter conſequi non potuiſſent, tali feudificatione tandem acquirerent. Quis autem non videt ſingulos iſtos caſus ita eſſe comparatos,vt quilibet ſpeciales ſuas rationes habeat a generaliori feudorum iure diſcedentes, quas qui ignorant, non poſſunt non infinitis erroribus ſeſe exponere. confer. Hertivs *l. c.*

parte

parte II. & III. Comment. & Opuſc. Tom. II. p. 519. ſqq. add. THOMASIVS *de feudis oblatis.*

*** In controuerſiis enim feudalibus ſecundum hos gradus procedi ſolet. Primo inſpicienda ſunt verba & litteræ inueſtituræ & conventionis feudalis antiquioris, *die alteſten Lehn-Briefe*, hæ quippe fundamentum exiſtunt, omnium inueſtiturarum recentiorum, prima enim & antiquior inueſtitura ſequentibus præualebit, ſiquidem ſibi inuicem deprehendantur contrariæ, & ſi in vltimis aliquid contra tenorem prioris inveſtituræ mutatum, hoc præſumitur errore factum eſſe, adeo, vt ſi plures poſteriores a prima diſcrepent, error videatur continuatus. ROSENTHAL *de feudis C. VI. Concl. 69. n. 16.* ſecundo attenduntur ſpeciales locorum vel curiæ dominicæ conſuetudines, vel ſtatuta. Prius autem ius vel conſuetudo magis ſpecialis eius loci, vbi vel ſitum eſt feudum, ſi de ipſa re feudali quæſtio eſt, vel vbi feudalis contractus celebratus eſt, ſi de ipſo contractu ſit controuerſia, antequam ad ius particulare commune perueniendum, reſpici ſolet, quia ſemper localia iura derogant prouincialibus, & nouiora antiquioribus. Tertio recurrendum eſt ad ius prouinciale. Quarto demum ad ius commune ſubſidiarum ſiue conſuetudines Longobardicas. confer. celeberrimi CASPARIS HENRICI HORNII *Iuriſprudentia feudalis Longobardo-Teutonica Cap. I. §. XXXVII. p. m. 34. ſqq.*

IX.

Iuri Feudali communi illuſtrando plures ſuam addixerunt operam, * iſtis vero iungendi omnino ſunt, qui ad Dicaſteriorum & Curiarum vſum reſpiciunt hodiernum, nec ſpernendi, qui deciſiones & conſilia Feudalia ſcripſerunt: ** namque & hæc iurisprudentiæ pars haud paucis capitibus doctorum auctoritati non vltimum locum concedit. ***

* Quos poſt ERICVM MAVRITIVM *in Nomenclatore ſcriptorum in ius feudale.* & GOTHOFREDVM ANTONIVM recenſet D. STRVVIVS *l. c. §. IV.*

** D. STRVVIVS *l. c.* §. *X.*

*** Confer. D. a BEVST *l. c. qu. 23. p. 20.*

X.

Plura in iure Feudali occurrunt vocabula exotica, quibus intelligendis adhibenda erunt Gloſſaria. * Hauriendis autem fundamentis huius ſtudii ordine compendiorum maxime proficient tyrones. Sed in tanta librorum iſtorum diuerſi admodum pretii copia, ne operam perdas, multum intereſt, quem ſequaris. Germanos parum iuvat vnius Longobardici iuris cognitio, niſi patrii mores adiungantur. Tales igitur inſtitutiones hic inſeruient, quæ bina hæc iunctim tractant, & ſingularum legum, qualem in foris habent, vſum hodiernum concinna methodo proponunt. **

* c. g.

* e. g. CAROLI DV FRESNE *Gloſſarium ad ſcriptores mediæ & infimæ latinitatis.* Pariſiis 1678. f. *Francofurti* 1681. f & 1710. f. *ibidem.* HENRICI SPELMANNI *Gloſſarium Archæologicum.Londini* 1687. f. LINDENBROGII *Gloſſarium;* quod Codici legum antiquarum ſubnexit, quem ſecutus eſt STEPHANVS BALVZIVS, qui Capitularibus regum Francorum ſimile quid addidit. Sic quoque FREHERVS ſcriptoribus rerum Germanicarum tale gloſſarium adiunxit, quod ipſum cum reliquis Freherianis tomis cura illuſtris STRVVII noſtri longe auctius propediem publice ſiſtetur. Vtinam vero clariſſimus SIMON amicus atque fautor meus honoratiſſimus, quem inter cetera Cimelia Schilteriana poſſidet, pretioſiſſimum theſaurum, IOHANNIS SCHILTERI *Gloſſarium Saxonicum,* in quo elaborando beatus vir ſtupendum certe laborem ſuperauit, totius eruditioris orbis admirationi atque vſibus exponeret. hoc opus reliquis omnibus facile palmam præriperet, vnde publicationem eiusdem, ſui auctoris famam mirum in modum aliquando aucturam eſſe, certisſimum exiſtit.

** Quod præſtitit B. GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS *ſyntagmate ſuo iuris feudalis.* vbi ſingula huius doctrinæ fundamenta methodo elegantisſima plenisſime tradit. Breviora compendia ſunt B. STRYKII *examen iuris feudalis.* IO. SCHILTERI *ad ius feudale vtrumque Germanicum & Longobardicum intro-*

introductio, ſeu Inſtitutiones ex genuinis principiis ſuccincte concinnata & ad fori feudalis hodierni vſum directa. nec non GOTTLIEB GERHARD TITII *Teutſches Lehnrecht.* Vnicum hic addere lubet monitum D. IACOBI FRID. LVDOVICI *Colleg. iur. feud. diſput. I. th. vlt.* De eo denique hic quæritur: quo ordine ius feudale addiſcendum, vtrum ante ius ciuile, an poſt illud, an ſimul cum eo? Optima methodus eſſe videtur, vt, quia interdum etiam in iure feudali principia iuris Romani applicanda, primo vel exacta vel aliqua ad minimum iuris ciuilis notitia hauriatur, & deinde ad ius feudale, denique vero ad ius publicum progreſſus fiat. Ergo eum qui Inſtitutiones iuris ſibi familiares reddidit, iuris feudalis auditorem cum fructu iam eſſe poſſe, non dubitamus.

CAPUT VIII.

DE IURIS PUBLICI PRVDENTIA.

I.

IUs publicum ad bonum immediate & directo publicum alicuius reipublicæ homines obligat. * Complectitur leges ac conſtitutiones ad ſtatum reipublicæ, eiusdem gubernationem & conſeruationem ſpectantes. ** Huius iurisprudentia eſt habitus practicus, leges ad gubernandum & conſeruandum reipublicæ ſtatum immediate

te facientes intelligendi, easdemque obuenientibus actionibus moralibus & ciuilibus publicis commode applicandi, vt inde bonum reipublicæ eueniat. ***

* Quia publica Imperantium auctoritate ad id proponitur, vt res atque negotia ad publica vniuerſi ſtatus commoda proxime ſpectantia ita dirigantur, vt felicitatem ſtatus promouere atque conſeruare posſint. Alias etiam illud publicum dicitur, quod vel publica omnium, vel eorum ſaltim, qui rei ſummæ præſunt, autoritate natum ſit, quomodo ius omne, etiam quod priuatum nuncupamus alioquin, publicum dicitur. ita intelligenda ſunt dicta PAPINIANI in l. 3. ff. *Qui teſtam. fac. poſſ. Teſtamenti factio non priuati ſed publici iuris, eſt.* Idem ſtatuitur *in l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid.* & *29. ff. de Teſtam. tutela.* ſed impropria hæc ſignificatio eſt a cauſa ſolum efficiente deſumpta, quod recte obſeruauit FIBIGIUS *in Electis iuris publici ſemidec. I. n. 19.* add. HAHNIUS *ad Weſembec.* tit. de iuſtit. & iur. p. 30. FRANZKIUS *Comment. ad Pandectas ad eundem tit. num. 91.* Aliquando publici appellatio ſolam denotat naturam obiecti ſine reſpectu ad finem habito, veluti quando id publicum dicitur, quod vel ipſum vel eius vſus iure gentium ad omnes, vel alio iure ad populum ſingularem vel vniuerſitatem demum pertinet, ea enim omnia publica dicuntur. ſic Imperator *in §. 2. Inſt. de R. D. Flumina,* inquit: *omnia, & portus publica ſunt. Ideoque ius piſcandi omnibus com-*

mune

mune eſt in portu fluminibusque. add. §§. *ſeqq. ibid. & l. 14. pr. l. 65. §. 1. ff. de A. R. D.* Atque hac ratione rebus applicatur notio hæc, non ſolum iis, quæ ex commodo ſunt reipublicæ, ſed etiam ſi eiusdem damnum contineant, quomodo non infrequenter dicitur damnum & ſcelus publicum. confer. ERICVS MAVRITIVS *de principiis iuris publici Germanici Cap. I. §. 7. p. editionis Hertii 7.* ſed hæ accceptiones huius loci non ſunt, quod ex dictis iam patet, ex dicendis vero clarius fiet.

** Hinc rectiſſime laudatus ERICVS MAVRITIVS *l. c. Cap. II. §. I.* tradit, ius publicum nihil diuerſum videri a legibus, quæ directo & principaliter, vel, quod idem eſt, executione & intentione ad conſtitutionem & conſeruationem alicuius reipublicæ ſpectant. Quam ſuam ſententiam vlterius ſic explicat: Eſt nempe ius publicum ex eorum genere, quæ entia per accidens, & quidem per aggregationem & ordinem Philoſophis vocantur, quale quid etiam legem eſſe, dubio vacat. In eorum autem definitione loco generis, vel accipitur vocabulum aliquod compoſitionem ſignificans, vel latius aliquod ens per ordinem, quod tamen ante ſit definitum. Sunt vero leges, iure publico, proprio ſenſu dicto, aliquid latius, & ante definitæ; vt legitimum adeo hoc genus ſit. Nolui autem vti vocabulo, quod ſignificaret compoſitionem, vel, vt Philoſophorum aliqui vocant, coordinationem: Qualecunque eſſe poterat, ſine confuſione aliqua iurisprudentiæ

Gg publi-

publicæ & iuris publici, quæ differunt tamen, adhiberi non poterat. Dixi, quæ directo & principaliter ſpectant ad bonum commune alicuius reipublicæ, vt eo melius diſtinguatur a iure priuato; nempe in hoc etiam *intentione quidem reſpicitur commodum publicum, quod ex priuatorum rebus bene ſe habentibus demum exſurgit, at non directo tamen id agitur. Nec legislator executione ſua in iis cauſis reſpicit ad aliud bonum quam priuatum*, vt bene obſeruat FRANZKIVS *Comment. in Pandectas ad tit. de iuſt. & iure n. 92.* cuius & hæc, quæ recitauimus, verba ſunt. *Alicuius Reipublicæ*; non autem Germanicæ ſolum, ideo diximus, ne in generali publici iuris definitione peccaretur, deſcendendo ad ſpeciale ius publicum Germaniæ noſtræ, quod non BRAVTLACHIVS *l. 1. Cap. 1. §. 2.* ſolum, ſed plures recentiorum alii faciunt, qui duo hæc noxio errore confundunt. Accurata ſane philoſophandi ratione hæc dicta ſunt, neque vero termini, quibus traduntur ſcholaſtici, te offendent, ſi modo, quemadmodum in procemio nos monuimus, aliquantulum temporis atque ſtudii iſtis addiſcendis inſumſeris. Sunt & alia præſtantiſſima nonnulla iuris publici ſcripta, quod ἐν παρόδῳ te hac occaſione monitum velim; quorum fructum atque verum ſenſum, ſi cognitione iſta fueris deſtitutus, nunquam percipies. Neque iam quæritur an iſti ſcriptores res præclaras ita inuoluendo rectiſſime fecerint, ſed quid requiratur ad id, vt nos in præſentia eorundum laboribus haud ſpernendis

dis

dis queamus frui. De IACOBI LAMPADII opere *de Republica Romano-Germanica* nonnulli iudicant, quaſi nimium philoſophiam ſaperet, atque diſtinctiunculis Metaphyſicis hanc diſciplinam longe nobiliſſimam corrumperet. De his autem reſpondet I. G. SVLPICIVS *de ſtudio iuris publici recte inſtituendo & de ſcriptoribus eo pertinentibus. Diſſertat. p. m. 27. Vereor enim an hoc iudicium probent, niſi qui in philoſophicis diſciplinis plane hoſpites eſſe deprehenduntur; quin enim vniuerſalis Philoſophiæ auxilio expediri facile poſſint, de quorum definitione alii, iſtius imperiti, fere deſperabunt, nullus dubito. Et quis de iurium Maieſtatis natura, diuiſioneque ac inde ſurgente Reipublicæ mixtura, feliciter diſſerere poterit, non adhibita diſcretione ſubiecti Maieſtatis, vel Reipublicæ eſſentiæ, ac exiſtentiæ, ab eodem inuenta, ex quo deinceps alii ſapuerunt.* Sed e diuerticulo in viam.... Quod modo deſcriptum fuit ius publicum variat pro diuerſitate Rerumpublicarum, ſuum enim peculiare ius publicum quælibet gens habet, ac plerumque tale, vt cum alterius gentis publico iure ea in parte, qua ius publicum expoſitione oritur, pugnet, vt recte FIBIGIVS *quæſt. 2. in Elect. n. 7. dixerit: Quot ſunt Imperia legitima, tot etiam ſunt iura publica.* cum quo conſpirat HERMANNVS CONRINGIVS *in notis ad Lampadium de Republica. in præfat.* Sic Gallorum longe aliud eſt ius publicum quam Germanorum, quod eorundem ſcriptores ſatis teſtantur, quales e. g. ſunt STEPHA-

NVS PASQVIER. *Recherches de la France.* BRET *de la ſouvraineté du Roy.* LVPANVS *de Magiſtratibus & præfecturis Francorum.* DV VERDIER *Eſtat de la France.* vt huius gentis hiſtoricos, THVANVM, GRAMONDVM & alios, qui conſuetudines gallicas ſuis ſcriptis illuſtrarunt, heic taceamus. In Anglia ius publicum repetebatur Regum tempore ab antiquis & recentioribus eorum hiſtoricis, Legibus atque Iurisconſultorum libris. Talis FLETA *de differentiis Curiarum.* DAVIDIS IENKINSII *Lex Terræ.* BRACTONVS ac alii. Huc pertinentia quoque habet THOMAS SCHMIDIVS *de Republica Anglicana* & CAMDENVS. ſed etiam ipſe Regicida Kromwellus ſuis turbis & tyrannidi aliquod ius publicum prætexuit in libro eiusdem iuſſu divulgato, cui titulus: *Ratio conſtitutæ nuper Reipublicæ Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, cum Inſulis aliisque locis eius ditioni ſubiectis, penes Dn. Protectorem & Parlamentum.* quem ex Anglicano verſum deinceps typis ſuis Hagæ Comitis deſcribi curauit anno 1655. Adrianus Vlacq. de recentiori Angliæ ſtatu elegans eſt tractatio *dans l'êtat preſent de la grande Bretagne apres ſon heureuſe vnion, par* GVY MIEGE. Suecorum publicas leges antiquiſſimas exhibet volumen iuris Suedici ſub titulo *Schweriges Landz och Stadzlagh* anno 1656. Holmiæ excuſum. quæ ad recentiora tempora faciunt, exhibet IOHANNIS LOCCENII *Hiſtoria Sueo-Gothica.* Polonorum ius publicum comitiorum potiſſimum decretis nititur, ex

MAR-

MARTINO CROMERO *de origine & rebus Polonorum*, SIMONE STAROVOLSCIO, quē edidit HERMANNVS CONRINGIVS. & inprimis ORICHOVII Annalibus, præcipua, quæ ſuperiorum ſunt ſeculorum, cognoſci poſſunt. Quæ propiorem noſtram ætatem concernunt, ea PAVLVS PIASECIVS in *Chronicis geſtorum in Europa ſingularium* luculentius ſubminiſtrat. Hiſpanorum Iuris publici veſtigia apud eorundem ICtos, Hiſtoricos & reipublicæ deſcriptores pasſim extant. huc facit HISPANIA ILLVSTRARA. Venetorum pleraque CASPAR CONTARENVS tradit in libro *de Magiſtratu & republica Venetorum*. ſed de ſingulis his agentem vide MAVRITIVM *l. c. §. II. ſqq.* vbi plura huc facientia inuenies. De iure publico Cermanico, quod ab aliarum gentium, inprimis Romanorum, iuribus publicis probe diſcernendum eſt, nos iam pro inſtituti ratione dicemus plura.

*** Equidem GOTFRIDVS FIBIGIVS *l. c. Semidecade II. qu. 3.* nullam agnoſcit ſpecialiter dictam iurisprudentiam publicam, ideo quia vna iurisprudentia Romana obiectum habet ius ciuile Romanum, quatenus conſideratur vt totum integrale, diſpeſciturque in partes integrantes (non autem ſpecies) priuatum & publicum ius. ſed eundem falli ſatis demonſtrauit MAVRITIVS l. c. §. XIII. ſub cuius finem recte ſubiicit: *Quicquid ſit, id certum eſt, qui negant iurisprudentiam hanc, litem intendere ſaltem de nomine: ceteroquin dari prudentiam, quæ verſetur circa*

ius publicum, ipſe Fibigius non diffitetur. Eſt vero hoc ipſum quod iuriſprudentiam nos appellamus publicam. de ipſa, quam dedimus, Iuris publici prudentiæ definitione videatur GABRIEL SCHWEDERVS *Introduct. in Iuspublicum Imperii Romano - Germanici nouiſſimum. Part. General. Cap. I.* vbi ſingula eiusdem membra fuſius explicat, ſimulque demonſtrat, quomodo differat I. a Politica, II. a Iure priuato, III. a Ratione ſtatus & IV. vniuerſi ſtatus cognitione. tum quæſtionem proponit, An non integrum ſimulque conſultum ſit, Ius publicum in Academiis addiſcere & tractare? quam refutatis diſſentientium argumentis, quoad vtrumque membrum ſolidis rationibus affirmat. confer. D. B. G. STRVVII *Syntagma Iuris publici Diſſertat. I. §. XIV. ſqq.*

II.

Ius publicum cuiuscunque Reipublicæ tum demum ſolide intelligi poteſt, ſi prius ſtatum, * cui attemperatum eſſe debet, qualis quocunque tempore fuerit, penitius inſpexerimus: quoties enim hic mutatur & illud variare, in confeſſo eſt. Germaniam liberam olim ius Publicum habuiſſe, nulli dubitamus, idem vero, veluti tum mos erat, non iure ſcripto, ſed ſola conſtabat conſuetudine, ſingulis populis ſui mores ſtatum peculiarem concernentes erant proprii, ** deficiente communi reipublicæ noſtræ vinculo. *** Auſpiciis Caroli M. in vnam Germania coaluit rempublicam. **** Dignitates

tes temporariæ primum, poſt cœperunt eſſe hereditariæ, vt alias, quæ circa ſtatum noſtrum obſeruandæ ſunt, crebras mutationes, inprimis adauctam Pontificis Romani poteſtatem, hic taceamus. Singulæ tamen iſtæ diuerſitates non ſtatus ſolum, ſed etiam ipſius iuris nouas produxerunt periodos. *****

* Adeo diuerſa eſt huius vocis acceptio, vt recte HIPOLYTHVS a LAPIDE *de rat. ſtat. in proœm.* ſcripſerit, multos, quid ſit ſtatus, planisſime ignorare. de ſignificationibus iuris Romani agit LIMNÆVS *iuris publ. tom. I. Cap. 10. n. 1.* & ex MERCERIO *tom. IV. iurispubl. in addit. ad cap. X. num. 1. ſqq. & in diſſertat. apologetica de ſtatu Imperii ſect. I. n. 2. ſqq.* vid. SEPTALIVS *de ſtat. L. I.* Nobis vero in præſentia non ſolum ipſam regiminis formam ſed fortunam quoq; conditionem & conſtitutioné, quales quouis tempore in Imperio noſtro fuerunt conſpicuæ, hoc vocabulum deſignat. vid. CONRINGIVS *de Ratione ſtatus concluſione V.* talem ſtatum felicisſime deſcripſit SEVERINVS de MONZAMBANO ſiue L. B. SAMVEL de PVFENDORF. *de ſtatu Imperii Germanici.* cuius elegantem editionem cum notis variorum adornauit B. TITIVS Lipſiæ 1708. Add. SAMVELIS RACHELII *Introductio ad ius publicum Germanicum Cap. III.*

** Hi vero potisſimum concernebant rem militarem, dum maiores noſtri bellicam potisſimum intenderent potentiam, quod quidem

omnia eorundem inſtituta ſatis ſuperque produnt. Hæc vero ex nobiliſſimis antiquitatum Germanicarum ſcriptoribus elegantiſſime ſolidiorisque doctrinæ ornamentis exponit HERMANNVS CONRINGIVS *in exercitatione hiſtorico-politica de Republica antiqua veterum Germanorum.*

*** Confer. illuſtris STRVVII *Syntagma Hiſtoriæ Germanicæ Diſſertat. III. & IV.* Hinc & CONRINGIVS *l. c. §. XXIV. Antequam tamen*, inquit: *ad ipſa inſtituta bellica deueniamus, non poſſumus non illud in Maioribus noſtris reprehendere, & atro (quod aiunt) carbone notare, illos; quemadmodum aliæ cultiores fecerunt gentes, non in vnum conſultaſſe, aut fœdere aliquo συμμαχικῷ coniunctos fuiſſe. Imo, quod magis adhuc mirere, diſcordiis & lanienis ciuilibus ſeſe ipſi mutuo confecerunt, tantum abeſt, vt fœdera inire laborarint, aut de communi periculo propulſando cogitarint. Quo nomine ſibi & Romanis ſuis cumprimis gratulatur Cornelius noſter Tacitus c. 34. de M. G. his verbis: Maneat quæſo duretque gentibus (Germanicis) inquit: ſi non amor noſtri, at certe odium ſui, quando vrgentibus Imperii fatis nihil iam præſtare fortuna maius poteſt, quam hoſtium diſcordiam. & l. 12. Annal. hæc habet: Nibil aduerſus validiſſimas, ait: gentes iſtas pro nobis vtilius, quam quod in commune non conſulant. Rarus duabus tribusue ciuitatibus ad propulſandum commune periculum conuentus, hinc dum ſinguli pugnant, vniuerſi vincuntur.* Prio-

**** Priores quidem Reges Francorum plures Germaniæ populos ſibi iam ſubiecerant, hactenus tamen reſtabant ſoli ſaxones, quibus denique deuictis totam Germaniam Francorum poteſtati demum ſubiecit Carolus M. confer. D. STRVVIVS *l. c. Diſſertat. VII.*

***** De quibus vid. D. STRVVIVS *Syntagm. Iurispubl.* Diſſertat. I.

III.

De iſtis vero non rectius ſane ac cœcus de coloribus iudicabis, niſi rerum a primis inde temporibus in Germania geſtarum notitia, fueris imbutus. * Igitur modum, quem olim πολιτικότατος ille Seuerinus de Monzambano maximo cum fructu ſecutus fuiſſe, fertur; quando initio huius ſtudii legendis rerum Germanicarum hiſtoriis recentioribus potiſſimum incubuit: eum etiam nos in præſentia, cum Ill. Kulpiſio ** optimum omnino reputantes, Tyronibus quam maxime volumus eſſe commendatum. ita quidem, vt ab his, quæ noſtris temporibus noſtræque notitiæ propius cohærent, incipiant, ac paulatim deinde in remotiora enitantur.

* Hic omnino iungenda ſunt, quæ tradit SAMVEL RACHELIVS *l. c. Cap. XI. de Iuris publici Germanici cognitione hiſtorica. Cap. XII. de I. publ. Germ. cognitione hiſtoria Genealogica. Cap. XIII. de eiusdem cognitione Geographica. Cap. XIV. de cognitione Chronologica, ſecundum*

æram Chriſtianam. Cap. XV. de cognitione Chronologica ſecundum ſeriem Impp. Romanorum & Germanicorum.

** In *Diſſertat. de ſtudio iuris publ. recte inſtituendo.* p. m. 1. ſqq.

IV.

Vtile tamen fuerit præmittere aliquem ſcriptorem iſagogicum, qui viam ad vniverſam hanc notitiam ſternat, & potiora momenta ad reipublicæ noſtræ cognitionem facientia contextu ſuo exhibeat. * Namque ad hoc filum, ne incerti vagemur, omnis labor exigendus erit. Potiſſima vero hic cura eſſe debet, vt ſcriptorum, quos inpoſterum, ceu fontes allegare oportebit, ætatem, laudes, & vituperia, quæ ſinguli meruerunt, proinde, qua fide digni ſunt, diſtincte percipiamus: hoc enim noſſe palmarium omnino hic æſtimari debet.

* Conf. CONRADI SINCERI *laudata diſſertatio p. 5. ſqq.* huc facit inprimis illuſtris STRVVII *Syntagma Hiſtor. German.* vbi præter nudam rerum geſtarum recenſionem, quæ ad ſtatum patriæ noſtræ ſpectant publicum ſita perſequitur, vt meliores vbique ſcriptores allegat.

V.

Poſt reipublicæ noſtræ ſtatum, iura, quæ per multas vices in Germania aliam faciem induerunt, ex originariis fontibus diligentiſſime annotanda veniunt. Vbi inprimis illud cauendum, ne vetuſtatis amore faſci-

nati

nati abrogatis & obſoletis, inprimis, quando incertis ſcriptorum coniecturis ſolum innituntur, * nimium inhæreamus, ſeligenda potius ſunt, quæ ad conſtitutionem imperii noſtri, qualis hodienum conſpicitur, quadrant, atque certorum monumentorum luminibus haud difficulter illuſtrari queunt; vt hac ratione & tempori parcamus & ſolidis fundamentis noſtram ſcientiam inædificemus.

* Confer. D. STRVVIVS *Syntagm. Iur. Publ. Diſſ. I. §. I.*

VI.

Primum fundamentum iuris publici noſtri imperii Romano-Germanici, præbet connexio imperii Romani cum regno Germanico, qualem quidem temporibus Ottonis M. contigiſſe, traditum eſt. Igitur, quæ anterioribus ſeculis ſub regno Francorum vel Germanico promulgatæ fuerunt leges publicæ, quia diuerſum ſtatum reſpiciunt minus recte pro iure publico Imperii Romano Germanici venditantur, quamuis in explicandis plurimis patriæ inſtitutis vſum præbeant non ſpernendum. *

* Vid. D. STRVVIVS *l. c. §. 2. ſeqq.*

VII.

Principia iuris publici communia conſtituunt ius Naturæ & Gentium. * Principia noſtro iuri publico maxime propria, ſunt Obſeruantia Imperii, & leges ſcriptæ.

Illam

Illam regulam dicunt, per traditionem introductam, quam in rebus iure ſcripto non determinatis, decidendis expediendisque, vel in modo expeditionis in imperio Romano Germanico ſequimur, Germanice *des Reichs Herkommen*.** Eadem in diuerſis actibus iteratis tacito conſenſu Imperatoris atque ſtatuum introductis fundatur, quibus probandis præter Conſtitutiones imperiales a Melchiore Goldaſto collectas, inſerviunt acta publica, *** quibus potiſſima comitiorum capita illuſtrantur, aliaque monumenta hiſtorica ad exercitium diuerſorum iurium, cremoniarum, aliosque id genus ſolennes actus ſpectantia.

* Vid. ERICVS MAVRITIVS *de principiis iuris publici Germanici. Cap. III. p. m. 23.* conf. SAM. RACHELII *introd. ad Ius Publ. German. C. V.*

** Præter KVLPISIVM *de Obſeruantia imperii.* Conſulendus Ill. STRVVIVS *Syntagm. Iur. Publ. Diſſ. 6.* §§. *4. prioribus.*

*** Qualia LONDORPIVS olim collegit, & hodienum eduntur. veluti *Electa iuris publici, worinnen die vornehmſten Staats Affairen in Europa beſonders in Teutſchland aus bewæhrteſten actis publicis mit Beyfügung der Schreiben, Memorialen, concluſorum, Informationen, Reſponſorum Kriegs vnd Friedens Sachen in forma oder durch accuraten extract recenſiret werden.* quorum tomus primus prodiit 1709. inde vero

in

in hunc vsque diem magno ſane eruditorum applauſu hoc opus fuit continuatum. De huius generis ſcriptoribus aliis vid. D. STRVVII Biblioth. *iuris ſel. Cap. XIV.* §. *VI. ſqq.*

VIII.

Inter leges ſcriptas principe loco iſtas conſideramus, quibus iura Imperii Romani Imperatoribus Germanicis confirmantur. Talis eſt pragmatica illa ſanctio inter Ottonem M. atque Romanos interprete Leone VIII. inita. * Secundo huc facit lex in comitiis Renſenſibus de eadem materia lata.** Aliæ ſunt conſtitutiones inprimis res in Germania ordinandas corcernentes, quorſum referenda varia comitiorum placita Statuum inprimis cauſas definientia, pluresque id genus aliæ leges. ***

* Quæ anno 964. in Concilio Generali, Romæ in Eccleſia Saluatoris celebrato, a Papa Leone VIII. Senatu Populoque R. conſentiente, fuit propoſita. Apud GRATIANVM *diſtinct. LXIII. C. 23.* ſic legitur: *In ſynodo congregata Roma in Eccleſia S. Saluatoris, ad exemplum B. Hadriani, Apoſtolicæ ſedis Antiſtitis, qui Domino Carolo, victorioſiſſimo Regi Francorum & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ ſedis, & inueſtituram Epiſcoporum conceſſit: Ego quoque Leo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei cum toto Clero ac Romano populo, conſtituimus & confirmamus, & corroboramus, & per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus*

atque

atque largimur, Domino Othoni I. Regi Teutonicorum, Eiusque ſucceſſoribus huius Regni Italiæ, in perpetuum eligendi (ſcil. ſibi) ſucceſſorem, atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, *ac per hoc Archi-Epiſcopos, ſeu Epiſcopos vt ipſi ab Eo inueſtituram accipiant & conſecrationem, vnde debent: exceptis his, quos Imperator Pontificibus & Archi-Epiſcopis conceſſit: & vt nemo deinceps cuiusque dignitatis vel religioſitatis eligendi vel Patricium, vel Pontificem ſummæ ſedis Apoſtolicæ, aut quemquam Epiſcopum ordinandi habeat facultatem, absque conſenſu ipſius Imperatoris, (quod tamen fiat absque omni pecunia) & vt ipſe ſit Patricius & Rex. Quod ſi a clero & populo quis eligatur Epiſcopus, niſi a ſupradicto Rege laudetur, & inueſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc Regulam, & Apoſtolicam autoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi ſubiacere decernimus: & niſi reſipuerit, irreuocabili exilio puniri, vel vltimis ſuppliciis affici.* Æternam hanc legem, qua ſimul perpetuum Germaniæ ius Cæſareum datum, IVO CARNOTENSIS *Pannormia lib. VIII. Cap. 163.* in compendio exhibet, pariterque cum ſcholiis THEODORICVS de NIEM Verdenſis & Cameracenſis Præſul, in deſcriptione; *de inueſtitura Epiſcoporum Regum Teutonicorum.* apud SIMONEM SCHARDIVM *in ſyntagm. de Imperiali Iurisdictione p. 249.* vnde eandem *Inſtitutionum Iurispubl. Tom. II. Tit. X.* inſeruit IOHANNES SHILTERVS. add. celeberrimi

Viri

Viri IOHANNIS FRIDERICI PFEFFINGERI VITRIARIVS *illuſtratus L. I. tit. II. editionis tertiæ p. 62. ſq.* vbi plura quæ huc ſpectant ſcripta collaudantur. Huic ergo legi rectiſſime innituntur Teutonici Proceres apud GVNTHERVM in *Ligurini Lib. I.*

Ex quo Romanum noſtra virtute reductum
Hoſtibus expulſis ad nos iuſtiſſimus ordo
Tranſtulit Imperium, Romani gloria Regni
Nos penes eſt. Quemcunque ſibi Germania Regem
Præficit, hunc diues ſubmiſſo vertice Roma
Suſcipit, & verſo TIBERIM regit ordine RHENVS.

** Nimirum anno 1338. factum decretum in dictis comitiis, de Imperatoria Maieſtate, & quod ſit Imperator, qui ab Electoribus electus eſt, etiamſi a Papa non ſit vnctus, conſecratus & coronatus; apud AVENTINVM *Lib. VII. Annal.* & GOLDASTVM *Conſtit. Imperial. T. III. p. 409.* verba huc ſpectantia ſunt §. 2. *A curiatis igitur Heptarchis rebus impoſitus continuo more Maiorum, atque iure gentium Rex eſt, & vocatur. Ipſum, contra Maieſtatem Reipublicæ, decus Imperii, Legatos ad Sacerdotem Romanum, vt author fiat, copiam adminiſtrandi concedat, mittere; Eidem iureiurando fidem adſtringere, atque petere ab eo vſum Regii Diadematis, Religio eſt. Nullum barum rerum ius omnino eſt Paſtori, qui ſeruus ouium eſt, & in conſecrando domino gregi ſeruit. Quippe iure ſuffragiorum, beneficio*

ſicio Electorum, atque populi, quiſque imperat. Tandem hoc decretum his verbis concluditur: *perpetuo ſancimus edicto, nimirum ex ſolo electionis beneficio, omnem poteſtatem Imperiumque proficiſci, nec vllo pacto Pontificis Romani in hac re ſanctimonia, flaminio, authoritate, conſenſu opus eſſe. Quicunque aliter docuerit, ſenſerit, factitarit, crimine læſæ Maieſtatis reus, hoſtis Reipublicæ atque proſcriptus eſto, capite pœnas ſoluito, bona eius publica ſunto, prædia infiſcentur.* Idem fere reperitur inſecuto Ludouici Bauari edicto, quo *ſe diuino duntaxat munere Cæſarem Auguſtum* vocat. confer. STRVVIVS *l. c. Diſſert. VI. §. V.* Eodem anno adnotandum eſt fœdus electorale Renſenſe, vulgo *Churfürstliche Verein*, quo itidem ius eligendi Imperatorem confirmatum eſt. eius formulam habes apud SCHILTERVM *Inſt. I. publ. Tom. II. tit. XVII.* add. D. PFEFFINGERVS *l. c. p. 70. ſeq.*

*** Quas diligenter adnotauit D. PFEFFINGERVS *l. c. inde a p. 68. ſqq.* veteres autem Conſtitutiones ſtudioſe collegit MELCHIOR GOLDASTVS, Nobilis Heluetius, gente Heimensfeldius. De eodem vero ſic iudicat SAMVEL RACHELIVS *Introduct. ad ius publ. Germ. Cap. VIII. p. m. 40. Quia vero Goldaſtus promiſcue illas* (conſtitutiones) *congesſit, cum iudicio legendæ ſunt, ne ficta pro veris accipiantur, præſertim cum a temeritate abſolui nequeat, quod quædam ex ſuo ingenio inferſerit, titulosque ſibi commodos viſos quandoque præfixerit.*

IX.

Sed iſtæ quidem leges priorum ſæculorum plerumque temporariæ erant, imo per miſeram Germaniæ noſtræ ſortem, vbi Imperii iura paſſim conculcabantur, effectum eſt, vt incerta plane fierent publica Germaniæ noſtræ iura.* Hinc Carolus IV. anno 1356. in vniuerſalibus Comitiis Noribergenſibus & Metenſibus ſtatuum vniuerſorum conſenſu pragmaticam ſanctionem, quam a ſigillo aureo appenſo, Auream Bullam ** vocant, publicauit, eandemque in perpetuum valere iuſſit. Et ſic demum priori incertitudine iuris publici ſublata, *** Imperatoris iura circa electionem & coronationem definita, Electorum prærogatiuæ ſenſim introductæ, confirmatæ, & alia imperii iura ſtabilita fuerunt. **** Hæc lex fundamentalis, licet quibusdam in locis immutata, ***** hodie inter potiſſimos iuris publici fontes locum obtinet.

* Confer. D. Strvvivs *l. c. §. II. & VII.*

** De ſignificatione vocis bullæ egimus ſupra *Cap. VI. §. XIX. p. 413.* plura adnotauit D. Pfeffingervs *ad Vitriarii L. I. tit. II. §. 13. lit. a. p. m. 256.* Erant autem bullæ variæ, aureæ ſcilicet, argenteæ, cereæ & plumbeæ, de quibus vid. Idem *ibid.* Aurearum bullarum vero vſum etiam ante hæc tempora frequentiſſimum fuiſſe, obſeruauit præter alios Dv Fresne *Gloſſar. med. & infim. latin. voce, Bullas aureas.*

Tom. I. p. m. 711. ſqq. *Verum*, inquit inter cætera: *apud Imperatores Germanicos longe frequentior fuit aurearum bullarum vſus: Quippe Arnulphi Imperatoris bullæ aureæ recenſentur apud Anonymum Haſenrietanum in Epiſcopis Eyſtetenſibus: Henrici I. in Chronico Caſinenſi L. II. C. 31. Henrici III. C. 81. eodem libro & C. 49. L. III. Conradi apud Buchelium in notis. ad Will. Hedam pag. 166. Guichenonum in Bibl. Sebuſiana L. I. C. 17. & Ioan. a Boſco in Vienna: Henrici iunioris, apud Ottonem Friſing. L. I. de Geſtis Friderici C. 55. eiusdem Friderici I. apud Godofredum Monachum in Chron. an. 1167. & alios. Henrici VI. apud eundem Buchelium p. 178. Friderici II. apud Ioannem Villaneum Lib. VI. C. 25. Goldaſtum Tom. I. Conſtit. Imperial. p. 289. 305. in Notis noſtris ad Ioinuillam p 57. apud Buchelium. p. 202. vbi bullam ipſam exhibuit, Freherum in appendice ad tom. I. ſcriptorum Germanicorum pag. 2. Caroli IV. apud Goldaſtum p. 347. &c.* Sed etiam noſtris temporibus eædem Bullæ aureæ in vſu eſſe deprehenduntur, ſic Diploma Leopoldi I. Imp. an. 1663, 16. April, quo illuſtrem Ioh. Caſparum a Dœringen Baronum ordini aſſociauit, ſubſcriptum eſt: *deſſen zu wahrer Vrkundt, haben wir unſere Kayſerliche Güldene* Bullam *an dieſen Brieff hangen laſſen &c.* Anno 1674. Albertum Erneſtum Comitem Oetingenſem, cum ad principale faſtigium eueheretur, itidem auream bullam accepiſſe, ex Imhoffii *notit. S. R. I. Procerum* L. V. Cap. XI. §. 9. conſtat.

conſtat. Plura exempla habet D. Pfeffingervs *l. c. p. 257.* Enimuero vocabulum hoc Cæſareis Diplomatibus alias commune, huic conſtitutioni Caroli IV. de qua theſis loquitur, κατ' ἐξοχὴν tributum fuit. Ab eadem tamen diuerſa plane eſt Aurea Bulla Brabantina, quæ Conſtitutio eſt eiusdem Caroli IV. aurea bulla munita, qua, ſub dato Aquisgrani, anno Domini 1349, Indict. 2. Octauo Cal. Auguſti, Iohannis, Lotharingiæ & Brabantiæ Ducis, eiusdemque ſucceſſorum ſubditis Brabantinis conceſſit, vt ad nullum externum tribunal euocari posſint, nec, ob noxas quascunque, ſeu debita, corporis bonorumque moleſtari arreſto. Extat eius formula apud Limnævm *L. V. iur. publ. Cap. 2. §. 53. p. 66.* & Thvlemarivm *de Bulla aurea pag. 131.* confer. Pfeffingervs *p. 262. ſq.*

*** Samvel Rachelivs *l. c. C. IX. p. m. 42. oppido autem*, inquit: *falluntur illi, qui exiſtimant, ea, quæ aurea bulla continentur, demum anno 1356. Noribergæ & Metis a Cæſare & ordinibus autoritatem iuris ex illa obtinuiſſe, cum pleraque ex conſuetudine illam iam habuerint.* Sed multæ tamen de pluribus capitibus ſuberant controuerſiæ, ipſo Imperatore Carolo hoc teſtante in proœmio Aureæ Bullæ, verbis: *Tu quidem inuidia Chriſtianum Imperium, a Deo ad inſtar ſanctæ indiuiduæ Trinitatis, fide, ſpe & caritate, virtutibus Theologicis, roboratum, cuius fundamentum ſuper Chriſtianiſſimo regno feliciter ſtabilitur, antiquo veneno, velut ſerpens in palmites*

Imperiales, & membra eius propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, vt concuſſis columpnis, totum edificium ruine ſubiicieres, diuiſionem inter ſeptem Electores ſacri Imperii, per quos velut ſeptem candelabra lucentia in vnitate ſpiritus ſeptiformis, ſacrum illuminari debet Imperium, multociens poſuiſti. Sane cum ex officio, quo Ceſarea dignitate potimur, futuris diuiſionum periculis inter Electores ipſos, de quorum numero vt Rex Boemiæ eſſe dignoſcimur, ratione duplici, tam ex Imperio, quam Electionis iure, quo fungimur, occurrere teneamur. Infra ſcriptas leges ad vnitatem inter Electores fouendam, electionem vnanimem inducendam, ac deteſtande diuiſioni predicte, variisque periculis ex ea ſequentibus aditum precludendum, duximus ſanciendas &c.

**** De quibus conferenda eſt ipſa conſtitutio, quæ extat in corpore Receſſuum ſtatim ab initio. eandem exhibet SCHILTERVS *Inſt. Iur. publ. Tom. II. tit. XVIII. ſq.* Conſcripta eſt hæc conſtitutio lingua latina, partim quia hoc tum temporis adhuc idioma Imperii erat, partim vero quia ad notitiam Papæ atque italorum ſcribebatur. D. STRVVIVS *Syntagm. Iur. publ. Diſſertat. VI. §. IX. & ſqq.* vbi etiam de autographo huius conſtitutionis & verſione germanica agitur.

***** Confer. D. STRVVIVS *l. c. §. XII.* PFEFFINGERVS *l. c. p. 261. lit. t.*

X.

Hinc notanda Maximiliani I. Conſtitutio

pacis

paciſ publicæ, quæ ſanctio pragmatica vnanimi imperatoris & ſtatuum conſenſu in Comitiis Wormatienſibus anno 1495. de ſecuritate publica in imperio ſeruanda concluſa fuit. * Pro fundamento habet anteriorum Imperatorum eundem in finem propoſitas conſtitutiones, ** inter quas eminet Friderici III. Reformatio imperii. Porro inſtituto per Maximilianum iudicio Camerali, eiusdē publicata eſt ordinatio, idem circa Regimentum imperii contigit. Sed præter alias conſtitutiones Politicas Maximiliano etiam debetur ordinatio de Notariis in comitiis Colonienſibus anno 1512. facta, qua contractuum inprimis, teſtamentorum, aliorumque actuum ſolennium leges iuxta cum officio Notarii rite exponuntur.

* Extat *in corpore Receſſuum* edit. Francofurt. de a. 1707. *p. 46. ſqq.*

** Quarum Catalogum exhibet D. Pfeffingerus *in Vitriario illuſtrato L. I. Tit. II. §. 8. p. m. 70.*

XI.

Caroli V. ætate prima * conſcripta eſt capitulatio ** Cæſarea, *die Kayſerliche Wahl-*Capitulation, *** tanquam conuentio **** inter Imperatorem atque Electores ***** poſt factam electionem inita, qua ſe ad certas conditiones obligauit Imperator, quas in regendo imperio ſeruare atque in rebus maioris momenti Electorum atque ſta-

tuum conſenſum requirere velit. Hæc ipſa vero fundamentum continet communicatæ cum Electoribus atque ſtatibus imperii maieſtatis, adeoque libertatem ordinum cum Imperatoris iuribus collatam exhibet. * Cuilibet Imperatori nouiter electo ſub conditione capitulationis dignitas confertur. Quamuis autem omnes capitulationes forma quidem eſſentiali inuicem conueniant, ſubinde tamen noua capitula ſtatum præſentem concernentia, abrogatis prioribus inſeri ſolent. **

* D. PFEFFINGERVS *l. c. tit. VII. pr. lit. e. p. 837.* nomina ſcriptorum, qui hanc ſententiam tuentur, adnotauit. RACHELIVS quidem *l. c. p. 44.* longe antiquiorem facit capitulationum originem; ſed loco capitulationis, de qua hoc loco agitur, ſubintelligit mores, quibus Regibus ſub auſpicium regiminis capita nonnulla, in quæ iurarent, proponi ſolebant: vnde facile patet, quid ad hoc argumentum ſit reſpondendum.

** Dicitur a capitulis, quaſi in certa capita conuentio, vel inſtrumentum certis capitibus diſtinctum. CONRINGIVS *de Capit. Cæſ. §. 2.* confer. celeberrimi IOHANNIS WERLHOFII, *Iuris, maxime quo in foro vtimur, enucleati &c. ſpecimen I. de iure Germanis patrio vniuerſe tali. Proœm. Cap. I. p. 46.* Dicitur etiam lex regia, vbi tamen cauendum, ne eandem cum lege regia Romanorum, de qua loquitur ICtus *in l. 1. ff. de Conſt. princ.* conuenire putes: Illa quippe Impera-

peratoriam poteſtatem ampliauit, hæc autem eſt regiæ poteſtatis in Germania publica lege ab Electoribus nomine Imperii facta reſtrictio.

*** Occurrunt & aliæ appellationes, veluti: *die Kayſerliche obligation*, & deſumpta nonnunquam a loco diſtinguendi ratione, *Franckfurtiſche obligation*, *Franckfurtiſcher Contract*, *Franckfurtiſche Geſchworne pacta*, obſeruante ex publicis monumentis LIMNÆO *prolegom. ſect. I. n. 28. Die Articul in §. 11. Churfürſtliche Verein.* A. 1521. apud GOLDASTVM *polit. Reichshand. n. 3. Hochbetheuerte, geſchworne obligation*, velut locutus eſt Ferdinandus I. in literis ad ordines Confeſſ. Aug. in Comitiis an. 1555. apud ſcriptores *Compoſitionis pacis Dillingenſis C. VII. qu. 53. n. 38. Die Capitel, ſo Kayſerl. Mayeſt. in ihrer Wehlunge zu der Röm. Königl. Cron gnädigſt verwilliget hat*, vt enucleate exprimit Vlricus Dux Wurtenbergicus apud HORTLEDERVM *von den Vrſachen des teutſchen Kriegs* Lib. III. Cap. 9. p. 864. add. WERLHOF *l. c. p. 48.*

**** An Imperator per modum legis an vero per modum pacti ad Capitulationem ſeruandam obligetur, Doctores non conueniunt. Rectius tamen ſtatuunt qui per modum pacti Eundem teneri adſerunt; primo quia in ipſa capitulatione dicitur, Imperatorem conueniſſe cum Electoribus, veluti diſerte habetur in capitulatione Ioſephina *proœm. in fine. Daß wir uns demnach, aus freyen gnädigen Willen, mit denſelben unſern lieben Neven, Oheimen vnd Chur-*

fürſten vor ſich vnd ſamtliche Fürſten vnd Stande deß H. R. Reichs, Geding vnd Pacts Weiß, dieſer nachfolgenden Articuln vereinigt, verglichen angenommen vnd zugeſagt haben &c. Idem repetitur *in Capit.* Caroli VI. eodem loco. ſed præcedentes quoque capitulationes omnes nihil tradunt huic aſſerto contrarium, quin idem plane confirment. Hinc patet, Cæſarem inuitum, ex poteſtate proſcribentium, per capitulationem non obligari, ſed demum vi ſponſionis, & iuramenti, quod, acceptando eam, præſtat; cum contra leges etiam inuitos obligent. Deinde Imperator non poteſt obligari lege ciuili, quia non eſt ſubditus. Ais, vtitur tamen Imperator hac formula: *Wir ſollen vnd wollen*; reſpondetur eadem hic non inuoluit præceptum quoddam a poteſtate maiori proueniens; ſed officii duntaxat, ſeruandæque fidei, qua, per Capitulationem Cæſar Imperio ſe obſtringit, neceſſitatem & implendi promiſſa ſtudium, promiſſa enim debite ſeruanda, legi quoque naturali conſentaneum eſt. vid. D. Pfeffingervs *Vitriar. illuſtr. L. I. tit. VII. §. 4. p. m. 864.* & qui ibidem laudantur. Hoc ipſum tamen non impedit, quo minus ſtatus Imperii, quatenus conſiderantur vt ſubditi, Capitulatione tanquam lege obligentur. Vitriarivs *l. c.*

***** Nomine Imperii, quo reſpiciunt verba procemio Capitulationis Ferdinandi IV. de anno 1653. primum inſerta: *Daß wir vns demnach, aus freyen gnädigen Willen, mit denſelben*

vnſern

vnſern lieben Neuen, Oheimen vnd Churfürſten, vor Sie vnd ſæmtliche Fürſten vnd Stände des Heiligen Ræmiſchen Reichs, dieſer nachfolgende Artickel-Geding vnd Pactsweiſe, vereiniget, vertragen vnd angenommen &c. & rurſus art. vlt. 49. *Solches alles vnd iedes wie obſtehet, haben wir Ræmiſcher Kænig, den gedachten Churfürſten vor ſich, vnd im Nahmen des Heiligen Ræmiſchen Reichs geredet, verſprochen, &c.* Quæ in ſequentibus Capitulationibus etiam fuerunt repetita. PFEFFINGER *l. c. §. 3. p. 863.* ſed temporibus Matthiæ Cæſaris, ius conſcribendæ Capitulationis, quod hactenus Electores ſoli exercuerant, in dubium vocari cœpit. Rationes pro & contra, atque totius rei narrationem, pete ex, Eodem *l. c. §. 2. p. 840. ſqq.* add. WERLHOF *l. c. Cap. I. §. VIII. lit. i. k. p. 59. ſqq.*

* Confer. STRVVII *ſyntagm. iuris publ. Diſſert. VI.* §. *XIX. ſqq.*

** Vid. *Gegenwærtige Verfaſſung der Kayſerlichen Regierung in Teutſchland, wie ſolche enthalten in Ihrer Ræm. Kayſerl. Mayeſtæt Herrn Carln des VI. Wahl-Capitulation &c. præfat. §. 3.* verbis: *die erſte færmliche Wahl-Capitulation mit Kayſer Carln dem V. A 1519. errichtet worden, welche nach hero zum Grunde bey denen folgenden Capitulationen gedienet: in dem bey iedesmahl vorlæuffigen Wahl Handlungen über der neuen Capitulation immer die letzte zum Fundament gebraucht worden. Alſo iſt Maximiliani II. Capitulation nach der Ferdinandina,*

Rudolphi II. nach des Maximiliani ſeiner abgefaſſet, und hat man auff gleiche Art bey denen übrigen verfahren, doch dergeſtalt, daß die Herrn Churfürſten bald etwas hinzu gethan, bald dieſes oder ienes ſo in der Vorhergehenden geſtanden, ausgelaſſen haben, wie es nehmlich die Vmſtände und Beſchaffenheit derer Zeiten, auch die Beſorgniſſe eines ieden Eligendi Perſon, und deſſen Staats-Abſichten mit ſich brachten; welche Veränderungen zuſätze, oder Weglaſſungen, aus Gegeneinander Haltung derer Capitulationem gar leicht wahrzunehmen. vid. MVLDENERI *Capitulat. Harmon.* nec non CHRISTOPH. ZIEGLER *von denen Wahl-Capitulationen.*

XII.

Sequuntur inter leges imperii Fundamentales, Receſſus * Imperii, Germanice *Reichs-Abſchied Reichstags-Abſchied*, ** alias etiam conſtitutiones imperii, *Reichs-Satzungen, Reichs-Ordnungen; Reichstags-Ordnungen* *** appellantur. Conſtituuntur autem in Comitiis vniuerſalibus mutuo Imperatoris & ſtatuum conſenſu de negotiis imperium concernentibus. **** Huc referenda, præter nonnulla ſuperius iam relata, Ordinatio Criminalis Caroli V. Tranſactio Paſſanienſis de anno 1552. Pax religionis Auguſtæ de anno 1555. aliæque ordinationes Monetariæ & Politicæ. * Aliquando receſſibus prima-

mariis articuli quidam ſecreti adiiciuntur atque in Archiuo Moguntino aſſeruantur, ne pateant, qui receſſus ſecundarii germanice *die Neben Abſchiede* ** appellantur.

* IOH. OTTO TABOR *Racemat. Criminal. p. 439.* quæſtionem, vnde dicantur Receſſus? quemdam iocabundum ſic reſoluiſſe tradit: quod ab illis multi recedere, nec quisquam iis morem gerere amet. FIBIGIVS *Elect. iurispr. ſemidec. 8. qu. 2. n. 14.* quod ſint inſtar ſecretorum Imperii Receſſus animorum, ſiue cogitationes reconditæ Cæſaris Statuumque Imperii; vel quod per eas a variis diſcenſionibus recedatur, appellatos exiſtimat. Rectius vero IO HELVICVS SCHVTZIVS Receſſus dictos putat, quod ſub ipſum diſceſſum, vel Receſſum, ſeu poſt conſultationes & deliberationes definitas, conſtituantur atque deinceps recedatur. ERICVS MAVRITIVS *de Receſſibus Imperii* §. *VI. p. edit. Hertii.* 130. Idem ſentit L. B. de LYNCKER *diſq. 6. ſont. decis. illuſtr. p. 34.* & WERLHOF *l. c.* §. *IV. lit. e. p. 7.*

** *Weil es der Abſchied, damit die Stande von einander ſcheiden.* Idem *ibid.*

*** MAVRITIVS *l. c. in fine.*

**** Propterea recte definiuntur, quod ſint leges vniuerſales, ab Imperatore & ſtatibus in Comitiis Imperii Romano Germanici de negotiis Imperium concernentibus legitime latæ & promulgatæ. Quamuis enim Imperator & vniuerſum Imperium ad receſſus obligantur ex conuentione

tione, arg. *der Erklærung des Landfriedens zu Augſpurg* de anno 1500. vbi in fine proœmii traditur: *Daß wir auch - - - mit den obbenannten Churfürſten, Fürſten vnd gemeiner Verſammlung gegenwærtiges Reichs-Tags dieſer nachfolgenden Ordnung, Satzung, vnd Artickeln vereinigt, vertragen, vnd deßhalb mit vnd gegen einander in Contracts-Weiß vereinigt, verpflicht vnd verſchrieben haben &c.* Confer. R. I. Ratisbon. d. an. 1500. Art. 84. §. 3. *vnd wir Churfürſten*, ibi: *vnd wir, mit ſeiner Kœniglichen Gnaden, in Contracts Weiß, verpflicht vnd verſchrieben haben &c.* R. I. Auguſt. Anno 1510. in fin. proœm. verb. *Inmaſſen VVir vnd Sie vns deß mit einander laut eines Anſchlags deshalb allhie auffgericht, vereinigt vnd vertragen.* confer. PFEFFINGERVS l. c. tit. II. §. 10. lit. b. p. m. 73. vbi plures huc facientes textus congeſſit. Attamen ſinguli ſtatus, & qui in Imperio viuunt, iisdem tanquam legibus vtique tenentur. D. STRVVIVS *l. c.* §. *XXXIII.* Hinc non ſolum dicendæ ſunt ſponſiones, quod vult DANIEL OTTO *Diſſertat. iuridico-politica de iure publico Imperii Romani. Cap. 12.* aliique laudati MAVRITIO *l. c.* §. *VI. p. 129.* Vt vt enim per ſpoſionem ſtatuum mutuam conſtituantur Receſſus; non tamen ipſa ſponſio, ſed quod ex ſponſione naſcitur Receſſus fuerit. Vniuerſales autem hæ leges dicuntur, non quod omnes Imperii ſubditos, omnes Receſſus obſtringant, cum quædam iis contineantur, quae concepta ſint in certum perſonarum genus, qualis e. g.

eſt *der Ræm. Kayſerl. Mayeſt. vnd des Heil. Reichs Reuter Beſtallung* ad ſolos milites potiſſimum ſpectans. ſed quod normam omnibus in Imperio viuentibus eius ordinis præſcribant. In conficiendis ergo Receſſibus cum Imperatore concurrunt ſtatus qua coimperantes, & caractere hoc in ipſo pariter Receſſus condendi actu, vigore Inſtrum. pac. Weſtphal. §. 2. Gaudeant. & poſt Receſſum conditum ſuperioritatis territorialis intuitu, inſigniti, ad differentiam Procerum Ariſtocraticorum Ciuiumque Democraticorum, qui Imperii ſaltem participes fiunt, dum lex fertur; ea vero ſemel lata priuatorum cenſu iterum veniunt. PFEFFINGERVS l. c. lit. c. Porro improbanda videtur Receſſuum definitio, quam dedit ſæpe laudatus FIBIGIVS dum eosdem deſcribit, *quod ſint leges de iis, quæ ad Reipublicæ adminiſtrationem ſpectant negotiis, Cæſaris ſtatuumque conſenſu conſtitutæ, & ab Imperatore ſolo promulgatæ.* Namque primo præter ea, quæ ad adminiſtrationem Reipublicæ ſpectant, plura complectuntur, quæ ad conſtituendã & augendam Rempublicam pertinent, quod, ſi opus eſſet, pluribus exemplis comprobare poſſem. Deinde neque illud perpetuum & vniuerſale eſſe, quod promulgatio & publicatio ſoli Imperatori adſcribitur, probare contendunt ex procem. *Kœnigl. Satzung vom gemeinen Pfennig* de a. 1495. & ex verbis *ordin. Cameral. de an. 1555. procem. in fin. Welche mit Rath, zuthun vnd Vergleich der Churfürſten, Fürſten vnd der Stænde, durch eine ſondere Conſtitution in das Heilige Reich publicirt worden.*

Quia

Quia Receſſus feruntur in comitiis, ad eosdem intelligendos inprimis ad eorundem originem indagandam, comitiorum rationem addiſcamus, neceſſum eſt. Vtiliſſima proinde reputari debet opera laudati iam D. PFEFFINGERI qui *l. c. a pag. 73. ad pap. vsque 169.* præcipuorum Imperii conuentuum ſolennium, a Reipublicæ incunabulis, ad ſeculum vsque a Nato Saluatore quartum decimum indicem, ſelectiſſimis monumentis inſtructiſſimum, admirabili plane ſtudio congeſtum, exhibet: Recentiorum vero *tit. V. ibid.* in vitis Cæſarum, ordine conuenienti, mentionem facit. Tandem conficiuntur Receſſus ſermone vernaculo, hoc quidem modo; Imperator materias Imperium concernentes in Comitiis proponit, de iisdem deliberant ſtatus, atque ſecundum maiora formant Concluſum trium Collegiorum, quod vocatur *ein Reichs Gutachten*, de eo cum Imperatore conueniunt, vsque dum ab ipſo adprobetur, ex quo in formam Receſſus redigitur, publicatur atque in Archiuis Imperii adſeruatur. D. SRVVIVS *l. c. Diſſ. VI. §. XXXIII.* & *Diſſert. XXII. §. XIII. ſqq.*

* Omnes enim Imperii leges in Comitiis vniuerſalibus concluſæ dicuntur Receſſus, quamvis inter eosdem reperiantur, qui a ſpeciali obiecto proprium nomen ſortiti ſunt. D. STRVVIVS *l. c. D. VI. §. XXXI.* WERLHOF *l. c. §. V.* Et hi quidem dicuntur Receſſus primarii.

** *De*

** de quibus agit MAVRITIVS *de Receſſibus* §.*XIII.* WERLHOF. *l.c.* §.*IV. lit. e. p. 7.* D. STRVVIVS *l. c.* §.*XXXII.* Exemplum receſſus ſecundarii occurrit in R. I. *Ratisbon. d. An. 1541.* §. *60. Und nach dem wir ſammt Churfürſten, Fürſten und gemeinen Ständen &c. verglichen und entſchloſſen, wie ſolches in einer ſondern Schrifft neben dieſem Abſchied auffgericht, eigentlich begriffen iſt.* nec non in *Rec. Imp. Auguſt. d. An 1559. p. edit. Francofurt de a. 1707. 694. tit. Neben Abſchied zu Augſpurg durch die Kayſerl. Majeſtät, Churfürſten, Fürſten und Ständ verglichen, 1559. dieſe hernach geſchriebene Articul ſo durch die Röm. Käyſ. Majeſtät unſern allergnädigſten Herrn mit Churfürſten, Fürſten und Ständen des Heiligen Reichs und der abweſenden Räthen, Bottſchafften und Geſandten, jetzo auff den Reichstag allhier zu Augſpurg abgehandelt, ſollen bey der Mayntziſchen Cantzley verwahrlich behalten werden, dieweil Sie im Abſchied ausgelaſſen worden.*

XIII.

Notandi hic quoque veniunt Receſſus imperii particulares, quales ſunt Receſſus Deputatorum imperii *die Reichs Deputations Abſchiede,* * qui in comitiis Deputatorum concluduntur. Receſſus Circulorum *die Crayß-Abſchiede,* ** qui ambo vniverſalem in imperio obligandi habent auctoritatem. Alii ſunt receſſus Prouinciales *die Landtags-Abſchiede,* qui de rebus pecu-

liares

liares prouinias ſpectantibus, Principis atque ordinum prouincialium conſenſu conficiuntur. ***

* Fieri ſolet, vt interdum extra comitia vniuerſalia, *Allgemeine Reichstage*, ſtatus vniuerſi paucis certa negotia delegent, qui vicem tamen omnium ſuſtinent, confer. IOH. HENRICI HORNII *Iuris publici prudentia cap. VI. §. IIX.* quod diſerte ſtatutum reperimus in *R. I. Auguſt. d. a. 1555.* §. *65. ſo ſich dann abermahls &c.* ibi *vnd die Sachen ferner nothwendig zu Beſœrderung gemeiner Wohlfahrt berathſchlagen, vnd von wegen ihr ſelbſt, auch anderer Stande erwegen &c.* & in Rec. I. *Ratisbon. d. a. 1557.* §. *75.* vbi agitur de cauſa viſitationis, hæc leguntur: *dazu wir, an ſtatt de Ræm. Kayſerl. Maieſtæt, vnſers lieben, Bruders v. Herrn, vnd für vns, vnſere Commiſſarien geben wollen, die auff den Sonntag Exaudi, d. 30. Tag Maii ſchierſt zu Speyer einkommen, vnd folgends berührt, auff künfftige Viſitations-Handlung zu berathſchlagen furnehmen, auch ſich darinn von wegen vnſer vnd gemeiner Stand, vber dieſe Articul der Viſitation vergleichen, vnd was durch ſie alſo verglichen, entſchloſſen vnd verabſchiedt, das ſoll im Reich gehalten, ins Werck gericht vnd vollnzogen werden.* add. WERLHOF *l. c.* §. *VI.* vbi etiam de extraordinariis deputationibus *Reichs-Ausſchus,* quæ in ipſis vniuerſalibus conventibus fiunt, tractat. Nimirum, quando nimia expedienda veniunt negotia, vel alia etiam a paucis melius videntur poſſe examinari, certa extra ordi-

ordinem Deputati conſtituuntur ex ſingulis collegiis, & quidem vtriusque Religionis pares, pro qualitate negotii plures vel pauciores, hi conuentus inſtituunt illo tempore, quo nullæ fiunt deliberationes publicæ, negotia propoſita examinant, & quid ipſis videatur, *ihr Gutachten*, Moguntino proponunt, qui illud cum reliquis ſtatibus communicat, & ſi ab iisdem approbatum, vim habet concluſi Imperialis. Sic per eiusmodi deputationes extraordinarias in Comitiis de an. 1653. examinata fuit cauſſa Capitulationis perpetuæ, negotia Cameralia & Tribunalium Imperii, negotium de obæratis debitoribus, atque alia. D. STRVVIVS *l. c. Diſſ. XXII.* §. *XXXV.*

** Vid. WERLHOF *l. c.* §. *VII.*

*** D. STRVVIVS *l. c. Diſſ. VI.* §. *XXXV.*

XIV.

Plures quidem receſſuum diuerſis vicibus prodierunt collectiones, * eædem vero vt plurimum multis næuis laborant, imo potiores receſſus non complectuntur. Nouiſſima editio Francofurti an. 1707. recúſa, quia recentiores quoque receſſus continet, hodienum optima habetur. Vbi de genuino receſſuum ſenſu quæſtio ſuboritur, eidem definiendæ adhibenda exempla ſingulatim ſtatim finitis comitiis publicata, quippe ab erroribus collectionum plerumque immunia. Ad cognoſcendum quid de quauis materia in receſſibus Imperii decretum, inſeruiunt ſcriptores, qui receſſus in locos com-

munes digeſſerunt. ** Neque prætereundæ eruditorum in Receſſus Imperii Commentationes; *** hæ quippe, ſi modo recto ordine, cum iudicio adhibeantur, ſtudia noſtra iuris publici multum adiuuare poſſunt.

* De collectionibus receſſuum tractat ERICVS MAVRITIVS *de Receſſibus Imp. §. XXXVI.* Cæterum, inquiens: aliquot ſeculis nulla Receſſuum huiusmodi facta eſt collectio. Primum enim, quod ſciamus, vno volumine Anno 1527. Spiræ typis deſcripti ſunt. Inſcriptio libri iſta, *Alle vnd iede des Reichs Ordnungen ſampt der Gulden Bull vnd Abſchieden &c. Aus Befehl Kayſerl. Majeſt. Stadthalters vnd Regiments im H. Reich zuſammen geleſen durch Peter Trachen, Schultheiſſen zu Speyer.* Inſecutæ editiones Moguntinæ anni 1548. 1552. 1559. 1567. 1599. 1607. 1614. 1615. 1621. 1642. quam excepit demum vltima anni 1660. omnes vero imperfectæ. Nec enim Receſſus alios quam ab anno demum 1356. promittunt quidem. At tanto tempore quod ab illo anno vsque ad Caroli M. ætatem fuit, nulla fuiſſe comitia, nullos Receſſus, nemo hactenus dicere auſus eſt: ac ſi auderet aliquis, ipſa ratione, Hiſtoria & exemplis eorum, quæ habet Goldaſtus & Lehmannus refelli poſſet. ſed & illo tempore nullæ conſtitutiones Imperii ab an. 1356. ad annum vsque 1441. ibi exhibentur, & fuiſſe tamen plures teſtantur vel illa ſolum, quæ in Chronico ſpirenſi collegit Lehmannus &c. Nec imperfectæ ſolum ſunt

Re-

Receſſuum Imperii editiones; ſed, quod dolendum merito, multo plurimis etiam tum veteres tum poſteriores imprimis laborant vitiis.) Adducemus aliquot, vnde id liquido cunctis patere poſſit, exempla. *In der Regiments Ordnung zu Augſpurg an. 1500. Tit. der Türcken halb* in omnibus editionibus corruptiſſime legitur: *VVeiter haben wir nicht ohne Beſchwerung vnſers Gemuths betracht, vnd zu Hertzen genommen, wie ſchwerlich der Feind Chriſti der Turcke ſein Macht nicht weiter* (nonnulla exempla habent *nicht weiter*) *dann bißher, in die Chriſtglaubige Gewalt geſteckt*: pro *noch weiter*, vt legitur in editione huius Receſſus ſpirenſi an. 1527. Correcta a Petro *Trachen* Sculteto; aut, vt habet exemplar quoddam manuſcriptum huius Receſſus: *ietzo ferner*. Receſſus Spirenſis an. 1542. §. *wo dann alſo &c.* in editione Moguntina legitur: *durch die vngeordnete Einnehmer*, pro *durch die Vndergeordnete*. *In der Kayſerl. Erklærung* tit. 12. §. penult. legitur corrupte: *Hiemit wollen wir dem Vngehorſam nichts abziehen; dann die* Kinder *ihren Eltern ſchuldig*, pro *dem Gehorſam*. *R. A. zu Augſpurg 1555.* §. *ob auch der Oberſt*: ibi, *daraus ſollen ſie in Beyſeyn der Beſchædigten und deriengen ſo die Sache nicht belanget*, (edit. veteres habent *nit*) *zu halten*: pro *mit belanget*. *Cammergerichts Ordnung* de an. 1555. p. 2. tit. 23. *Es wære dann daß die Sache und Handlung, daruber die Kayſerl. Mandata zu erkennen gebotten*, pro *verbotten*. vt habent reliquæ ordinationes &

 latina

latina verſio Gobleri. *R. A. zu Augſpurg a. 1559. §. ſolche furfallende*, in fine, ibi, *die in Iahrsfriſt dem Cammer-Gericht verpflicht geweſen*, pro, *nicht verpflicht geweſen. Muntz-Ordnung zu Augſpurg* de an. 15 9. *§. vnd damit dieſe &c.* legitur, *doch wo die Kraiſſtande befinden, daß von nœthen wære zween probation Tage Iæhrlich gehalten werden*, pro *daß nicht vonnœthen wære zween.* Vidit hoc iam pridem Goldaſtus, qui vt ipſe commemorat *im Rechtlichen Bedencken von confiſcationen der Zauberer Guter* p. 140. deſtinauerat ideo in lucem edere libellum inſcriptum: *VVarnung von denen zu Maintz bey Behen, Albin, vnd Strobecken gedruckten Reichs Abſchieden.* ſed morte præuentus quod facere animum induxerat, vel non abſoluit, vel ſaltem libellus ille alicubi latet ineditus. Conferendus omnino WERLHOF *l. c. §. XIII. p. 87. ſqq.*

** Quem modum obſeruauit NOE MEVRER *Im Handbuchlein aller Reichs Abſchiede vom erſten Rœmiſchen Kayſer bis auff Rudolpum II. Mayntz 1610 8vo.* Pleniori apparatu idem egit FRANCISCVS FRIDERICVS ab ANDLER in corpore conſtitutionum Imperialium. add. illuſt. STRVVIVS *Bibl. iur. ſel.* cap. XIV. §. III.

*** De quibus vid. STRVVIVS *l. c. §. XXII.*

XV.

Laudauimus iam collectores actorum publicorum Imperii noſtri, quod ad demonſtrandam Imperii obſeruantiam plurimum conferant. Sed & in cognitione le-

gum ſcriptarum non minor eorundem æſtimatio eſſe debet, inprimis quod recentiores * attinet, qui ſtatum comitiorum hodiernum variorum monumentorum editione exponunt. Sed quia Imperio noſtro nunquam non cum aliis regnis res agendæ occurrunt, quas, niſi iſtorum regnorum ſtatum pernoſcamus, recte intelligere nequimus; ideo quæ ad hanc cognitionem ducunt, Acta publica diuerſorum Europæ Statuum ** perficiendo noſtro ſtudio tanquam fontes rectiſſime hic iunguntur.

* Quales ſunt IOAN. CHRIT. LÜNIG *Archiuum imperii des teutſchen Reichs-Archiv. Monatlicher Staats Spiegel.* ANTONII FABRI *Staats-Cantzley. Electa iuris publici.* de quibus vid. D. STRVVII *l. c.* §. 5.

** Idem *ibid.* §. 9. *ſqq.*

XVI.

Poſthæc ſciendum, occaſione ſpecialium quarundam controuerſiarum in Imperio noſtro inter Status ſubortarum varia ſcripta prodiiſſe; veluti de iure primogenituræ, de Electoratu Bauariæ, de Vicariatu Palatino, de tutela Electorali, aliisque momentis, * quibus haud raro, ex ſtudio partium ipſa iura Imperii atque Statuum, interpretatione plane peruerſa, in alienum ſenſum detorquentur. ** Hinc opus eſt, vt antequam eiusmodi libros euoluamus, de meritis vtriusque cauſæ probe ſimus in-

formati, ne ſpecioſis, quæ ſubinde proponuntur, rationibus, reipſa tamen parum aptis, agamur in transuerſum.

* D. STRVVIVS *l. c.* §. *XIX.* iſtorum nomina conſignat.

** Audiamus Io. G. SVLPICIVM *Diſſert. de ſtud. iuris publ. recte inſtituendo. p. m. 12.* cautelam huc facientem prudenti conſilio inculcantem. *Ceterum*, ait: *inter iuris publici ſcriptores, alii in formam artis ſecundum præcepta methodi, vniuerſam iſtam ſcientiam collegerunt; alii, ſingulis argumentis deſcribendis fuerunt occupati; nonnulli per occaſionem, aut libris ſubſidiariis, huc aliquid operæ contulerunt. De quibus antequam partitim dicamus, in vniuerſum notari debet, in ſcriptoribus illis multa occurrere, quæ Reipublicæ notitiam interiorem impediunt, niſi quis penitius eos præcognouerit. Ne enim dicam, neglectu præſidiorum neceſſariorum, multos veram rerum indolem nec ipſos perſpicere valuiſſe, certum ſane eſt, aliquos vel partium ſtudiis, vel animi quadam propenſione, in hanc aut iſtam Reipublicæ formam, nimium inclinante, fuiſſe inductos, vt de rebus & iuribus publicis commentarentur, non quæ reuera fuerant, ſed quæ illi optauerant: nonnullos etiam ad certum ſcopum diſciplinam ſuam a vero rerum habitu longe diſcrepantem, attemperauiſſe.* Hinc ſequuntur exempla huius effati ab aliis Regnis petita, poſt quæ p. 15. noſter autor ſubiicit: *Atque huius generis ſpecimina plura vtique Reſpublica etiam noſtra*

contin et, ab eo potiſſimum ſeculo, quo Religionis diſſidium exortum, ac in hunc vsque diem, multa praeterea accedente animorum conſiliorumque diuerſitate caetera, reperitur continuatum. Videas enim hic ſcriptorum nonnullos ſoli Imperatori omnia vindicare; alios ſolis ſtatibus & in his quosdam Electores ita euehere, vt caeteros penitus deprimant, alios ex aduerſo, per omnia Principes iſtis penitus exaequare, Ciuitates vero Imperiales vel nullo, vel minus debito, habere loco, ita vt partium ſtudiis omnia videantur eſſe conturbata &c. ſed & hoc addendum eſt, aliam eſſe rationem eorum, quae a Doctoribus Academicis, publico inſtitutionis more, ſuper eiusmodi argumentis traduntur; aliam illorum, quae a certae cauſae patronis, in diſceptatione publica, quae ſingulis pro ſuo tantum iure vigilare, ſibique vnice profutura, allegare omnino licet, ab alterutra partium auctoratis, proferantur: nam quae in his iuſta partium defenſio eſt, in illis nimium ſtudium haberi debet, quorum officio continetur, vt non vnius tantum, ſed vtriusque litigatoris rationes aequaliter exponant.

XVII.

Idem obſeruandum circa ſcriptores iuris publici, qui totam hanc ſcientiam ad leges methodi informam artis collegerunt. Et hic magna circumſpectione opus, ne incauti, quem ducem ſequamur, qui in deuia & errores a legitima meta longiſſime remotos, nos abripiat. hinc laborandum, vt antequam lectioni nos accingamus, con-

ditionem auctoris, qui præ manibus eſt, penitus habeamus perſpectam.*

* Svlpicivs *l. c. ſqq.*

XVIII.

Nolumus hic repetere, quæ aliquoties iam de compendiaria ſtudiorum ratione ſupra monuimus, eadem quippe & in præſenti loco dicta ſint. Plura autem huc accommodata ſcripta in promtu habemus; ſed præferenda ſunt, quorum tractatio methodo certa conſtat & fontibus legum hiſtoriarumque ipſis, non ſolis riuulis innititur. Hanc laudem præter Gabriel. Schwederum, Henr. Cocceium, Gottlieb Gerh. Titium, Ioan. Schilterum, aliosque,* inprimis meruit Ill. Burcard Gotthelff Struvius noſter.** Eiusmodi operi, quando initio laboris viua doctoris ſolide eruditi, fidelis vox breui expoſitione accedat, legumque ipſarum & fontium ſedulo ratio habeatur, felices in iuris publici ſtudio profectus non temere ſpondemus.

* Quos recenſet D. Sstrvvivs *l. c.* §. *LX. ſqq.*

** In elegantiſſimo *ſyntagmate Iurispublici Imperii noſtri Romano Germanici ex fontibus hiſtoriarum, Legibus Imperii fundamentalibus, Actis publicis, Diplomatibus & obſeruantia Imperii collecto atque ad præſentem ſtatum accommodato.*

XIX. Am-

XIX.

Ampliora iuris publici ſyſtemata, nec non ſcriptores, qui diuerſas materias, Imperatoris ſtatuumque iura ſpectantes, ſpeciatim pertractarunt, alibi ordine recenſentur, vt ſi eorum Catalogum hic pertexeremus, plane actum ageremus, inprimis cum eruditorum de quouis ſcripto iudicia typis exſcripta legi poſſint, & nos, quantum hæc noſſe interſit, ſupra notauerimus. *

* Confer. SVLPICIVS *l. c.* STRVVIVS *l. c.* §. 45. *ſqq.*

XX.

Tandem ad conſummandum hoc Iuris publici ſtudium, ſi facultates, ſi occaſio ita ferant, peregrinationes ad præcipuas Germanorum Principum aulas, ipſaque comitia Ratisbonenſia, iudicia Imperii, Aulicum & Camerale inſtituendæ: ibidem praxis eorum, quæ legimus prius audiuimusque ex ipſo rerum actu diſcenda, & quæ dubitationis quid habere videntur, ex viris vſu rerum ſpectatis exquirenda atque diligentiſſima obſeruatione ſcriptis, ſed concinno ordine, annotanda erunt. * Sic enim amplos itineris fructus, ſic demum ſolidam patriæ & iurispublici, quo regitur, notitiam, fortunante diuino Numine felices conſequemur, ſimulque digni euademus, quibus reipublicæ patriæ, publico bono gubernandæ, partes concredantur, ſic tandem pulcherrimam la-

borum noſtrorum ſpem ex aſſe impletam, magnâ animi voluptate, tanquam recte factorum mercedem, nobis poterimus gratulari.

* Commentarii loco optime huc quadrant dicta SVLPICII ſiue KVLPISII, quæ habentur in laudata ſæpius diſſertatione *de ſtudio iuris publici p. m. 96. ſqq.* Quoniam vero, inquit; multa hic occurrunt, quæ literis conſignari neutiquam ſolent, ergo commercium ſuccedit cum viris pragmaticis, vſuque rerum ſpectatis, id quod peregrinationibus, literis, Colloquiis familiaribus inſtitui poteſt atque obtineri. Primum ſe elegiſſe præfert Seuerinus de Monzambano, quando Monaſterio, ad Ratisbonenſia Comitia ſe abiiſſe, inde cæteras Germaniæ præcipuas aulas, Cæſaream, Saxonicam, Brandenburgicam, Brunſuicenſem, Palatinam Neoburgicam, & Electoralem Moguntinam ac Wurtembergicam, denique luſtraſſe, operoſius deſcribit. Illuſtre eſt hoc medium, ſed cuius ſcopum pauciſſimi reuera attingunt, propter inſignes abuſus, queis ipſæ peregrinationes corrumpuntur, ſicut de his quidem prudentiorum infinitæ querelæ extant, qui de cætero regulas quoque egregias ſubinde proponere non deſinunt, ad quorum ductum adornari debeant peregrinationes, quales heic intelligimus. Præſtitit illud Iuſtus Lipſius, peculiari Epiſtola ad Philippum Lanoyium, quæ in centuria prima, viceſima ſecunda eſt, integra vero diſſertatione Ioh. Henricus Bœclerus de peregrinatione

natioue Germanici Cæſaris, quæ hoc loco excellenter commendari meretur Alterum, quod in literarum communicatione, quam Correſpodentiam, latinitatem inſuper habentes, appellant, conſiſtit, quo ſumtuoſum minus, ita difficilius, vel periculoſum magis eſſe ſolet, vel enim tam apertè animi ſui ſenſa proponere non audent ſcriptoi es, vel vbi liberius factum hoc fuerit, ab aliis epiſtolæ tales intercipi facile, ſæpe etiam inſciis & inuitis autoribus in publicum proferri poſſunt: obuia ſunt paſſim ſpecimina huius generis magna & multa, quid vero de eiusmodi publicatorum conſilio haberi, & qua ratione ſcriptores ſecretiorum literarum vel defendi poſſint, vel excuſari, ſingulari epiſtola demonſtravit Chriſtophorus Forſtnerus, cum ſuo exemplo tale quid fuerat expertus. Alius ſummis viris hic modus adamatus eſt, quorum literæ mutuæ, in Bibliothecis aſſeruatæ quanti æſtimari debeant, norunt qui vltra vulgus ſapere didicerunt. Vltimum quod in conuictu ac Colloquiorum conſuetudine poſuimus, latiſſimum ſimul ac vtiliſſimum haberi debet. Antiquis hoc maxime in more poſitum erat, vt Nobiles adoleſcentes, non niſi in contubernio & comitatu magnorum Ducum ac Legatorum, peregre eſſe paterentur, vt ſub his quaſi magiſtris militiam ac ciuilem prudentiam condiſcerent, a quo licet hodierna conſuetudo valde deſciuerit, tamen veteris inſtituti veſtigia ſubinde apud cordatiores licet reperire; non loquor de his, qui in ſeruitiis publi-

blicorum negotiorum tractatorum conſtitui, frequenti horum aſſuetudine egregiam rerum ciuilium notitiam ſibi compararunt, ſed de illis qui profeſſa opera ex tali conuerſatione proficere intendunt. Ita, quem modo laudauimus Chriſtophorum Forſtnerum, vergentibus ad ſenectutem annis, nobiliſſimos quosdam ſecum habuiſſe hoſpites, nouimus, quibus tum cæterarum rerum ſcientiam, tum præcipue notitiam publici ſtatus ex longa Reipublicæ adminiſtratione partam luculentiſſime inſinuauit, & quæ in ſecretioribus antea habuerat, liberaliter communicavit, qui quanta vbertate percepta receſſerint, vel ſolum nuper defuncti B. Portneri exemplum teſtari poteſt. Verum non patiuntur, ſe regulis iſtis concludi, quæ ratione occaſionum, ſæpius captanda magis, quam eligenda ſunt: aliis hoc, aliis iſto frui medio conceditur, nonnullis omnia junctim patent; de ſe ſane Thuanus in Commentariis de vita ſua ingenue fatetur; plura ſe in literis hominum literatorum, & amicorum conſuetudine, quam proprio labore profeciſſe; atque iterum in opere hiſtorico, per peregrinationes in adoleſcentia, virorum illuſtrium, tota Europa, aut per literas aut coram contraxiſſe familiaritatem Gallorum inprimis, qui res magnas ſub Regibus geſſerant, commemorat.

CA-

CAPUT IX.

DE

JURISPRUDENTIA MILITARI.

I.

REm militarem, quatenus artem & rationem militandi denotat, plures ex ipſis antiquitatibus deſcripſerunt: * quorum opera ad intelligendos optimos priorum temporum ſcriptores plane ſunt vtiliſſima. alii ſub eadem notione ius militare complectuntur, quod ipſum ex Conſtitutionibus principum militaribus, nec non obſeruantia bellica repetendum eſt.

* Huc ſpectant opera Lipsii, Salmasii, Valtrini, Schelii, inprimis Gabrielis Navdæi *Syntagma de ſtudio militari ad illuſtriſſimum Iuuenem Ludouicum ex Comitibus Guidiis a Balneo.*

II.

Hoc ius, quod rationi belli * ſæpius innititur, vel prudenter ordinandam militiam, ** officiaque bellica, terreſtria atque marina, reſpicit, & publicum vocari poteſt; vel ſingulorum militum actiones & commoda concernit, cum variis priuilegiis, quæ iſtis annexa ſunt, vel ad animaduerſiones delicto-

rum

rum militarium refertur, & priuatum audit. Namque nullus vel princeps vel populus vnquam temere bellum geſſit, quin & militarem circa iſta capita exercuerit legislationem *** aut peculiares mores obſervaverit. ****

* Quæ dicitur eſſe principum practicum ex certo belli ſtatu habituque petitum, efficax ad producendam concluſionem, qua ſub æſtimatione iuſti rectique excuſatur vel defenditur id quod abſolute & ſimpliciter ſpectatum iuſtum rectumque non eſt, ita eandem definiente B. Auunculo VLRICO OBRECHTO *Diſſert. VIII.* cuius rubrum habet *de Ratione Belli vulgo, Raiſon de Guerre.* Ex hac fit e. g. yt ipſi ciues ad Imperantis nutum nulla immunitatis ratione habita, caſtra ſequi, præſentiſſima vitæ pericula & mortem ipſam nonnunquam ſubire teneantur. qua de re elegantiſſima eſt tractatio SAMVELIS PVFENDORFII *in Diſſert. de Obligatione aduerſus patriam. §. XX. p. m. 24.*

** Cui inſeruit *Bellator prudens & politicus vtriusque fortunæ euentus expendens, graphiceque militaris rei artificia ac diuerſos belligerandi modos repræſentans, Variis tum priſcis tum recentioribus exemplis monitisque neceſſariis illuſtratus tradente* IACOCO LE-BLEV *Gieſſæ 1666.* Et *Herrn* LAZARI VON SCHWENDI *Kriegs-Discurs von Beſtellung des ganzen Kriegsweſens und von deſſelben Aemtern.* quem notis illuſtrauit CHRISTOPHORVS LOBRINVS *Dreſdæ 1676.*

Ad

Ad totius Imperii noſtri Romano-Germanici militiam pertinet eruditum ſcriptum, FABIANI GVSTMEIERI *Fecialis Germanicus ſive Diſſertatio de ſummo Regimine bellico Imperii Romano-Germanici.*

*** Eſſe quippe & belli ſicut pacis iura ſine quibus communitas bellica conſiſtere nequit, rectiſſime monet GROTIVS *de iure Belli & Pacis prolegom. §. XXIII. ſqq.* idemque per ſingula momenta in ipſo opere ſatis ſuperque comprobat. Huc quoque tendit IOACHIMI BVRGERI *Dedicatio*, *ſingularibus obſeruationibus iuridico-politico-militaribus* præmiſſa, hic enim reiectis, quæ vulgo in opprobrium vitæ militaris proferri ſolent, dicteriis, eiusdem dignitatem &, quæ in bellis vbique obtinere debet, iuſtitiam, paucis ſed ſelectioribus argumentis collaudat. Vnde L. B. de SCHWENDI *im Kriegs-Diſcurs p. m. 79. Gute Policey vnd Ordnung muß vnten dem Kriegs-Volk nothwendig ſeyn vnd erhalten werden,* ad quem locum confer. LOBRINI *annot.*

**** Veluti Germani noſtri antiquiores fecerunt, de quibus infra dicemus.

III.

Sed hoc loco notandum, quod, licet olim celebratiſſima fuerit Romanorum belligerandi ratio, atque plura iuris Militaris Romani veſtigia paſſim occurrant, id ipſum tamen tanquam vnicum principium huius ſcientiæ hodie non debeat agnoſci,

quin

quin potius ad propria cuiusuis ſtatus iura erit reſpiciendum. Sane Germani, nos vituperio digni eſſemus, ſi neglecta primorum noſtrorum fortitudine, ipſis Romanis toties decantata, * ſola Romanorum arma ſeruaremur, inprimis cum non deſint ſcriptores, quorum auxilio iſtam indagare licet, quos proinde in honorem patriæ noſtræ primo loco collocatos volumus.

* Sic SENECA *de ira lib. I. cap. XI. Germanis quid animoſius? quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur innutriunturque, quorum vnicum illis cura eſt, in alia negligentibus*, & CÆSAR *in Comment. L. VI. Vita omnis*, (Germanorum) *in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit*. Porro Germanos antiquos potentiam inprimis bellicam tanquam publicum ſcopum intendiſſe, eorundem ſingula ferme inſtituta & viuendi ratio ſatis produnt, de quibus eruditam habemus Exercitationem hiſtorico-politicam HERMANNI CONRINGII *de Republica antiqua veterum Germanorum*. add. PAVLI HACHENBERGI *Germania media Diſſert. IV. de re militari veterum Germ. §. I. ſqq.*

IV.

Quæ de legiſlatione Germanorum ſuperius in genere dicta ſunt; ad hanc quoque materiam referenda: nam pauciſſimas inuenimus priſcis temporibus apud Germanos leges bellicas ſcriptas, dum militaria eorundem negotia moribus magis, quam legi-

legibus ſcriptis innituntur, attamen ſparſim nonnullæ leges bellicæ in collectionibus antiquiorum legum Germanicarum deprehenduntur, quæ vel expeditionum bellicarum modum, * vel pœnas delictorum in caſtris commiſſorum concernunt.

* Conf. Dv Fresne *Gloſſar. med. atque infimæ latinitatis, voce, hoſtis.*

V.

Ex iuribus militaribus Germanorum inprimis notari poteſt iudicium haſtatum criminale, *das Spieß-Recht*; quo aduerſus temeratores diſciplinæ militaris vtebantur, itaquidem, vt reus coram iudicio criminali rite conuictus damnaretur aduerſum haſtatos decurrere, qui eundem haſtarum mucronibus transfodiebant. *

* Plenius hoc iudicium deſcribit Ivstvs Georgivs Schottelivs *de ſingularibus quibusdam & antiquis in Germania iuribus & obſeruatis. Cap. XXVII.*

VI.

Hodie quicunque armorum iure gaudent, idem ſcriptis comprehenſum * in certos articulos componere, militibusque per tubas vel tymbana, prout equites ſunt vel pedites, publicare ſolent; ** hi ipſi articuli poſtea normam iudicii militaris conſtituunt. Iisdem vero perdiſcendis inſeruire poterit corpus iuris militaris vno volumine conſtitutiones militares Imperatorum Romano-

rum, Regum Galliæ, Angliæ, Sueciæ, Daniæ Poloniæ: liberarumque rerumpublicarum Belgii & Heluetiorum, Electorum porro ac ſtatuum imperii exhibens. ***

* Ad eiusdem cognitionem manum ducere poſſunt IOHANNIS SIMONIS SEYFRIDI *Diſſertationes de habitu iuris militaris hodierni maxime Germanici.* nouiſſime quoque D. PAVLVS CIESIVS *Mediationem academicam edidit de ſtudio militari Huiusque intuitu Bibliotheca ſpeciali conſcribenda in vſum illorum qui etiam militarem amant Prudentiam.* Hic auctor opus promittit in cuius ſect. I. tradentur Rei artisque militaris Belliquе ac pacis materiæ, ſi non omnes, tamen plurimæ, quibus ex ſcriptoribus & Interpretibus locos & contenta ad materias illas facientia inſerere eosque ita illuſtrare meditatur. Sectio II. comprehendere debebit eosdem Authores iuxta ſeriem Alphabeticam, atque recenſebit ea quæ ad hiſtoriam reſpiciunt literariam. Quod quidem vtiliſſimum huius ſtudii futurum eſſe inſtrumentum, non eſt cur dubitemus, inprimis ſi conſultiſſimo auctori ea, quæ ad ſuum ſcopum publice expetit, ſcripta ex voto ſubmittentur, & ea diligentia, quam meditatio allegata requirit, euoluantur.

** Quemadmodum hoc obſeruatum videmus in edicto quodam Ducis Brunſuico-Luneburgo-Cellenſis duellari. d. 8. Iun. an. 1680. *Vnd damit ſich keiner mit der Vnwiſſenheit entſchuldigen könne, iſt vnſer gnädigſter Befehl, daß die-*

dieſes Patent bey allen Compagnien zu Pferde, mittels gewœhnlichen Trompeten-Schalls, bey der Infanterie aber bey allen Quarniſonen, ingleichen bey einzeln in denen Flecken vnd auff dem Lande logierenden Compagnien durch den Trommelſchlag publiciret, vnd in allen Corps des Gardes affigiret werde. add. B. ADRIANI BEYERI *Iuris militaris prudentia L. I. tit. III. th. 3. §. 2.*

*** Quale eſt *corpus Iuris Militaris, an. 1709. Francofurti ad Mœnum editum.*

VII.

Alii iuris militaris prudentiam in certam artis formam redegerunt, * ſuccincta compendia publico Studioſæ iuuentutis bono proponentes. Ad horum ductum huius iuris principia ordine percipi memoriæque mandari poſſunt. Neque vero ea ſolum, quæ iure ſcripto continentur, ibidem explicata rebusque iudicatis ** confirmata inueniemus, ſed &, quæ ſola obſeruantia ſenſim ſenſimque inualuerunt, & quotidie noua introducuntur, eodem loco annotata perſpiciemus. Vt proinde non rectius, quam a libellorum horum lectione ſtudium iuris bellici queamus exordiri.

* Hoc egit IOANNES VOETIVS *libro ſingulari de iure Militari.* Et præter alios B. ADRIANVS BEYERVS *in prudentia iuris Militaris Ienæ 1712.* edita.

** Quæ etiam in Iurisprudentia militari inſignem vſum habere noſcuntur, vnde qui easdem

collegerunt, ſuam laudem merentur. Eiusmodi autem, vt exemplum adlegem, ſunt CASPAR. MATTHIÆ SCHWARTZII *deciſiones Militares, oder Rechtliche Entſcheide einiger Fælle, welche wegen einiger Militair Perſonen Gerichtlich angebracht, erœrtert vnd abgethan worden*, leguntur in laudato Corpore iuris militaris *part. I. p. 414. ſqq.* Huc quoque referendæ BVRGERI *obſeruationes militares*, plures eiusmodi deciſiones complexæ.

VIII.

Non ſolum autem Ius Militare in multis capitibus a reliquis iuribus plane recedit, * ſed ipſe quoque proceſſus bellicus & forma, modusque agendi in caſtris vſitatus ab actionibus aliorum iudiciorum toto, quod aiunt, cœlo diſcrepat. Eo magis ergo curandum, vt cum iure Militari modum, quo idem applicari ſolet ad facta ſingularia, condiſcamus.

* Vide e. g. quæ conſignauit CVNRAD DIETERICH im Diſcurs *vom Kriegs-Raub vnd Beutten*. Et GABRIEL NAVDÆVS *de ſtudio militari L. II. Cap. XIV. n. 2. p. 769. ſqq.* ſed, vt alia nunc mittam, idem ſatis patet ex iure criminali, quod circa delicta militum propria obſervari ſolet, nam milites plerumque rigidius ratione horum delictorum puniuntur, quod inde ab antiquiſſimis temporibus ſic obtinuiſſe hiſtoriarum monumenta teſtantur. TACITVS iam dixit: *Delicta militum nulla venia proſequi vſu ſalubre*

eſ

& miſericordia melius ſemper apparuit. Et VALERIVS MAXIMVS : *Aſpero & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget, quia vires armis conſtant, quae vbi a recto tenore deſciverunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur.* conf. *praefatio corpori iuris militaris* ſupra laudato praemiſſa. & IOHANNIS FERDINANDI BEHAIMB *Miles delinquens iuſte puniendus, aggratiandus & conueniendus. Obſeruat. XLVIII. p. 131. ſqq.*

IX.

Quod inſtitutum promouebunt non ſolùm ordinationes militares inter alios articulos conſpicuae &, quae his innituntur, introductiones illae in praxin iuris militaris paſſim editae, * ſed idem iuuabunt inprimis nouellae ex caſtris relationes, & conuerſatio eorum, qui quondam iuſtitiarii bellici munere functi, aut alio modo iudiciis bellicis ipſi interfuerunt. Ex his enim ſpecialia plura in ſcriptis fruſtra quaeſita prudente indagatione ſaepenumero conquirere licebit. **

* Huc facit *kurtze Inſtruction vnd Anleitung von Formirung des proceſſus bey denen Kriegs Gerichten nach heutiger Art, vnd was dabey zu obſeruiren.* quae in Corpore iuris militaris primo loco ſtatim poſita eſt. Addendae ſunt CHRISTOPHORI LOBRINI *in theoria vnd praxi beſtehende Kriegs-Gerichts Obſeruationes.* IOH. ANTON. DOELFFERI *proceſſus iuris militaris informatiuus* & inprimis D. IACOBI FRIDERICI LVDO-

VICI *Einleitung zum Kriegs-Proceſs.* hoc ſcriptum ideo maxime commendandum, quod concinno præ aliis ordine conſtet, &, quæ ad iuris dictionem ſpectant militarem, luculentius, quam hactenus factum fuit, exponat.

** Suo exemplo hæc confirmat Conſultiſſimus LVDOVICI qui *l. c. in præfat. §. VI.* ait: *In Ermanglung der Kriegs Gerichts Ordnung habe ich erfahrner Männer heraus gegebene Bücher nachgeſchlagen, mich auch mündlich bey einem und dem andern, von welchem ich gründliche Nachricht vermuthet, befraget. Dann ſonſt hætte ich zum œffteren gar keinen gewiſſen Grund haben kœnnen. &c.*

CAPUT X.

DE

JURISPRUDENTIA PRACTICA.

§. I.

Jurisprudentia practica eſt habitus practicus ſecundum modum & formam in iudiciis vſitatam ex præſcripto legum cauſas obuenientes tractandi & diiudicandi, * eo fine, vt ius ſuum, quod aduerſarii vel ignorantia vel malitia priuatis deſideriis indulgere noluit, publica auctoritate quilibet obtinere

nere queat. ** In hoc autem potiorem ſalutis publicæ partem poſitam eſſe dudum profeſſi ſunt Leo & Anthemius, Auguſti, quando Aduocatos non minus humano generi ſuæ defenſionis viribus prouidere, quam ſi præliis atque vulneribus patriam parentesque ſaluarent, diſerte pronuntiarunt. *** Sed etiam perficiendo iuris ſtudio praxin potiſſimum eſſe neceſſariam, cordatiores omni æuo agnouerunt. ****

* Conferenda hic omnino ſunt, quæ tradit Ericus Mauritius *in Introductione ad praxin forenſem* antehac Conſiliis Kilonienſibus præmiſſa, poſtea vero cum aliis Eiusdem Diſſertationibus & opuſculis opera Ioh. Nicolai Hertii Francofurti 1692. edita. hic enim, quid proprie theoria ſit atque praxis, & quo maxime modo a ſe inuicem diſcrepent, paragraphis prioribus, ſolidis rationibus demonſtrat.

** Vid. B. Samuelis Strykii *Introductio ad praxin forenſem caute inſtituendam. Cap. I. §. I.*

*** In *l. 14. C. de Aduocat. diuerſ. iudicior.*

**** Hinc Iuſtinianus Imperator in ipſo ſtatim Pandectarum limine illa Vlpiani legi voluit: *ICtos non boni ſolum & æqui notitiam profiteri, ſed & æquum ab iniquo ſepanare, licitum ab illicito diſcernere.* In omnium ore verſatur illud Cæſaris: *Vſus omnium rerum optimus Magiſter.* & Ciceronis effatum: *Nec Medicos, nec Imperatores, nec Oratores, quam-*

 vis

vis artis praecepta perceperint, quicquam magna laude dignum, ſine exercitatione conſequi poſſe. Sic etiam diſerte PINELLVS dixit: *theoriam ſine praxi, digeſtam ſolidamque iuris cognitionem* præſtare non poſſe, ſecutus, vt MAVRITIO *h. c. §. V.* videtur, BALDVM in *l. Æmilius ff. de minoribus.* qui licet verbis minus accuratis, eo tamen, quo intelligi voluit, ſenſu non abſurdis, *Practica*, ait: *eſt ſcientia legum digeſtiua:* & paulo ante: *Leges in ſcholis deglutiuntur, in palatiis vero digeruntur*, & deinceps, *tunc leges ſapiunt quando practicantur.*

II.

Qui vero iſta laude ſe dignos præſtare cupiunt, præter ſcientiam ſolidam * & integritatem genuinam, cauta prudentique rerum gerendarum, vt aliquando polleant dexteritate, omnibus viribus ſatagant. Sed quæ ſemita ad hanc prudentiæ arcem breui itinere, nec incerta ſpe, nos ducet? Equidem prioribus ſeculis in ampliſſimo hoc campo anxie ſæpius tyrones & incerti vagabantur, dum ſaltem ad ductum collegii Digeſtorum hinc inde, tractatione minus cohærente, obſeruationes practicæ de forma concipiendi libelli, probationibus, exceptionum generibus aliisque capitibus ſigillatim a Doctoribus proponerentur. ** Sed hodie ſalua res eſt, quippe peculiari nunc labore id curarunt recentiores, vt ſingula huius ſcientiæ capita certis regulis probe connexis, & ad

ſta-

ſtatum præſentem iudiciorum accommodatis, facili methodo exponerent, neque ore ſolum, ſed eruditis quoque ſcriptis *** ſtudia hæc adiuuarent. Hæc ſi modo noſcamus, iisdemque legitime vtamur, non eſt, cur de felici ſucceſſu deſperemus.

* Inueniuntur tamen, qui ſub prætextu, ac ſi ad praxin parum conferrent, quæ hoc loco ceu fundamenta inſeruire debent, negligunt, idemque aliis perſuadere ſatagunt. In iſtos vero graviter inuehitur ANTONIVS FABER *in præfatione*, quam præmiſit libris *de Erroribus pragmaticorum.* *Facti*, ait: *audaciores pragmatici iam alioqui per imperitiam procliuiores quam par eſſet, ad negligenda ea omnia, quæ ad meram veramque iuris ſcientiam pertinent, (ſola, vt quidem arbitror, aſſequendæ eius deſperatione) adeo ſibi placent miſeri & blandiuntur, vt quaſi nihil ſcientia conferat ad praxin, illam omnino negligant, hanc vnam ſectentur. Quæ res, mirum eſt, quantas in tribunalibus lites, ac potius tragœdias excitarit. Quemadmodum enim theoria ſine praxi, aut nullius, aut perexigui certe vſus eſt, ita nihil reipublicæ pernicioſius, quam ſi per eos qui iura & res forenſes tractant, praxis a theoria ſeiungatur. Nam, quod iam olim comicus dixit, Homine imperito quid iniuſtius? quid ineptius? Aut quid ad inducendos errores accommodatius, quam ſi in reddendo iure propriam cuique animi ſententiam pro ratione ſequi, & neſcio quo æquitatis commentitiæ obtentu, le-*

gibus illudere paſſim concedatur?. Mos enim ſolennis ille eſt iſtiusmodi hominum, vt ſiue delirent, ſiue recte ſentiant, (quod nonnunquam, ſed caſu, euenire neceſſe eſt) omnia referant ad æquitatem, quam pro arbitrio ſibi fingunt, vt magni non iuris tantum, ſed, quod etiam in iure præcipuum eſt, æquitatis arbitri exiſtimentur. Quod ſi ad eorum ineptias profligandas Papiniani autoritas & quod eſt conſequens, non mera ſolum, ſed vera etiam, probaque iuris æquiſſimi ratio aliqua obiiciatur, tum iſti nudis, quod aiunt, ridere dentibus, & ſubtilitates iſtas, aucupia, & apices dicere, vt quia nihil habent, quod commode reſpondere poſſint, honeſte ſaltem conticeſcant. Huc quoque appoſite faciunt, quæ apud VVLTEIVM *de Iudiciis L. I. cap. I. num. 11.* leguntur.

** De quo confer. Ill. THOMASII *Bericht von einen zweyjæhrigen curſu iuris* p. 48. n. 9.

*** Confer. *Collegium practicum* in SAMVELIS STRYKII *introduct. ad prax. forenſ.* cui notitia auctorum, qui de proceſſu commentati ſunt, præmiſſa eſt. Præcipue vero huc facit D. STRVVII *Biblioth. iuris ſelect. caput. X.*

III.

Licet autem negandum non ſit, multa obſeruatu digniſſima, antiquioribus ſcriptoribus eſſe annotata; attamen, quia per rec. imper. de an. 1554. & peculiares ſtatuum conſtitutiones multa proceſſus capita vtiliter fuerunt reformata, qui poſt hunc receſſum prodierunt ſcriptores practici recentiores, reli-

reliquis præferendi: noſtrum enim ſtatum propius accedunt. *.

* Vid. *Collegium practicum in* B. STRYKII *Introd. ad prax. for. ſect. I. §. VII.*

IV.

Solida huius doctrinæ fundamenta repetenda ſunt ex publicis imperii reliquorumque ſtatuum legibus, de proceſſus iudicialis forma ſpeciatim promulgatis. In quem cenſum referuntur ordinatio iudicii aulici, *die Reichs Hofraths Ordnung*, ordinatio iudicii cameralis *die Cammer Gerichts Ordnung*, ordinatio Dicaſterii Rotwilenſis, *die Ordnung des Heil. Ræmiſchen Reichs Rotweiliſchen Hofgerichts.* Ordinatio proceſſus Saxonici Electoralis cum ſuis reformationibus variis, & id genus aliæ conſtitutiones, proceſſum iudiciarium ſingularum prouinciarum in ſpecie attinentes. Poſthæc, quia ad iuris Canonici, in imperio noſtro dudum recepti, regulas modus agendi inforo potiſſimum fuit conſtitutus, plura inſtituta practica huic iuri ſuum originem debent, * nec aliter niſi eiusdem luminibus rite illuſtrari posſunt.

* Confer. SCHILTER *Exerc. ad ff. XIII. §. VII. & nos ſupra p. 314.*

V.

Singuli iſti fontes hodie celeberrimorum virorum eruditis commentariis exornati comparent, eoque magis ad vſum ſtudioſæ iu-

iuuentutis adaptati ſunt, dum ipſam iudiciorum praxin ſimul exhibent. Ad hanc cognoſcendam vlterius conducunt relationes votorum & deciſionum, aliæque obſervationes practicæ, quas vel ipſi Dicaſteriorum præſides, vel Aſſeſſores, magno ſane literariæ reipublicæ bono, frequentes hoc noſtro æuo prelo ſubiici curant. * Inde cuilibet prout viſum fuerit, ad rem ſuam pertinentia facili opere depromere licet.

* Confer. D. STRVVII *Bibliotheca iuris ſelecta Cap. X. §. III.*

VI.

Speciatim aliquando vſui eſſe poterunt, qui pro iudiciorum* atque fori hodierni ratione de actionum inſtituendarum modo ac diuerſitate, ** de exceptionibus, appellationibus, aliisq; articulis peculiari ſtudio commentati ſunt. Horum nomina nec nō merita in promta memoria habere, ideo maxime conſultum fuerit, vt, quamuis initio ſtudii eorundem lectioni nimis prolixæ haud immoremur, tamen, quando in foro illorum auctoritates audimus, iis non facile deterreri aut a genuinis cauſarum fundamentis abripi nos patiamur.

* Huc ſpectat inprimis CASPARIS ZIEGLERI *Dicaſtcie.* OTTO PHILIPPVS ZAVNSCHLEIFFERVS *de officio iudicis ſuppletorio.* NICOLAI VIGELII *Richter Büchlein.* de quibus vid. STRVVIVS *l. c. §.* 8.

** Huc in ſpecie referendus IOAN. SAM. STRYK *intr. de actionibus forenſibus inueſtigandis & caute eligendis.* addendæ ſunt aliorum commentationes ad tit. I. de Action.

Action. vid. D. Strvvivs *l.c. §. 9. ſqq.* vbi ſcriptores, qui de exceptionibus, appellationibus aliisque materiis practicis egerunt, ordine recenſet.

VII.

Præ omnibus autem & hic opus eſt elementari inſtitutione, qua ſolidæ praxeos regulæ traduntur, & cupida legum iuuentus breui compendio * diſcat, quid & quotuplex ſit proceſſus iudiciarius, quænam partes ſint iudicis, actoris, rei & Aduocatorum, tandem quales ſingulis obſeruandæ ſint cautelæ, ** quibus varia præiudicia euitare poſſint. Inprimis hoc tempore præter doctrinam de ordine litis forenſis, ſolennium, quibus ſingula in foro aguntur, formularum, noſtro æuo conuenientium erit habenda ratio, *** vt ſtatim poſt cognitam regularum veritatem, terminis iuridicis **** aſſueſcamus, & exercitiis practicis mox inſtituendis, cum fructu intereſſe, atque lectione ſcriptorum practicorum actorumque iudicialium, maximopere commendanda ex voto proficere queamus. His ſubſidiis inſtructi demum omnes felici ex ſchola in forum pedem mouebimus.

* Communi ferme applauſu in hunc finem adhibita fuit B. Sam. Strykii *Introductio ad praxin forenſem.* & quæ recentior eſt, D. Iacobi Friderici Lvdovici *Einleitung zum Ciuil Proceß.*

** Hac de cauſſa cuilibet praxeos ſtudioſo commendatiſſimus haberi debet Ben. Carpzovii *proceſſus iuris in foro Saxonico*, hic quippe cuiuis titulo notabilia obſer-

*** Ad hos modos explicandos facit GOTHFRID WARLEFII *diſcurſus de abbreuianda lite, oder von Zeitigung der Gerichts-Handel. Schafhauſen* 1676. 12 anno 1714. prodiit eruditum ſcriptum, D. BERNHARD KLEPPERBEINS *zufällige vnd vnvorgreifliche Gedancken, von Verminderung vnd Beſchleinigung der Proceſſe*. Add. D. STRVVIVS *l. c. §. vlt.*

IX.

Obfirmato aduerſus iniquitates pectore, eodemque, pio proximum adiuuandi deſiderio flagrante, poſt hauſta ſolida theoretica & practica iuris principia, ſtudioſus praxeos ad nobile quoddam Dicaſterium ſemet conferat, ibidemque principio, ſi non actoris ipſius, minimum attenti exploratoris partibus probe defungatur, quæ ſunt ſtyli forenſis, formamque proceſſuum diligenter notet, ſi quorundam rationem ipſe indagare non valeat, de his iuſti, prudentis, exercitatique practici conſilium exquirat, eiusdemque ductum eousque ſequatur, dum ipſe propria experientia edoctus, ſoli ſibi relictus res forenſes rite valeat expedire, ita ſpe felicioris ſucceſſus negotia ciuilia gerenda ſuſcipere, eo ipſo reipublicæ, ſingulisque ciuibus operam vtiliſſimam præſtare & veri iuſtitiæ ſacerdotis ** officio ex aſſe ſatisfacere poterit.

* Vid. HENRICI MOREELSE *ICti manuductio ſtudioſi iuris per Academiam ad rempublicam* apud VOSSIVM *de ratione ſtudiorum p.* 578. *ſq.*

** Hinc rectiſſime laudatus modo MOREELSE *l. c. p.* 577. ſcripſit: *Aduocationi vero forenſi omnes velim initiari, in eaque ſtationi pulchra ſatis & decora, perſeuerare, donec inde ad politicum aut iudiciale Reipublicæ regimen*

men euocentur, ʋtrumque prahabitis exercitiis condecorаturi: in tantum, ʋt &, cui alias integrum eſſet, magiſtratum capeſſere, ſatius puto ei foret (quod tamen ʋix perſuaſerim) honorem iſtum tanquam ſibi & Reipublicæ immaturum, tantiſper declinare: moram in aduocatoria exercitatione & praecultura, cum amplo fœnore ʋtilitatis publicæ, meritique ac dignitatis propriæ penſaturo. Peritus enim & ſubactus Aduocatus aptiſſimum lignum eſt Apollini formando.

X.

Et hæc quidem hactenus dicta ſunt, vt foribus ſaltem templi, in quo almæ Themidis ſacra adſeruantur, recludendis inſeruiant. Vbique tamen id pro viribus egimus, vt ſimul eos quaſi cominus ſtantes digito monſtraremus, qui ad intimiora ſacraria vel ipſi manu ducunt, vel, quos ſequaris, fideles ὁδηγοὺς indicant. Faxit diuinum Numen vt glorioſa, quæ legum cupida eſt, Iuuentus, cui ſoli hæ pagellæ dicatæ ſunt, aliqua ſaltim exinde commoda haurire queat. Coronidis loco ſint aurea illa Anteceſſoris Romani celeberrimi * verba, in rem noſtram pauliſper immutata: Quiſquis ab ſtudio legum ius reddere aliis addiſcit, ſciat, lõge difficilius eſſe, ius reddere ſibi ipſi, atq; ab animo ſuo propulſare iniurias corporis: quiq; totos dies a ciuili ſcientia docetur alios regere, norit, magis intereſſe hominis, regere ſemet ipſũ, nec modo cum ciuibus, dum in hac vita mortali moratur, verum & cum propriis affectionibus tuto ac tranquille ad beatã ſpem immortalitatis habitare. Quid enim prodeſt tribuiſſe cuique ſuum, exteriorisque iuſtitiæ vſu compoſuiſſe lites alienas, quando animi noſtri litigiis diſcindimur, & nobiſcum perpetuam iniuſtitiam exercemus, tradentes mentem in corporis poteſtatem, iramque atque cupiditatem ſupra rationem attollentes, permutatis contra naturæ legem ſingularum facultatum officiis?

* IANI VINCENTII GRAVINÆ *Orat. VIII. de Canone interiori, ad ſuos iuris pontificii Auditores p. 216. ſq.*

SOLI DEO GLORIA.

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

ABbreuiaturarum in ſcribendo notitia neceſſaria ſtudioſo iuris 122.
Academiarum incommoda pariter atque laudes 17.
Actio ratione ſolius intentionis non poteſt bona dici 149.
Actiones legis, quid? 248.
Actorum publicorum in percipiendis legibus Imperii vtilitas 496. ſeq.
Addictio, quid? 269.
Ædiles qua occaſione conſtituti Romæ 216.
Ælianum Ius quid ſit? 249.
Ætates ſtudiis tractandis aptæ. 20.
Affectibus prauis in eligendo vitæ genere nihil dandum. 35.
Alchymiſticorum artificum deceptiones euitandæ. 132.
Allegandi ratio in Pandectis & in Codice. 291. 300. ſq.
Allegationes nimiæ, ſunt noxiæ. 323. ſq. & 329.
Amoris diuini præſtantia. 78.
Anci Martii inſtituta Rom. 217.
Animus corrumpitur, ſi nulla corporis cura habetur. 25.
Animus diſcentium debet eſſe liber. 20.
Animos hominum quomodo conciliare nobis poſſimus? 91.

Anſegiſi collectio legum antiquarum 342. ſq.
Antiquitates Iuris germanici quomodo intelligi poſſint 121. ſeq.
Antiquitatum Romanarum cognitio ſtudioſo Iuris maxime neceſſaria 64. earum fontes ibid.
Commoda quæ præſtant ſtudio iuris Rom. 274. ſqq.
neglectus corripitur. 289.
ſacrarum neglectus reprehenditur. 53.
Apatheiam Clemens Alexandrinus docet. 163.
Ariſtotelis Ethicorum Libri a Luthero improbantur 84.
Eiusdem ſententia erronea de ſummo bono 89.
Artes arcanæ Romani Imp. ad intelligendas leges cognoſcendæ 67.
Artes vanæ inutiles & ſtultæ pro legitimo fine ſtudiorum non haberi debent 4.
Aſyli ius 210.
Attentio auditori l. lectori erudiendo maxime neceſſaria 27.
Attentionis impedimenta quomodo vitanda. 27. ſq.
Ab auditione in diſcendo ordiendum. 26.
Auditori erudiendo quid conueniat? 27. ſq.
Aurea Bulla Caroli IV. 477.
Authenticæ quid? 300.
Αὐτοψία neceſſarium quandoque ſcientiæ requiſitum. 26.
Αὐτοδιδάκτων exempla & iudicium de iisdem 12.
Autorum, qui legendi, ſelectus inſtituendus. 29.

Balu-

B.

Baluzii de collectione capitularium ſententia 344.
Barateri libellus feudorum reformatus 447. ſqq.
Baſilicus Codex 301.
Bellum augendæ dominationis cauſa geritur aliquando. 69. ſeq.
Belli ratio, quid? 505. ſq.
Beneficium idem quod feudum. 437.
de Beneficiis vetus auctor 437. ſq.
Beneuolentia aliorum quid nobis præſtet? 91. & 97.
Beneuolentia non debet creare præiudicium auctoritatis 28.
Bonum ſummum quod intelligendum 77.
Bonum ſummum obtinendi facultas non in hominis viribus ſita naturalibus 80.
de Bono ſummo ſententia ariſtotelis erronea 89.
Breuitas nimia atque feſtinatio. ſtudiorum impedimentum 34.
Buddei doctrina Iuris N. 181. 182.
Eiusdem Iuriſprudentia diuina ibid.
Bullaria, quid? 412.
Bulla Aurea Caroli IV. quid definiuit 477. ſqq.
Burcardi Canonum magnum Volumen 397.

C.

Calumniæ iudicium 273.
Canones Apoſtolici an ſint veri? 393.
Canonum Collectio antiquiſſima ibid.
aliæ recentiores ibid. & ſeq.
Capitula extraordinaria iuris feudalis 447. ſeq.
Capitularia Regum Francorum 342. ſeq.
Capitulationis Cæſareæ Origo, conſcribendæ mo-

modus, & contenta 481. ſeq.
variæ appellationes 483.
vis obligandi qualis? ibid. & ſeq.
Carneadis ſententia erronea circa ius naturæ refutata 139. ſeq.
Carolus M. quales leges tulerit? 341.
Caroli V. Conſtitutio criminalis, quando & cur introducta? 373. ſeq.
Certa demonſtratio rebus moralibus non denegada 145.
Ciuilitas neceſſarium erudito requiſitum 91. ſeqq.
peruerſa 93.
Ciuitas Romana ſub ſpecie honoris ſubditis data ad augendum fiſcum 69.
Clarigare quid? 213.
Clarigatus quid? ibid.
Clementinarum promulgatio 409.
Codex Gregorianus, Hermogenianus, Theodoſianus 285.
Iuſtinianeus 291. ſq.
repetitæ prælectionis 298.
Cognitionis diuerſæ ſpecies 271.
Comitiorum vſus apud Romanos 263.
diuerſæ horum ſpecies ibid.
definitio 264.
nonnunquam Concilium appellantur ib.
Comitia Calata, quid? 264.
de Comitiis Rom. ſcriptores 265.
Comitiorum Germanicorum placita 473.
Comperendinatio, quid? 269. 272.
Comperendinus dies, quis ita dicatur? 267.

Con-

Condictio quid? 269.
rerum Confuſio quomodo præcauenda 42.
Connubia inter patricios & plebeios illicita 242.
Conſiſtoriorum proteſtantium praxis 418. ſeqq.
Conſtans ſtudiorum tractatio nec interrupta eſſe debet 28.
Conſtitutio prima Germanico idiomate 346.
Conſtitutiones Eccleſiaſticæ particulares 418. ſq.
Conſtitutionum imperatoriarum ſpecies 280.
quando ſolæ obtinere cœperint 285.
Conſtitutio pacis publicæ recenſetur cum aliis eiusmodi legibus 480. ſq.
Conſtitutionum patriarum ſpecialium primam quilibet ſtudioſus rationem habere debet 354.
Conſulum Rom. Imperium 222.
ſententia Boxhornii erronea de hoc Imperio 223.
Seruii Tullii de Contractibus & iniuriis leges L. 218.
Corpus Iuris Saxonici 353.
Corpus negligendo animum ipſum multi debilitant 25.
Iudicium Bonnæi de his. ibid.
Criminali iuri tractando qualia compendia inſeruiant? 379. ſeq.
Criminaliſtarum quæ opera? 377. ſeqq.
Cucchi Inſtitutiones iuris can. 411.
Circa cultum deorum leges Romuli 208.
Cynica Secta decorum reſpuit 92.
D.
Decalogus omnium legum Cynoſura 155. ſeq.
Decemuiri apud Romanos qua occaſione creati, eorumque poteſtas 236.

ad Erudiendum inſpectio exemplorum alienorum admodum efficax 48.
Exercitiorum examinatoriorum vſus 330.
Extrauagantes in iure Canonico Iohannis XXII. & communes quæ dicantur 409. ſeq.

F.

Fabularum vſus licitus 74.
Significatio fabularum myſtica quomodo eruenda 75.
Farracia matrimonii vinculum indiſſolubile 109.
Fecialium nomine qui veniant? 212.
eorum munera ibid. ſeq.
Feodum idem quod feudum 425. ſq.
Feſtinatio atque brevitas nimia, eruditionis impedimentum 34.
Feudi vox vnde 424. ſeq.
Feudorum origo 424. ſq 430. ſq.
Feuda oblata quid? 453. ſq.
Feudale compendium quale ſeligendum? 457. ſq.
Feudalia iura antiquisſima non ſcripta 437.
Scripta quando cœperint? ibid.
Feudalium librorum, quos a Longobardis habemus diuerſa Dd. diſtinctio 449.
Feudales ſcriptores varii 457.
in feudalibus controuerſiis quomodo procedatur? 456.
Feuum idem quod feudum 426.
Fibigius, quod nullam agnoſcat Iurisprudentiam publicam, confutatus 465. ſq.
Fides carbonaria 87.
Fidei carbonariæ viuus color 113.

Fides hiſtorica 61.
Filius poſt tertiam venditionem demum liber ſub Rom. 210.
Finis ſtudiorum qualis eſſe debeat 2.
diuerſitas 2.
Finis per ſe quid? 6.
per accidens, quid? 6.
proximus quid? 8.
remotus? ibid.
prior reſpectu poſterioris rationem medii habet ibid.
Flauianum Ius, quid ſit? 249.
Fœdus augendæ dominationis ars arcana 69. ſeq.
Forenſes morbos qui conſignarint? 522.
Franci etiam ſalii 339.
reliquis Germanis leges præſcribunt 341.
Francis adſcribuntur prima feuda, qua in re laudatur inſignis diligentia illuſtris Thomaſii 434. ſqq.
Freyſtühle, Freygedinge quid? 372. ſq.
Frugalitas omni ſtudiorum generi neceſſaria 25.

G.

Germani moribus magis quam legibus olim viuebant 336.
eorundem primæ leges ſcriptæ ibid.
Germani de Hiſt. Germ. inprimis debent eſſe ſolliciti 64.
Germanorum varii populi diuerſas quoque leges condiderunt, quæ tamen non omnes ad Germanos referendæ 337. ſqq.
Germanorum virtus bellica prædicatur 508.

Germanorum ius militare antiquiſſimum non ſcriptum ibid. & ſqq.
Germanis vindicata inuentio feudorum 431. ſq.
de Germanicæ linguæ neglectu & incremento 122.
Germaniæ diuerſus ſtatus 466. ſqq.
Germaniæ Hiſtoria vnde petenda 64.
Gloſſatores Iuris canonici 403.
Gloſſæ iuris ciuilis Iuſtin. Origo & vſus 311.
Gloſſæ iuris feudalis Longobardici 447.
Gloſſaria commendantur 457. ſq.
Gothorum in re feudali inſtituta 441.
Gregorii XIII. emendationes circa decretum & decretales adhibitæ 411. ſq.
Grotius primus diſciplinam legum naturalium in ordinem redegit 166. ſeq.
eiusdem liber de I. B. & P. quid contineat? 167.
de ſcriptis & fatis huius viri, quis conſulendus 168.
laus libri de I. B. & P. 168.
a Romanenſibus in Catalogum librorum pro hibitorum inſertus 168.
plures in hunc librum commentarii & editiones 170.
non caret tamen næuis 170.

H.

Hadriani Edictum perpetuum 284.
Hæreſes priorum ſeculorum pleræque ex philoſophia Platonis ortæ 88.
Quid nomine Hiſtoriæ intelligatur 51.

Hi-

Hiſtoriæ variæ ſpecies 51.
Hiſtoriæ tractandæ rationes veræ & propriæ 59.
Hiſtoriæ ſtudium præcipue Iuris ſtudioſo neceſſarium 47. 49.
Tractatio hiſtoriæ prima ſtatim iuuentute commode inſtituitur 47.
In legendis hiſtoriis iudicio perſpicaci & intelligenti opus eſt 61. 57.
Hiſtoria quantum ad iuris publici doctrinam conducat 469. ſqq.
quomodo ad huncfinem pertractanda 471.
Hiſtoria Eccleſiaſtica Iuris ſtudioſo neceſſaria 116. 382. ſqq.
Hiſtoria Iuris inter deſiderata Iurisprudentiæ ſtudii refertur 72.
Hiſtoria iuris quomodo neceſſaria & proficua? 50.
Scriptores huius hiſtoriæ ibid. ſqq.
Hiſtoria iuris canonici commendatur 390.
Hiſtoria literaria quid? 70. ſeq.
Hiſtoria Philoſophica ſtudioſo Iuris commendanda 73.
Hiſtoriæ Philoſ. Scriptores 74.
De Hiſtorico Iudicio eruditiſſima Diſſertatio Bierlingii 61.
Hiſtoricorum officium quodnam ſit? 63.
Qualis ſelectus inter auctores hiſtoricos inſtituendus 59. 60. 61.
Hiſtoricorum ſelectiorum Catalogi vbi exhibeantur? 60.
Hobbeſius de Ciue & Leuiathan, iudicium de hoc libro 171.

reſti-

Hobbeſius refutatus ab aliis 172.
vita Hobeſii, ibid.
Eiusd. politica principia 173.
Carteſii iudicium de hoc libro ibid.
Honor verus in quo conſiſtat? 7.
Honore eruditi quandoque deſtituuntur 6.
Qui propter honores ſtudiis operam dant, potius Sophiſtæ ſunt quam docti 7.
Honores ſuis contemptoribus quandoque obtrudi debent 8.
Honoris ſeu famæ contempus viam ſternit ad negligentiam 7.

I.

Infortiatum quid? 296. ſq.
Ingenium quo modo colatur & a morbis ſuis liberetur? 24.
Inſtitutiones Iuſtinianeæ quando & vnde confectæ atque publicatæ? 298.
Intemperantia prauorum affectuum fons 20.
Intentionis dirigendæ methodus erronea 164.
Iournals quem vſum præbeant ſtudioſo iuris. 315.
Irnerii auctoritas in introducendo iure Iuſtinianeo 310.
Iſaacus male an pictoribus ſtrui lignorum ingeniculans pingitur 55.
Iſidori Mercatoris notatur impoſtura 397.
Iudicis officium Tertullianus religioni Chriſt. contrarium ducit 163.
Iudicii capitalis poteſtatem primum populus Rom. nanciſcitur ſub Hoſtilio Rege 216.

Iudicia Criminalia Germanorum Veterum 370.
Iudicia publica, quid? 270.
quæſtiones alias dictæ ibid.
horum modus procedendi ibid. ſeqq.
Iudicia populi apud Romanos quid? 273.
Iudicia priuata quid? 265. ſeq.
Iudiciorum antiquorum apud Germanos quæ norma? 364.
Iudicium quomodo colatur & a morbis ſuis a quibus ſubinde premitur liberetur? 24.
Iura ſine cognitione hiſtoriæ ſatis intelligi nequeunt 65.
Iuris incertitudo tempore Imperatorum vnde? 184
Iuriſconſulti occulte ſæpe agunt Philoſophos 73.
ICtorum familiæ 284.
auctoritas ſub Auguſto ibid.
de Iuris & iuſtitiæ argumento doctrina Scholaſticorum confuſa 149.
Iuriſprudentiæ corruptæ cauſæ 66. 67.
Iuriſprudentia eccleſiaſtica & canonica 382.
Iuriſprudentia feudalis 424. ſq.
Iuriſprudentia Germanica 335. ſq.
Iuriſprudentia Iuſtinianea quid complectatur? 290.
eiusdem hiſtoria cum ſuis ſubſidiis commendatur 292. ſqq.
Iuriſprudentia militaris 505. ſqq.
Iuriſprudentia practica, quid? 514.
eiusdem ad perficiendum iuris ſtudium neceſſitas 515. ſqq.
tractandi ratio & ſubſidia 516. ſqq.

Iuris-

Iuriſprudentiæ practicæ compendia 521.
Iuriſprudentia Rom. quoad magnam partem ex Philoſophia veterum petenda 73.
Vota pro emendatione Iuriſprudentiæ Germ. 355.
Ius Ciuitatis quotuplex? 261. ſeq.
Ius dicere, quid? 266.
Ius ſibi ipſi reddere difficilius, quam alios regere 524.
Ciuile in certum modum redigere, quinam fuerint auſi? 291.
Criminale Romanum 365. ſqq.
Eiusdem vſus in Germania 370.
particulare 377.
Iuris Eccleſiaſtici fundamenta aliaque ſubſidia 418. ſqq.
Inſtitutiones iuris Eccleſiaſtici quales ſeligendæ? ibi eod.
Ius feudale cum feudis ortum 424. 429. ſq.
Ius feudale quando tractandum? 459.
Ius feudale Saxonicum 438.
Alamannicum ibid. & ſeq.
Iuris feudalis reformationes Mincuccii & Barat-terii qua gaudeant auctoritate? 448. ſeqq.
Ius Germanicum vel patrium vel aliunde petitum 336.
Iura Germanorum veterum non ſcripta 349.
Iuris Græci origo & vſus 301, ſeq.
Ius honorarium vnde? 251.
Iuris Hiſtoria quomodo necesſaria & proficua 150.
Hiſtoriæ iuris ſcriptores ibid. ſeq.

Iuris a Iuſtiniano compoſiti & promulgati ordo chronologicus 299.
Iuris Iuſtinianei reperti & apud Germanos introducti ratio 302. ſqq. & 312.
Iuris Iuſtinianei tractandi ordo 315. ſqq.
Ius Lubecenſe 349.
Ius militare aliud publicum aliud priuatum 505. ſq
ſolis Romanis legibus non innititur 507.
Iuris militaris Corpus 509. ſqq.
compendia 511. ſq.
Ius naturale datur 139.
de eiusdem origine diuerſæ ſententiæ 42. ſeq.
eiusdem principia varii Autores varie illuſtrare conabantur 183.
eiusdem principiorum cognoſcendorum optimus modus 189.
Iuris naturæ compendia 186.
Ius naturæ fons omnium reliquorum iurium particularium 146.
Iuris pontificii in Germaniam receptio 312.
Eiusdem in Germania auctoritas, vnde? 413.
neglectus redarguitur 414. ſeq.
principia vnde ſint repetenda? 416. ſeq.
Ius publicum quid? 459. ſqq.
eius prudentia definitur ibid. ſeqq.
eiusd. principia alia communia, alia propria 471. ſeq.
Ius publicum Romanorum ad ſtatum Germaniæ parum quadrat 291. ſeq.
Iura publica variorum populorum adlegantur 463. ſqq.

Deciſiones quinquaginta Codici repet. præl. occaſionem dederunt 298.
Deciſionum Collectiones 364. ſq.
Deciſionum, quæ hodie typis publicantur, vſus 520
Deciſiones criminales 380.
Decori definitio 91.
Eiusdem diſtinctæ ſpecies 92.
Decretalium epiſtolarum Collectiones variæ 405. ſeq.
. Gregorii IX. 406. ſeq.
earundem gloſſæ 407.
ſextus quando compoſitus 408.
ſeptimus quo auctore prodiit 412.
Decretum qua ratione à Gratiano compoſitum 398.
eiusdem partes 408.
Deus Iuris naturæ auctor 156.
Deus, quod ſit ſummum bonum, ex Philoſophia euincitur 77.
Dii Terminales & Terminalia Romanorum vnde orta? 214.
Dictator primum creatus, & quam ob cauſam 226. ſeq.
Dies faſti & nefaſti a Romulo conſtituti 215.
Diſciplinam auerſans, accuratam eius cognitionem aſſequetur nunquam 23.
Diſciplinæ vel præparatoriæ vel principales 41
De diſciplinis præparatoriis elegantiſſimum iudicium Zach. Vrſini 42.
Diſputandi pruritus improbatur 199.
Diſputandum an ſit, vt victoriam & honorem conſequamur? 332. Di-

Diſputationum Academicarum vſus & abuſus 129
Diſputationum iuridicarum ratio & methodus 330. ſqq.
Docti honore quandoque deſtituuntur 6.
Doctores quorum informatione ſtudia committenda quales eligendi? 12.
Doctores bonarum artium in Republ. maxime ſunt neceſſarii 13.
Doctorum in Germania auctoritates & exorta inde damna 358. ſqq. 367. ſq.
Doctrina moralis prima ſtatim iuventute inculcanda 80.
CommodaDoctrinæ,quæ viva voce proponitur 13

E.

Ecko de Repkau auctor ſpeculi Saxonici 347.
Edicta quid & quotuplicia 259. ſeq.
Edictum perpetuum Hadriani 284. ſeq.
Educationis maxime idoneus locus eſt Academia 18.
Emblematica ars ornamentum ſtudiorum 124.
Epicuri Philoſophia 89.
Ethica Ariſtotelis a Luthero damnata 84. 89.
Ethicæ gentilium ſæpe plus ſtultitiæ quam veræ ſapientiæ habent 85.
Ethica gentilium ad intelligendas leges Romanas conducit 82.
Ethnicorum Scripta an & quomodo in Scholis ſint proponenda & toleranda? 14. ſeq.
Ethicas inter Gentiles quinam ſcripſere 82.
de Ethnicorum Ethicis querelæ 83.
Modus excerpendi ex hiſtoricis 61. ſqq.

ad Erudiendum inſpectio exemplorum alienorum admodum efficax 48.
Exercitiorum examinatoriorum vſus 330.
Extrauagantes in iure Canonico Iohannis XXII. & communes quæ dicantur 409. ſeq.

F.

Fabularum vſus licitus 74.
Significatio fabularum myſtica quomodo eruenda 75.
Farracia matrimonii vinculum indiſſolubile 109.
Fecialium nomine qui veniant? 212.
eorum munera ibid. ſeq.
Feodum idem quod feudum 425. ſq.
Feſtinatio atque brevitas nimia, eruditionis impedimentum 34.
Feudi vox vnde 424. ſeq.
Feudorum origo 424. ſq 430. ſq.
Feuda oblata quid? 453. ſq.
Feudale compendium quale ſeligendum? 457. ſq.
Feudalia iura antiquisſima non ſcripta 437.
Scripta quando cœperint? ibid.
Feudalium librorum, quos a Longobardis habemus diuerſa Dd. diſtinctio 449.
Feudales ſcriptores varii 457.
in feudalibus controuerſiis quomodo procedatur? 456.
Feuum idem quod feudum 426.
Fibigius, quod nullam agnoſcat Iuriſprudentiam publicam, confutatus 465. ſq.
Fides carbonaria 87.
Fidei carbonariæ viuus color 113.

Fides hiſtorica 61.
Filius poſt tertiam venditionem demum liber ſub Rom. 210.
Finis ſtudiorum qualis eſſe debeat 2.
diuerſitas 2.
Finis per ſe quid? 6.
per accidens. quid? 6.
proximus quid? 8.
remotus? ibid.
prior reſpectu poſterioris rationem medii habet ibid.
Flauianum Ius, quid ſit? 249.
Fœdus augendæ dominationis ars arcana 69. ſeq.
Forenſes morbos qui conſignarint? 522.
Franci etiam ſalii 339.
reliquis Germanis leges præſcribunt 341.
Francis adſcribuntur prima feuda, qua in re laudatur inſignis diligentia illuſtris Thomaſii 434. ſqq.
Freyſtühle, Freygedinge quid? 372. ſq.
Frugalitas omni ſtudiorum generi neceſſaria 25.

G.

Germani moribus magis quam legibus olim viuebant 336.
eorundem primæ leges ſcriptæ ibid.
Germani de Hiſt. Germ. inprimis debent eſſe ſolliciti 64.
Germanorum varii populi diuerſas quoque leges condiderunt, quæ tamen non omnes ad Germanos referendæ 337. ſqq.
Germanorum virtus bellica prædicatur 508.

Germanorum ius militare antiquiſſimum non ſcriptum ibid. & ſqq.
Germanis vindicata inuentio feudorum 431. ſq.
de Germanicæ linguæ neglectu & incremento 122.
Germaniæ diuerſus ſtatus 466. ſqq.
Germaniæ Hiſtoria vnde petenda 64.
Gloſſatores Iuris canonici 403.
Gloſſæ iuris ciuilis Iuſtin. Origo & vſus 311.
Gloſſæ iuris feudalis Longobardici 447.
Gloſſaria commendantur 457. ſq.
Gothorum in re feudali inſtituta 441.
Gregorii XIII. emendationes circa decretum & decretales adhibitæ 411. ſq.
Grotius primus diſciplinam legum naturalium in ordinem redegit 166. ſeq.
eiusdem liber de I. B & P. quid contineat? 167.
de ſcriptis & fatis huius viri, quis conſulendus 168.
laus libri de I. B. & P. 168.
a Romanenſibus in Catalogum librorum pro hibitorum inſertus 168.
plures in hunc librum commentarii & editiones 170.
non caret tamen næuis 170.

H.

Hadriani Edictum perpetuum 284.
Hæreſes priorum ſeculorum pleræque ex philoſophia Platonis ortæ 88.
Quid nomine Hiſtoriæ intelligatur 51.

Hi-

Hiſtoriæ variæ ſpecies 51.
Hiſtoriæ tractandæ rationes veræ & propriæ 59.
Hiſtoriæ ſtudium præcipue Iuris ſtudioſo neceſſarium 47. 49.
Tractatio hiſtoriæ prima ſtatim iuuentute commode inſtituitur 47.
In legendis hiſtoriis iudicio perſpicaci & intelligenti opus eſt 61. 57.
Hiſtoria quantum ad iuris publici doctrinam conducat 469. ſqq.
— quomodo ad hunc finem pertractanda 478.
Hiſtoria Eccleſiaſtica Iuris ſtudioſo neceſſaria 116. 382. ſqq.
Hiſtoria Iuris inter deſiderata Iurisprudentiæ ſtudii refertur 72.
Hiſtoria iuris quomodo neceſſaria & proficua? 50.
Scriptores huius hiſtoriæ ibid. ſqq.
Hiſtoria iuris canonici commendatur 390.
Hiſtoria literaria quid? 70. ſeq.
Hiſtoria Philoſophica ſtudioſo Iuris commendanda 73.
Hiſtoriæ Philoſ. Scriptores 74.
De Hiſtorico Iudicio eruditiſſima Diſſertatio Bierlingii 61.
Hiſtoricorum officium quodnam ſit? 63.
Qualis ſelectus inter auctores hiſtoricos inſtituendus 59. 60. 61.
Hiſtoricorum ſelectiorum Catalogi vbi exhibeantur? 60.
Hobbeſius de Ciue & Leuiathan, iudicium de hoc libro 171.

Hobbeſius refutatus ab aliis 172.
vita Hobeſii, ibid.
Eiusd. politica principia 173.
Carteſii iudicium de hoc libro ibid.
Honor verus in quo conſiſtat? 7.
Honore eruditi quandoque deſtituuntur 6.
Qui propter honores ſtudiis operam dant, potius Sophiſtæ ſunt quam docti 7.
Honores ſuis contemptoribus quandoque obtrudi debent 8.
Honoris ſeu famæ contempus viam ſternit ad negligentiam 7.

I.

Infortiatum quid? 296. ſq.
Ingenium quo modo colatur & a morbis ſuis liberetur? 24.
Inſtitutiones Iuſtinianeæ quando & vnde confectæ atque publicatæ? 298.
Intemperantia prauorum affectuum fons 20.
Intentionis dirigendæ methodus erronea 164.
Iournals quem vſum præbeant ſtudioſo iuris. 315.
Irnerii auctoritas in introducendo iure Iuſtinianeo 310.
Iſaacus male an pictoribus ſtrui lignorum ingenieulans pingitur 55.
Iſidori Mercatoris notatur impoſtura 397.
Iudicis officium Tertullianus religioni Chriſt. contrarium ducit 163.
Iudicii capitalis poteſtatem primum populus Rom. nanciſcitur ſub Hoſtilio Rege 216.

Iudi-

Iudicia Criminalia Germanorum Veterum 370.
Iudicia publica, quid? 270.
quæſtiones alias dictæ ibid.
horum modus procedendi ibid. ſeqq.
Iudicia populi apud Romanos quid? 273.
Iudicia priuata quid? 265. ſeq.
Iudiciorum antiquorum apud Germanos quæ norma? 364.
Iudicium quomodo colatur & a morbis ſuis a quibus ſubinde premitur liberetur? 24.
Iura ſine cognitione hiſtoriæ ſatis intelligi nequeunt 65.
Iuris incertitudo tempore Imperatorum vnde? 284
Iuriſconſulti occulte ſæpe agunt Philoſophos 73.
ICtorum familiæ 284.
auctoritas ſub Auguſto ibid.
de Iuris & iuſtitiæ argumento doctrina Scholaſticorum confuſa 149.
Iurisprudentiæ corruptæ cauſæ 66. 67.
Iurisprudentia eccleſiaſtica & canonica 382.
Iurisprudentia feudalis 424. ſq.
Iurisprudentia Germanica 335. ſq.
Iurisprudentia Iuſtinianea quid complectatur? 290.
eiusdem hiſtoria cum ſuis ſubſidiis commendatur 292. ſqq.
Iurisprudentia militaris 505. ſqq.
Iurisprudentia practica, quid? 514.
eiusdem ad perficiendum iuris ſtudium neceſſitas 515. ſqq.
tractandi ratio & ſubſidia 516. ſqq.

Iuris-

Iuriſprudentiæ practicæ compendia 521.
Iuriſprudentia Rom. quoad magnam partem ex
Philoſophia veterum petenda 75.
Vota pro emendatione Iuriſprudentiæ Germ. 355.
Ius Ciuitatis quotuplex? 261. ſeq.
Ius dicere, quid? 266.
Ius ſibi ipſi reddere difficilius, quam alios regere
524.
Ciuile in certum modum redigere, quinam
fuerint auſi? 291.
Criminale Romanum 365. ſqq.
Eiusdem vſus in Germania 370.
particulare 377.
Iuris Eccleſiaſtici fundamenta aliaque ſubſidia
418. ſqq.
Inſtitutiones iuris Eccleſiaſtici quales ſeligendæ?
ibid. eod.
Ius feudale cum feudis ortum 424. 429. ſq.
Ius feudale quando tractandum? 459.
Ius feudale Saxonicum 438.
Alamannicum ibid. & ſeq.
Iuris feudalis reformationes Mincuccii & Bara-
terii qua gaudeant auctoritate? 448. ſeqq.
Ius Germanicum vel patrium vel aliunde petitum
336.
Iura Germanorum veterum non ſcripta 349.
Iuris Græci origo & vſus 301. ſeq.
Ius honorarium vnde? 251.
Iuris Hiſtoria quomodo neceſſaria & proficua
150.
Hiſtoriæ iuris ſcriptores ibid. ſeq.

Iuris

Iuris a Iuſtiniano compoſiti & promulgati ordo chronologicus 299.
Iuris Iuſtinianei reperti & apud Germanos introducti ratio 302. ſqq. & 312.
Iuris Iuſtinianei tractandi ordo 315. ſqq.
Ius Lubecenſe 349.
Ius militare aliud publicum aliud priuatum 505. ſq
ſolis Romanis legibus non innititur 507.
Iuris militaris Corpus 509. ſqq.
compendia 511. ſq.
Ius naturale datur 139.
de eiusdem origine diuerſæ ſententiæ 42. ſeq.
eiusdem principia varii Autores varie illuſtrare conabantur 183.
eiusdem principiorum cognoſcendorum optimus modus 189.
Iuris naturæ compendia 186.
Ius naturæ fons omnium reliquorum iurium particularium 146.
Iuris pontificii in Germaniam receptio 312.
Eiusdem in Germania auctoritas, vnde? 413.
neglectus redarguitur 414. ſeq.
principia vnde ſint repetenda? 416. ſeq.
Ius publicum quid? 459. ſqq.
eius prudentia definitur ibid. ſeqq.
eiusd. principia alia communia, alia propria 471. ſeq.
Ius publicum Romanorum ad ſtatum Germaniæ parum quadrat 291. ſeq.
Iura publica variorum populorum adlegantur 463. ſqq.

Iuris

Iuris publici ſcriptores ad peculiaria capita ſpectantes & cautelæ circa eosdem 497. ſqq.
ſyſtemata & Compendia 499. ſqq.
Iuris Romani Iuſtin. Commentarii, Syntagmata, Collegia & Compendia 314. ſeq. & 326.
Ius Romanum ſaluis legibus patriis obtinet 358. ſq
Iuri Romano vſus hodiernus iungendus 315. ſq.
Iuris ſacri fontes 392.
Ius Saxonicum quando & a quo compoſitum 347
eiusdem Gloſſæ ibid.
aliud Electorale aliud commune 353.
Iuſtellorum in colligendis ſcriptoribus iuris canonici laudatur diligentia 395.
Iuſtinianei Edicta XIII. quam habeant auctoritatem ? 300.
Iuvenis, an idoneus hiſtoriarum lector vel auditor ? 57.

L.

Lactantius Capitalis criminis accuſationem vetat 163.
Lancelotti Inſtitutiones Iuris can. 411.
Lectio librorum quomodo vtiliter inſtituenda 14. & 28.
Lege agere, quid ? 266.
Leges ſine cognitione hiſtoriæ ſatis intelligi nequeunt 65.
Leges Alemannorum 341.
Legum antiquarum vſus hodiernus 350. ſqq.
næui ibid. & ſq.
Leges Aquiſgranenſium 349.
Baioariorum 349.

Leges

Leges Colonienſium 349.
Corneliæ plures p. 255.
Friſionum 342.
antiquæ Germanorum plerumque temporariæ 477.
& conſuetudines Germanicæ per ius Romanum non fuerunt abrogatæ 312. ſqq.
Legum Germanicarum Collector Goldaſtus 476.
earundem neglectus 313.
Leges militares promulgandi modus 509.
Leges Numæ Pompilii circa terminanda prædia 214.
Legum Rom. antiquitas ſcitu neceſſaria 202. ſqq.
earundem auctoritas hodierna vnde? 201.
Leges Saxonum 342.
Soſatenſium 349.
ſcriptæ poſt Carolingica tempora rariores, vsque ad introductionem iuris Canonici 346.
XII. tabularum cui materiæ inſcriptæ? 242
earum contenta ibid.
verbis exaratæ obſcuris ibid.
earum notitia neceſſaria ibid.
de iisdem Fauorini ſententia 244.
Ciceronis iudicium 246.
Thuringorum 342.
Legis actiones quid? 248.
Legum omnium Cynoſura ſit Dacalogus. 155. ſqq.
Legum honeſtarum & vtilium autor Romulus 208.
Lehen vox vnde deriuanda? 428.

Leuitæ, Bened. collectio legum Germanicarum 342.
Lex Antiſtia 256.
Aquila ibid.
Atilia de dedititiis ibid.
Falcidia ibid.
Horatia ibid.
Labiena ibid.
Licinia ibid.
Regia Romuli prima 206.
Valeria 226. ſeq.
Salica, quid? 339.
eius collectiones ibid. ſqq.
Lexica Iuris commendantur 329.
Libri ſecundum materias quomodo diſponēdi 71.
Libri ſymbolici 418. ſqq.
Libri terribiles, qui dicantur? 369.
Librorum notitia ad veram eruditionem omnino eſt neceſſaria 14.
Linguarum ſtudium Iuris ſtudioſo admodum proficuum 119.
Litem conteſtari, quid ſibi voluerit? 268.
Logicæ definitio 127.
Logicæ notitia ſtudioſo Iuris ſumme neceſſaria 127. ſqq.
Longobardicæ leges non ſunt habendæ pro communi iuris feudalis Germanici fonte 441. ſq.
Longobardici iuris feudalis auctoritas apud Germanos quanta 445. ſqq.
Longobardorum feuda & ius circa eadem 441. ſq. 443. ſqq.

Lucubratio optimum ſecreti genus 25.

M.

de Magiſtratibus eorumque Iuribus quiniam egere 260. ſeq.
Magiſtratus Rom. ſub Impp. 280. ſqq.
Magiſtri equitum primum conſtituti 226. ſqq.
Malum ſub ſpecie boni multi ſæpe amplectuntur 44.
Mathematici ſtudii vtilitas & neceſsitas 129. ſeq.
Male in plerisque ſcholis negligitur ibid.
iuuentuti inculcandum ibid.
Matrimonium indiſſolubile ſub Romulo fecere farracia 209.
Media ad obtinendum finẽ qualia requirantur. 9.
ſtudiorum remota quæ ſint? 12.
naturalia ad tractanda ſtudia requirunt 20. ſq.
Medicinæ ſtudium in quantum ſtudioſo iuris conducat 117.
Medico Hiſtoriæ ſtudium proficuum 49.
Sine meditatione, vana & inutilis eſt lectio 29.
Memoria quomodo colatur & a morbis ſuis liberetur 24.
Mens humana circa duo obiecta externa vno eodemque tempore verſari nequit 21. & 30.
Metaphyſicæ ſ. Ontologiæ ſtudium in quantum ſtudioſo iuris vtile 134.
huius abuſus 135.
Methodus quid ſit 1.
eius neceſsitas variis teſtimoniis comprobata 2.
bonæ requiſita 2. 3.

de eiusdem diuiſionibus 38.
Militaris rei ſignificatio quotuplex? 505.
Mincuccii reformatio iuris feudalis 447. ſqq.
Moderamen inculpatæ tutelæ reiectum ab Ambroſio 162.
Moralibus diſciplinis male certitudo mathematica denegatur 145.
Morum doctrina nobiliſſima Philoſophiæ pars 76.
omnibus commendanda ibid.
iurisprudentiæ fundamentum ibid. & 81.
Moſes incongrue cornutus pingituur 55.
Murorum ſanctitas ex lege Romuli 210.

N.

Naturæ appellatione tres mentis humanæ facultates, Iudicium, ingenium & memoria eruditis aliquando veniunt 24.
Naturalia a moralibus nimis ſeparat Grotius 177. 178.
Nomocanon Photii 302. 393.
a Notioribus ad minus notiora progrediendum 34. 38. 40.
Nouellæ, quid notent? 285.
Nouellæ Iuſtiniani 299,
earundem verſio ibid.
Iuliani quid? 300.
Numa Pompilius Romanum Imp. optimis inſtitutis ornauit 210.
Huius conficta religio 211.
Eiusdem octo libri Sacrorum ibid.
Nundinarum nomine quid intelligendum? 265.
Nuptias ſecundas damnat Hieronymus 163.

Obſer-

O.

Obſeruantia Imperii quid? 472. vnde addiſci queat? ibid.
Oeconomiæ Hiſtoria vtilis 49.
Orationes Principum, quid? 277.
Ordalia quid? 370. ſq.
Ordo bonæ methodi in quo conſiſtat 33.
quomodo definiatur a ſtoicis? 31.
legendi hiſtoricos 61.
Ordinem in ſtudiis cum diligentia adhibens nunquam legitimo eorundem fine fruſtratur 34.
de ordine non magis quam de rebus ipſis ſimus ſolliciti 34. 39.

P.

Pandectæ vnde conflatæ, earundemque ordo 293. ſq.
in iisdem connexionis & allegandi quæ habenda ratio 294. ſq.
Pandectarum partes 296.
verſio Græca 301.
Pandectarum compedium quale ſit eligendum 321
Papirianum ius quid 220.
Parentum & præceptorum indulgentia ſcientiis liberalibus inimica 17. ſeq.
Pater patratus, quis? 213.
Patrum Eccleſiæ errores ex Gentiliſmo orti 90. 163.
Circa Patriam poteſtatem Leges Romuli 209.
Patricii leges antiquiores in fauorem populi proculcarunt 217.

Patriciorum poteſtas decurtatur 232.
Pax religioſa & Weſtphalica 418. ſqq.
Peregrinationes & conuerſationes quales debeant eſſe, vt iuris publici ſtudium promoveant 501. ſqq.
Pertinacia ſenum eruditis quomodo præcauenda 42.
Φιλαυτία ius naturæ non tollit 140.
Philoſophiæ ſtudium publici iuris ſtudioſo neceſſarium eſſe comprobatur 462. ſq.
Philoſophia moralis quomodo per fabulas docenda 75.
Pictores multos commiſère errores 54.
Pictura erronea hæreſi variisque erroribus occaſionem præbuit 55. ſeq.
ad picturas ſacras non quilibet ſunt admittendi 56
Picturis hiſtoria iuuentuti facile imprimitur 51.
Ex Platonis Philoſophia multæ priorum ſeculorum hæreſes ortæ 88.
Plebiſcita vnde? 251.
Plebis Rom. contra patricios motus 231. ſeqq.
Plebeiorum & patriciorum officia 206. ſeq.
Plebis Excluſio à poteſtate legislatoria ars augendæ dominationis arcana 70.
Plebiſcita, quid? 255.
legis nomen iisdem competebat ibid.
Pœnitentiale, quid? eiusdemque variæ ſpecies 396.
Poeſis, decori eſſe poteſt 124. 126.
Politica publica in quo conſiſtat 100.
Eandem excerpta Hiſtorica inſigniter iuuant 57. 63.

Politica priuata à pleriſque neglecta 107.
quid ſit? ibid.
autores, qui de hac ſcripſere. ibid.
iuuentuti ſtatim inulcanda 109.
Juris ſtudioſo neceſſaria. ibid. & 111.
Politicorum arcanorum notitia in quantum neceſſaria 102.
Politicus peruerſus dipingitur 103.
πολυμαθίας qualis modus habendus 136. ſeq.
Pontificium epiſtolæ quando & a quo primum fuerint collectæ? 396.
Populi fundi quinam ſint? 263.
Poſtulatio quid? 270.
Practici ſolidiora ſtudia contemnentes reprehenduntur 517.
Practici ſcriptores peculiares materias explicantes 520. ſeq.
Praxeos forenſis exercitium quomodo inſtituendum eiusdemque commoda 523. ſq.
Præceptori bene velle, ante omnia eum, qui vtile quid addiſcere cupit, oportet 27.
Præfecti prætorio origo, & officium 280. ſqq.
Præiudicia vitanda 22.
Prætorum Edicta 251. ſqq.
iudicium prævaricationis 273.
Probabiliſmus moraliſtarum divellitur 149. 164.
Proceſſus ſecundum iura pontificia formatus in Germania 312. 519.
Proceſſus criminalis 381.
Proceſſus iuris militaris & eo facientia ſcripta laudantur 512. ſqq.

de Proditoribus Lex Romuli 207.
Propenſio naturalis ad diſcendas diſciplinas pro diuerſitate ingeniorum diverſa eſt 24.
πρόχειρον νομικὸν quid? 301.
μικρὸν 302.
Prouidentiam diuinam prudentia politica non excludit 102.
Prudentia ex hiſtoriis hauritur 47.
Prudentia politica quid? 100.
eiusdem regulæ 105.
quomodo comparanda? 106. ſqq.
Prudentia ſtatus quid & quotuplex 99.
Pufendorf egregius Iuris naturalis Doctor 174.
eiusdem doctrina iuris naturæ a multis impugnata 175.
aduerſarius Valentinus Alberti 176.
Puffendorffiani I. N. & G. variæ editiones 176.
in eodem quid reprehendatur 177.
de purgatione ſententia Platonis 88.
Purgatio vulgaris & Canonica 370. ſq.
Pythagoreum ſilentium præiudicium autoritatis corroborat 87.

Q.

Quæſtores vel quæſitores quinam intelligendi? 271
Quæſtio merum Imperium appellata 272.

R.

Ratio ſtatus quid? 101. ſqq.
ad Rationis dictata prouocauit ipſe Chriſtus & eius Apoſtoli 162.
Rationis vſus quomodo reuelationi ſubordinandus? 161.

ex

ex Ratione ſola cum gentilibus diſputandum 160.
Receſſus Imperii, quibus nominibus veniant? 486.
quomodo conſtituantur, eorundemque ſpecies ibid. & ſqq.
plura ad priuatum ius ſpectantia continent 358.
Receſſus ſecundarii quid? 487. 491.
particulares Deputatorum 491. ſqq.
Circulares ibidem.
prouinciales ibid.
Receſſuum collectiones quando cœptæ, quibus næuis laborent? 493. ſqq.
Commentatores 494. ſqq.
Regibus eiectis ex Imperio Romano ipſorum tamen leges manſere 224. ſq.
Regifugium Rom. 221.
Rei literariæ notitia in quo conſiſtat 71.
Religionis cognitio inprimis Iuris ſtudioſo neceſſaria 112.
Religione optime imperio noſtro ſubiecti in officio continentur 112. & 116.
Regeſta Pontificum quid? 412.
Renſenſia comitia & lex in iisdem lata 473. ſqq.
Repetitio anima ſtudiorum 26. 30. ſeq.
Rerum Iudicatarum in Germaniæ foris auctoritas 364. ſeq.
Reſponſa prudentum ſub Auguſto 284.
reſtricta ſub Theodoſio 285.
Reſtitutio in integrum quid 269.
Reuelationes diuinæ immediatæ minus recte ad reiiciendas humanas ſcientias a quibusdam allegantur 9. ſeq.

Rhetoricæ ſtudium in quantum Iuris ſtudioſo neceſſarium? 123.125.
Rhetoricæ abuſus 124.
Rogatio quomodo prolego ponatur 253.
Rogandi formula ibid.
Romæ triplex mutatio 204.
Eiusdem infantia ſub Regibus ibid.
Scriptores de his ibid. ſeq.
Romanæ Monarchiæ initia quæ? 277.
adminiſtrandi ratio ibid.
Romani Imperii cum Germanico coniunctio confirmata 473. ſq.
Romulus legum honeſtarum & vtilium autor 206. ſeq.

S.

Sacra ac civilia inſtituta anteriora ab Anco Martio in vſum revocata 217.
Sacrorum octo libri a Numa Pompilio traditi 211.
Sacris Superſtitioſis Romani præcipue ad imponendum plebi vtebantur 67. ſeq.
Sanctorum capita male a pictoribus orbiculis radiatis circumdantur 55.
Sapientia pro virili portione a Deo omnibus, licet inæqualiter conceſſa 28.
Satisdationis diverſæ ſpecies 268.
Scholæ publicæ ſi modo recte ſe habeant, ſtudiis tractandis admodum aptæ 15.
de Scholaſticis nugis & ineptiis iudicium Petri Beſſæi 4. ſeq.
Scholaſticorum tricæ evitandæ 128.
a Scholaſticis Philoſophia moralis corrupta 81. ſq.
Scopus vitæ ſemel electus non facile iterum dimittendus 33. ſeq. 38.

Scribendi modus antiquorum German. varius 122.
in Scribendo abbreuiaturæ noſcendæ 123.
Scripta adnotatio eorum, quæ ab aliis prudenter dicta, maximum ſtudiis affert commodum 30.
Scriptionis abuſus, cum calamo male excipiuntur verba docentis 31.
Seldeni I. N. & G. 171.
idem in epitomen redegit Buddeus ibid.
Senatus conſultum vnde? 251.
SCta ſine lege & cum lege 257.
SCta, quomodo fiebant 258.
Senatus conſultorum tempore Imp. Rom. quæ ratio? 277
SCta quis ſcriptis collegit 259.
Servius Tullius modeſtia ac liberalitate plebem ſibi conciliat 218.
Societas pravorum corrigendis moribus obſtat 95.
Societatum omnium vinculum Religio vera 117.
Socratis error primarius 88.
Soldurii Gallorum, quid? 431.
Solonis legum notitiam vnde habuerint Romani? 243.
Sophiſta tantum vult videri doctus lucri & ambitionis cauſa 7.
Speculum Sueuicum quando compoſitum 348. ſeq.
Status conſideratio atque cognitio ad diſcendum ius publicum neceſſaria 466.
Status Imperii Romano-Germanici prima origo 471.
Status prudentia quid & quotuplex? 99.
Stoicæ philoſophiæ errores 88. ſeq.
In Sectam Stoicorum ICtorum Rom. eruditio quoad magnam partem incidit 73.
Studia non dicenda niſi ſcientiæ in vita vtiles 4.
Studium certum eligendum 5. 6.
Subſcriptor, quid? 271.
Studiorum neceſſariis ſubſidiis deſtituti, & animo inepti infauſto ſucceſſu literis incumbere coguntur 37.
Elegantiſſimum de his iudicium Seckendorffii ibid.
Modus colligendi ſuffragia apud Romanos 254.
Superſtitio arcanum dominationis 67. ſeq.

Super-

Superſtitio validum fulcrum Imperii R. 205. ſq. 210.
Symbolica ars ornamentum ſtudiorum 124.
duodecim tabularum Ius vnde ortum 237.
Tabellarum vſus apud Romanos varius 254. 272.
Tarditas in ſtudiis quomodo præcauenda? 42.
Tarquinius Priſcus ſplendidis ædificiis Romã exornat 217
Tarquinius Superbus, Imperii Rom. quod ſub regibus erat, ruina 218.
Teſtes veritatis qui dicantur? 385.
Theologiæ ſtudioſus, an ſtudium ſuum deſerere & alii ſe conſecrare poſſit 38.
Theologiæ ſtudium iuris ſtudioſo neceſſarium 114.
Theologo hiſtoriæ ſtudium neceſſarium 48.
Thomaſii Iuriſprudentia diuina 178.
Eiusdem Elementa I. N. & G. ibid. ſqq.
Thomaſius a Ludouico Praſchio impugnatus 183.
Timariotæ Turcarum quid? 442. ſq.
Titulorum, qui in ff. & C. occurrunt ſedes & perdiſcendi methodus 321. ſqq.
Tranſactio Paſſauienſis 418. ſqq.
Tribonianus, quid circa collectionem pandectarum peccarit? 293. ſq.
Tribunorum plebis origo 226.
Trigeminorum priuilegium ex lege Hoſtilia 216.
Trinundinum quid? 265.
Tullus Hoſtilius beneficiis ſibi populum conciliat 215.
Valetudo proſpera in omni ſtudiorum genere eſt neceſſaria 24.
Vehmica Iudicia 372. ſqq.
de Virtutum Ethnicarum falſitate & vanitate Scriptor. 90.
Vitia virtutum ſimulacris inuoluuntur 79. 80.
Vitia ſenectutis, tarditas, rerum confuſio & pertinacia quomodo præcauenda 42.
Viua docentium vox lectioni præferenda 31.
Voluntas ſtudiis operam daturo primũ eſt emendanda 10
Vtilia præ minus vtilibus reſpicienda 34. 38.
Weichbildicum ius quid? 347. ſqq.
Willkühr i. e. ſtatuta ciuitatum 349.

Digitized by Google

Digitized by Google

005650651

Digitized by Google

Digitized by Google